Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA

Universidad de Deusto
Biblioteca

6-5

ex emptione S. Officij
Cæsaraugustæ anno 1707

Ex
Petro Alfaro Ellogorriet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exemplar 1637

DIDACI

A STVNICA

SALMANTICENSIS

Eremitæ Auguſtiniani in Iob commentaria, quibus triplex eius editio vulgata Latina, Hebræa, & Græca ſeptuaginta interpretum, nec non & Chaldæa explicantur, & inter ſe cum differre hę editiones videntur, conciliantur, & præcepta vitæ cum virtute colendæ literaliter deducuntur.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

AD PHILIPPVM. II. CATholicum Hiſpaniarum Regem.

BIBLIOTHECAE OMNIENSIS SOCIETATIS JESU IHS

CVM PRIVILEGIO.

TOLETI.

Excudebat Ioannes Rodericus ſuis expenſis. 1584.

Es de la Compª de Jesus de Palª. diole dº Sr don Franco de Rey
noso. abbad de Vsillos. Mayo. 1592. Va prueco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POR quãto por parte de vos el maestro fray Diego de Cuñiga de la orden de S. Augustin. nos fue hecha relacion, que auiades compuesto, vnos comentarios sobre el libro de Iob, suplicando nos vos mandassemos dar licencia para los imprimir y vender por tiempo de diez años durãte, los quales ninguna otra persona los pudiesse imprimir sin vuestra licencia, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto enlos dichos commẽtarios se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos fecha sobre la impression delos libros dispone por hos hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad para que vos o la persona que vro poder ouiere, y no otra alguna podays hazer imprimir los dichos commentarios, que de suso se haze mencion enestos nuestros reynos de Castilla por tiẽpoy espacio de diez años primeros siguientes, que corran, y se quẽten desde el dia dela fecha desta nuestra cédula en adelante. So pena que qualquiera persona, o personas que sin tener para ello vuestro poder lo imprimiere vendiere o hiziere imprimir o vender, pierda toda la impression, que hiziere con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez, que lo cõtrario hiziere. La qual pena sea la tercia parte para la persona, que lo acusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra para la nuestra camara y fisco cõ tanto que todas las vezes que ouieredes de hazer imprimir los dichos commentarios, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, los trayays al nuestro cõsejo juntamente con los originales que enel fueron vistos, que van rubricados cada plana, y firmado al fin dellos, de Iuan Gallo de Andrada nro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impression esta conforme a ellos, y se os de licencia para los poder vẽder, y se os tasse el precio a como se ouieren de vender, so pena de caer o incurrir en las penas cõtenidas enla dicha pragmatica, y mandamos alos del nuestro consejo y a otras qualesquier justicias destos nuestros reynos que guarden cumplan y executen esta nra cedula, y todo lo en ella cõtenido. Fecha en Madrid a xiiij. dias del mes de Março. MDLxxix.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad,
Matheo Vazquez.

DE mandato supremi consilij hos cõmentarios in Iob à patre magistro Didaco Stunica ex diui Augustini familia editos quam potui diligenter euolui, neque aliquid in eis offendi quod cum Catholica veritate pugnet, aut sanctorũ institutis probisque moribus aduersetur. Sed eos potius sana doctrina, & eximia eruditione refertos inueni. Quare eos ad cõmunem fructum euulgari posse iudicaui. In quã sententiã me duo præter alia potissimum adduxerunt. Tum quòd viderim in eis literalem sensum literæque contextũ explicari optime. Tum præterea quia vulgata translatione religiose seruata cum Hebraica, Chaldaica, & septuaginta interpretum conuersione consentiunt. Quod vt multis difficillimum ac suprà cuiusquã facultatem visum est, ita auidius expetitum fuit. Quod sanè hic exquisita eruditione singularique doctrina præstitum comperi. Quare vt hoc meum esse iudicium planius ostendam, nomen meum subscribendũ volui, Mantuæ in collegio Societatis. 4. Cal. Martij.

Alfonsus
à Montoya.

DE mandato illustrissimi D. D. Gasparis à Quiroga Cardinalis amplissimi & Archiepiscopi Toletani vidi hunc librũ commentariorum in Iob reuerendi admodum patris Didaci de Stunica ordinis eremitarum sancti Augustini, & sacræ Theologiæ professoris: videturque dignissimus qui typis mandetur: tum ob insignem illius doctrinam, multiplicemque eruditionem: tum quòd ex illo facilè quisque (quod ad mores attinet) vtilitatem non modicam capere potest. Datum in hoc nostro collegio Mantuano pridie nonas Nouemb. anni. 1583.

Ioannes Hieronymus
de los Cameros.

FRATER IOANNES GREgorius Satorre sacræ Theologiæ magister & Prouincialis Augustinianus Aragoniæ prouinciæ, doctissimo & grauissimo patri Didaco à Stunica sacrarum literarum magistro & earundem fidelissimo interpreti.

S. P. D.

CVM eò præcipuè consilia, & cogitationes doctissimorum hominum diriganturr, dum in lucem librum aliquem edūt, vt animos nostros formēt, eruditis ac frequentibus de qualibet rerum optimarum scientia atque arte sermonibus instituāt. Tum etiam vt nō solum præcipua virtutis cognitione locupletent: verumetiam vt aliorum quoque vtilitati seruiant. In dies ferentius animus meus excitatur, atque inflāmatur ad reuoluendos doctissimos libros, nouaque opera scrutanda: vt sic omnia bona, & felicitatis thesauros ex hac assidua librorū lectione colligere possim. Cumque versarer in hac cura totus, occurrit mihi felici quodam meo fato liber quidam, quem cum reuoluerem, intellexi quosdam commentarios doctissimos esse, à te singulari industria, ac penè diuino artificio editos in Zachariam Prophetam: quem quātum meo ingenio assequi possum, omnium minorum prophetarum difficillimum, & in quo exponendo sudandū,

animoque excubandum esse existimarē. Quos cùm propter vtilitatem,tum propter suauitatem, sæpissime legissem,facilè cognoui admirabilem doctrinam, ac penè inauditam eruditionem in eis latere. Etenim ex innumeris ornamētis(quibus probè scio scatere) quodnam meis omnibus sermonibus illustrem,exornem,atque efferam prorsus ignoro. Extollam ne summis laudibus tuam istam non mediocrem, nec vulgarem animi dotem,perspicuitatem scilicet? qua fultus maxima facilitate,ac claritate intimos animi sensus, abstrusa mysteria patefacis:quę nimis retrusè in typis,& figuris accomodatissimis egregius ille prophe ta posteritati scripta reliquit. Exornabone proprietatem incredibilem,& sanctissimam religionem,qua potissimùm animos omniū fidelium ad sanctissimos mores hortaris?quò maximè scriptorum sacrorum industria spectare debet. Quod tu ita præstitisti,vt,quæ multis in libris,scientijs, ac linguis iniqui & scelesti interpretes à recta sententia deduxerūt, & ad impias opiniones perdito consilio traduxerūt, ea purissimis mentibus,nihil prēter salutem animorum spectantibus ad Catholicam veritatem retulisti. Prosequarne diuinis encomijs istam animi tui Catholici syncritatem,ac fortitudinem,cui inniti res omnes fidei,toto pectore conaris? Tandem celebrabone tuam istam variam,ac insignem doctrinam,ac linguarum cognitionē,quibus hos cōmentarios illustratos, veluti pratum floribus vestitum, oculisque amœnissimum & iucundissimum mentibus hominum proposuisti?Verumtamen,si quod sentio cogar fateri, affirmabo planè,nihil in hoc opere inueniri,quod prestantius, excellentius,aut preciosius, à quouis erudito ac docto

viro

viro concipi,aut desiderari possit. Quę cum ita sint, quis est,qui nō immortales Deo optimo maximo rerum omnium opifici gratias agat? cum prouidè consulens commodo fidelium bono & vtilitati ecclesię sponsę charissimę,ita suę sapientię dona distribuere voluerit hominibus,& non omnibus:sed his tantum in quibus,secundum ęternum Dei beneplacitum,magis reluceret diuina prouidētia:quemadmodum non minus eleganter,quàm apertè,doctor ille gentiū Paulus docuit. Prēterea vehemēter lętor, quōd in his nostrę religionis ac sanctissimę fidei finibus, tales reperiantur hac nostra tempestate ministri Dei: quorum opera,ij fructus ostendantur,quibus alantur Christianę mentes:& quibus nihil esse possit non modo suauius,verumetiam ad ęternam salutem vtilius. Veruntamen si in vllo à te edito opere hęc omnia relucent, potissimum in his libris,qui aduersus effrenatam illā hęreticorum impietatem, in defensionem Catholicę nostrę fidei à te inuenti elaboratique fuerunt. In quibus non modo cuiuisuis fortissimi ac robstissimi militis,sed etiā prēditi ac muniti omni genere armorū, quę in diuinis Biblijs spiritus sanctus nobis reliquit, plenam atq ie perfectam significationem dedisti. Quibus armis,ita strenuè, ita fortiter eos oppugnas, vt si mentes & animos eorum detestanda illa errorum, & hęresum caligo non teneret, facillimo negotio conuinceres: cognoscereműz ipsam suam perniciem, deprauatos mores, pernicioſas & impudētes hęreses, quas non modo amplexi fuere, sed etiam his nostris temporibus pertinaci animo defendūt in perniciem proprię salutis,vnà cum nefario scādalo multorum hominū pusillorum,qui Germaniam, Angliā

illas

illas opimas ac fœcundiſsimas regiones incolunt. Quamobrem ardentiſsimis votis exopto, quò magis tuę eruditionis dona omnibus manifeſtentur, vt commentarios in librum Iob edas, quos vt coniectura ante capere poſſum (nam vt vulgari adagio dicitur, ex vnguibus licet cognoſcere leonem) tales futuros eſſe exiſtimo: vt, quando illis frui lętemur, tunc nihil in eis difficultatis ac laboris eſſe gaudeamus: cũ ter illius libri fideliſsimum, ac è cęlo dimiſſum interpretem nacti fuerimus. In quo tantę tamque maximæ quęſtiones ac difficultatis reperiuntur: vt cuiuis docto viro, in præſentẽ diem nõ parui momenti negotium faceſſerint: quos quidem tu ſuperabis, tuaque diligentia facillimas reddes: quibus forſan perterriti multi, ſeu potius omnes & pręteriti & præſentis ſeculi, non vulgaris doctrinę viri hanc arduam, & laborioſam prouinciam recuſauere. Dent itaque ſuperi longam diẽ: ſucceſsibus omnibus tuis faueant, & ſecundent: faxit Deus optimus maximus, vt tibi animos faciat: quem ſuppliciter deprecor, vt tibi diuinum auxiſium impertiri velit: quo adiutus, hę ſuſceptæ à te Auguſtiſsimæ prouincię ad finem vſque perducantur, in lucemque proferantur à te ipſo commentarij, in reliquos ſacrarum literarũ libros. Adducorq; in hãc ſpem, cum his pręſidijs munitus ſis, que ad huiuſcemodi prouincias capeſſendas expeti poſſunt: vt ſunt ingenium, doctrina, linguarum cognitio, longus rerum vſus & reliqua omnia, quæ in viro ſapientiſsimo, ac omni liberali doctrina perfectiſsimo requiruntur. Quibus omnibus, nihil lapſum aut quaſſum, in Chriſtianæ religionis cultu ceremonijsque erit: quod non tua doctrina & ſanctitate, erigi rurſus & ſtabiliri poſsit. Denique hi tui commentarij, nobis omnibus ſufficiens in omnes vſus pręſidium pręſtabunt: aditumque ad maiora patefacient. Suſcipe igitur, reliquorum librorum intepretationem: cùm iam in his libris, qui à te in lucẽ ſunt prolati, nobis pignus, obſidemque tuę doctrinę dederis: quo percipi poteſt, nihil tam difficile tãque arduum ſuſceptu eſſe: quod tu non poſsis tuo ſtudio, ſuperare atque explanare. Quarum omnium actionum finis & ſcopus erit, honor & gloria omnipotentis Dei: in cuius vinea, non languidè operaris, cum copioſo fructu eccleſię ſuę. Quapropter nos omnes pleno ore te decus & ornamẽtũ huius noſtrę familię confitebimur: ipſa autem, quòd te alumnum ſuum conſecuta fuerit, gloriabitur. Vale Valentię Calendis Aprilis.

PHI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHILIPPO. II. CATHOLICO Hiſpaniarum Regi, Didacus à Stunica Auguſtinianus eremita. S. P. D.

NONNIHIL (Rex potétiſsime) ſignificaſti, tibi pro tua ſingulari religione, & pietate gratá fuiſſe operá, & induſtriam noſtram, quam in libris noſtris de vera religione, & commentarijs in Zachariam conficiendis poſuimus. Qua re ego valde excitatus aggredi auſus ſum commentaria in Iob, quæ mihi difficillima fore ſciebá, nec meá opinionem fefellerunt, ſed longé ſuperarũt. Longum enim eſſet tibi (Rex maxime) recenſere in quantas, & quám graues incideremus difficultates. Eas tamen beni & docti viri cognoſcent, ſi in ipſis commentarijs, quæ cum his literis ad te mittimus, & in nomine tuo in lucem proferimus, verſari voluerint. Quos laboré, & ſtudium noſtrum probaturos ſpero, tibique gratiá habituros, quòd beneficio tuo nonnihil ex eis fructus perceperint. Vale Rex inuictiſsime.

D I-

DIDACI A STVNICA AVGVSTINIANI eremitæ Salmanticenſis commentaria in Iob: quibus triplex eius editio vulgata Latina, Græca ſeptuaginta interpretum, & Hebræa, necnon & Chaldæa explicatur.

Ad Philippum. II. Catholicum Hiſpaniarum Regem.

Prolegomena.

IOB & extitiſſe & admirabili fuiſſe virtute præditum ita certum eſt, vt nulli pio, & Chriſtiano viro fas ſit de hac re dubitare. Nam de illo ſacroſancta ſcriptura alijs locis mentionem facit, vt in libro Tobiæ dicitur: Hanc autem tentationé ideò permiſit Deus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut, & ſancti Iob. Et paucis interiectis additur, Nam ſicut beato Iob inſultabant reges, ita iſti parentes, & cognati eius irridebant vitam eius. Et in Ezechiel ſcribitur. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Et in epiſtola Iacobi. Sufferentiam Iob audiſtis. Omnes etiam ad vnum eccleſiæ doctores, cùm de illo loquuntur

Iob re vera extitiſſe.

Tob. 2.

Ezec. 14.

Iacob. 5.

tur tanquàm patientię singularis specimen eũ proponunt. Non mediocrẽ etiã coniecturã facit, quòd historia sacra eius facultates, liberos, patriã, mores cõmemorat. Quare ridiculi, & impij sunt quidã Hebræi & alij, qui huius viri historiam fabulam fuisse putant ad docendam, & monendam patiẽtiam ab aliquo sancto viro compositam Leuissimisque coniecturis ad id affirmandum mouentur. Quòd carmine totus fere liber compositus sit. Quòd ordine quodam inter se amici eius cum illo loquantur, & vnusquisque perpetuam orationem faciat. Quæ vsu euenire non solent (aiunt illi) cum amici inter se communicant. Perinde quasi res veræ carmine narrari non possent: & oracula diuina non essent multa carminibus reddita. Vt psalmi Dauidis, lamentationes Hieremiæ, & aliorum piorũ virorum carmina, quę varijs locis sacrosancta Scriptura ponit. Et perinde quasi non sæpe accidat, vt, cum viri graues in grauem aliquam incidant disputationẽ, vt vnus primùm, deinceps alij suam perpetua oratione exponant sententiam. Quæ si esset insolens communicandi ratio, nunquàm ad eam Plato, qui amicorum colloquia maximè imitatur, conuiuium suũ composuisset. Inciderant autem Iob, & amici eius in sermonem grauissimum de prouidentia Dei. Dubium igitur non est, quin vere Iob vixerit, suamque vitam sanctissimam optime narrat ipse vigesimonono, & trigesimo huius libri capite. Dubitatur tamen ex quo fuerit oriundus. Nam diuus Hieronymus Hebræos sequens reprehendit eos, qui ex Esau genus duxisse existimarunt, essequè illum, qui in Genesi, cum numerantur oriundi ex Esau, Iobab appellatur. Et

Genes. 3.

tur. Et putat Hieronymus Iob nõ ex Esau, sed ex Nachor fratre Abraham oriundum fuisse. Gregorius tamen, & alij docti viri opinantur ex Esau oriundum fuisse, nominarique in Genesi Iobab. Sed hãc quæstionem illarum esse duco, de quibus Paulus scribit ad Titum. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Nam in hac quæstione nihil certi statui potest. Nullamque eius cognitio vtilitatem affert ad mores nostros componendum. Cumque mens & humana ratio, quod certum est, maximè disputãdo quærat. Natura vero quod vtile sit: bonæ indolis esse credo incertas, & inutiles quæstiones negligere: & in eis accuratè versari, in quibus, quod certius vel vtilius sit reperiri possit. Quarũ maxima copia in sacris literis intelligendis suppetit. Conuenit autem inter omnes auctores, Iob nõ Hebræum, sed Gentilem fuisse. Quod est maximè animaduertẽdum, vt cognoscamus quàm excellentem Dei gratiam, atque adeò naturæ tantùm præceptis poterãt homines sibi olim adiũgere. Quod ęgrè ferunt Iudæi, & nonnihil eorum magistri ob eã rem tanto viro suis commentarijs detrahere conãtur. Pudere debet etiã Christianos homines inertiæ suæ, qui tot euãgelij præceptis, tot sacramẽtis, ideſt diuinę gratiæ thesauris, nõ solùm tantã Dei gratiã nõ teneãt, verumetiã pauci tot seculis sint cũ huiusmodi vito cõparandi. Cuius virtus eximia vehemẽter in die iudicij iniquos homines negligentię, & socordię conuincet. In ea verò quæstione, quam proximè tetigimus, de genere Iob, mihi certè præter res alias maximã fidẽ facit, quod in fine libri eius in Græca editione contexitur

Bonæ indolis est inutiles quæstiones negligere.

Gratiã Dei magnã homines naturæ tãtũ præceptis sibi adiungere poterant.

Quo genere natus fuerit Iob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὁσιο· ἑρμηνεύεται δὲ αὐτὸς Συριακῆς βίβλου ἐν μέν γε τῇ γραικικῇ τῇ Ἀνατιθεμένῃ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας πεφύτευκεν ὁ αὐτὸς ὁμοίως Ἰωβαβ. λέγεται δὲ γυναῖκα Ἀραβίαν γεγαμηκέναι ἣν ὀνομάζεσθαι αὐτὸς δὲ γνήσιος μὲν ἦν τῶν πατέρων ἦν γὰρ υἱὸς μητρὸς μὲν Βοσόρρας ὡς εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ. Hic autē cōuersus est ex Syriaco libro. Habitauit autē in finibus Idumęæ,& Arabię. Erat autē ei nomē Iobab. Ducēs autē vxorē Arabissam,genuit filium,qui vocabatur Enō. Erat autē ipse quidē filius Zare de Esau filijs filius,de matre vero Bossora. Ita,vt sit quintus ab Abrahā. Quod tāquā Dei oraculū à Chrysostomo, & origine citatur. Quare dubiū non est,quin grauissimū hoc testimoniū sit. Ex eoq; planū fit, quo tepore vixerit: de quo etiam dubitatur. Nā vult Gregorius tē poribus iudicū Israel extitisse. Sed hoc testimoniū declarat Iob antiquiorē fuisse Moyse. Nā si quintus fuit ab Abrahā,Moyses sextus ab eodē Abrahā fuit. Cūq; longē prius Esau vxores duxerit,ex quo oriūdus fuit Iob,q̄ Iacob,ex quo fuit oriundus Moyses, facilē ex oc intelligitur lōgē prius natus fuisse Iob,q̄ Moyses. Quòd autē quintus fuit Iobab Abrahā,sic probatur. Nā Abraham genuit Isaac. Isaac vero genuit Esau. Esau (vt est in vigesimo sexto capite Geneseos)genuit Rahuel. Rahuel genuit Zara. Zara genuit Iobab. Qui creditur esse Iob,vt Greca editio testat. Quare quintus est ab Abrahā,ipso Abrahā nō numerato. Quòd aūt Moyses sextus ab eodē Abrahā nō numerato fuerit, ita cōstat. Nā Abrahā genuit Isaac. Isaac Iacob, Iacob Leui, Leui Caath,Caath Amrā,Amrā Moysem, Valde

Iob quo tē pore vixerit.

Abraham non numerato. Quod autē Moyses sextus ab eodem Abraham non numerato fuerit, ita cōstat. Nam Abraham genuit Isaac,Isaac Iacob,Iacob Leui, Leui Caath,Caath Amram,Amram Moysem. Valde ergo probabiliter demonstratur Iob ex Esau oriundus fuisse,& antiquior Moyse. Hæc de Iob. De libro vero eius dubitatur à quo fuerit confectus. Alij dicūt à Moyse ex Syro in Hebræū cōuersum esse ad filios Israel consolandos accerba seruitute oppressos in Ægypto. Alij ab eodē Iob fuisse factū, alij ab aliquo amicorū eius,alij ab aliquo egregio propheta. Verū tamen hęc res incerta etiā est,& valde inutilis. Cum sciamus Spiritū sanctū principē huius libri auctorē fuisse. De quo dubitare nulli Christiano viro perregionē licet. Etenim in libris sacrosanctis ab ecclesia in cōcilio Tridētino,& in alijs cōcilijs numeratur: & ita omnes ad vnū ecclesiæ doctores iudicāt. Magnam vero auctoritatē habet,quod ex Græca editione citauimus,hunc librū ex Syriaco sermone esse translatū. Est autē liber hic de sententia omniū interpretū Latinorū,Græcorū,& Hebræorū obscurissimus. Differit enim de re obscurissima, de beneuolentia Dei erga pios viros,quæ dum hāc vitam agūt,valde in occulto latet. Eò quòd vniuersa æquè eueniāt iusto,& impio, bono& malo,mūdo,& immūdo,immolati victimas, & sacrificia cōtēnenti,sicut bonus,sic & peccator, vt periurus,ita & ille,qui verum deierat,vt Salomō scribit. Liber etiā ferè totus carmine compositus est. Ex quo fit,vt sententiæ nimis efferātur cōcisè, & ob eā rē in varias partes accipi possunt, & vix intelligi queūt. Ex eo etiā fit,vt multis peregrinis verbis,idest,Syriacis,

Iob librū quis composuerit.

Iob liber obscurissimus est.

Eccles.9

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis,quę in alio ſcripturę loco nō reperiuntur,quòd nūmeroſe cadāt,vtatur. Quib⁹de cauſis illud etiā accidit, vt huius libri verſiones lōge magis difficiles & varię, q̄ aliorū librorū ſcripturę ſint. Græca præſertim ſeptuaginta interpretū verſio adeò difficiles habet explicat⁹, vt ab auctoribus Græcis, qui Hebraeis literis nō fuerūt imbuti, plurimis in locis intelligi nō potuiſſe putē. Sed quoniam à quibuſdā auctoribus temere, hoc præſertim libro reijcitur vehemēter aberraſſe dicētibus, oportet, quāta eius ſit auctoritas, cognoſcere. Nā primū oēs eccleſię Dei olim crediderūt Græcā ſeptuaginta virorū verſionē ab Spiritu ſancto ſibi fuiſſe traditā, vt his verbis narrat pater Auguſtinus interiori lib. 2. de doctrina Chriſtiana. Et Latinis quibuslibet emēdatis Græci adhibeātur, in quib⁹ ſeptuaginta interpretū, quod aduetus teſtamentum attinet, excellit auctoritas, qui iam per omnes peritiores eccleſias tanta præſentia Spiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit. Quòd ſi reijciēda eſt Græca ſeptuaginta auctorū verſio, quî fieri potuit, quod narrat Auguſtinus, vt oēs peritiores eccleſię in tanto errore verſarētur, vt Spiritui ſancto eā ſcripturā aſcriberēt, quę fallax aut vana, aut omnino contēnēda ſit. Hāc etiam verſionē Apoſtoli approbarunt: eaq; ſunt euangelio tradēdo vſi: vt auctor etiā eſt pater Auguſtinus epiſt. 19. ad diuū Hieronymū ſcribēs. Ne cōtra ſeptuaginta auctoritatē tanquam nouū aliquid profe rētes, magno ſcādalo perturben⁹ plebes Chriſti, quā rū aures, & corda illā interpretationē audire cōſueuerunt, quę etiam ab Apoſtolis approbata eſt. Et epiſtola decima ad eundem diuū Hieronymum. De hac eadē

Quanta ſit autoritas græcæ ſeptuaginta editionis. Auguſt.

dem verſione loquens. Neque enim paruum pondus habet illa, quę ſic meruit diffamari, & qua vſos Apoſtolos nō ſolūm res ipſa indicat, ſed etiam à te atteſtarum eſſe memini. Quæ igitur illa tāta temeritas eſt, vt contemnere audeat eam ſcripturā, quā apoſtoli, & approbarunt: & qua promulgando euāgelio vſi ſunt. Nūquid infirmis illud, & quæ eleuari poſſent, teſtimonijs probabant? At dicunt iſti. Multis in locis ponunt ea, quę nō ſunt in Hebræo, multis etiam in locis prætermittūt ea, quæ ſunt in Hebræo & eorū loco alia addūt de ſuo. In annis etiā numerādis ita ab Hebræo ſæpe diſcrepāt, vt plane vtrumq; verū eſſe nō poſſit cū ergo nefas ſit Hebræa abijcere Græca neceſſario abijcienda ſunt. Hoc argumētum doctiſsimè pater noſter Auguſtin⁹ explicat libris de ciuit. Dei, cuius teſtimoniū valdè oportet animaduertere. Nā plerunq; hoc libro, & alijs in expliçāda Græca auerſione vſui nobis futurū eſt. Ait igitur Auguſt. lib. 15 c. 14. de ciui. Dei. Illa verò numerorum varietas, quæ inter codices Hebræos inuenitur, & noſtros, neq; de hac antiquorū lōgeuitate diſcētir. Et ſi quid habet ita diuerſum, vt verū eſſe vtrūq; nō poſſit, rerū geſtarū fides ab ea lingua repetēda eſt, ex qua interpretatū eſt quod habem⁹. Quę facultas cū volētibus vbiq; gentiū præſto ſit, nō tamē vacat, quòd ſeptuaginta interpretes in plurimis, quę diuerſa dicere vidētur, ex Hebręis codicibus emēdare auſus eſt nemo. Nō enim eſt illa diuerſitas putata mēdoſitas: nec ego vllo modo putandū exiſtimo. Sed vbi nō eſt ſcriptoris error: aliquid eos diuino ſpiritu, vbi ſenſus eſſet conſentaneus veritati, & prædicans veritatem, non interpretatium more, ſed prophetātiū

Auguſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libertate, aliter dicere voluisse credendū est. Vnde me rito non solum Hebræis, verumetiam ipsis, cum adhi bet testimonia de scripturis vti apostolica inuenitur auctoritas. Libro verò. 18. c. 43. ait. Cum verò tātum in eis signum diuinitatis apparuit, profectò quisquis alius illarum scripturarum ex Hebræa inquanlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis septuaginta interpretibus, aut si cōgruere nō videtur, altitudo ibi prophetica esse credēda est. Spiritꝰ enim, qui in prophetis erat, quando illa dixerūt, idē ipse erat in septuaginta viris, quādo illa interpretati sunt. Qui profecto, auctoritate diuina, & aliud dicere potuit tan quàm propheta ille vtrūque dixisset, quia vtrumq; idē spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, vt si nō eadē verba, idem tamen sensus bene intelligentibus diluceſce ret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere, etiā vt hinc ostēderetur non humanā fuisse in illo opere seruitutē, quam verbis debebat interpres, sed diuinā potius potestatem, quæ mentē replebat, & regebat interpretis. Nonnulli autem codices Græcos interpretatio nis septuaginta ex Hebræis codicibus emendandos putarunt: nec tamen ausi sunt, detrahere quod Hebrei non habebant, & septuaginta posuerunt. sed tantummodo addiderunt, quæ in Hebræis inuenta, apud septuaginta non erant: eaq; signis quibusdā in stellarum modum factis ad capita eorundem versuum notauerunt. Quæ signa asteriscos vocant. Illa verò, quæ non habent Hebræi, habent autē septuaginta, similiter ad capita versuum iacentibus virgulis, sicut scribuntur vnciæ signauerunt. Et multi codices Græci has notas habentes, vsquequaq; diffusi sunt & Latini. Quæ autem

Augusſt.

tē nō prætermissa, vel addita, sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciant, etiā ipsum nō abhorrentē, siue alio modo eundem sensum explicare monstrētur, ni si vtriſq; codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si igitur, vt oportet, nihil aliud intueantur in scripturis illis, nisi quod per homines dixerit Dei spiritus, quid quid est in Hebræis codicibus, & non est apud interpretes septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos prophetas Dei spiritus dicere. Quidquid verò est apud septuaginta, in Hebræis autē codicibus nō est, per istos maluit, quàm per illos idem spiritus dicere, sic ostendens vtroſq; fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Esaiā, alia per Ieremiā, alia per alium, atq; alium prophetam, vel aliter eadem per hunc ac per illum dixit, vt voluit. Quidquid porrò apud vtroſq; inuenitur, per vtroſq; dicere voluit vnus, atque idē spiritus. Sed ita, vt illi præcederent prophetando, isti sequerentur propheticè illos interpretādo. Quia sicut in illis vera, & concordantia dicentibus, vnus pacis spiritus fuit, sic & in istis non secum conferentibus. Et tamen tāquam vno ore cuncta interpretatibus, idē spiritus vnus apparuit. Hæc pater Augustinus. Cuius tam eximij viri auctoritate satis istorum hominum argumenta, quæ illi firmissima iudicant, eleuantur. Multaſq; nos imperitorum & inuidorum nostrorum diluemus calumnias, quibus ipsi nostræ trium editionū explicationi, & conciliationi Latinæ, Græcæ, & Hebræę derogare, & calumniari conantur. Tam misera enim est quorundam conditio. Vt quoniam ipsi neq; virtutem spectāt, neq; ecclesiā amant, molestè ferant ab alio id officij munus ecclesiæ præstari, quod ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libri Iob vtilitas magna.

præstare non possiunt. Sed, vnde egressi sumus, reuertamur. Licet huius libri difficultas maxima sit, vtilitas tamen tanta est, quantam verbis nullis explicari posse credo. Quē iam inde, ex quo editus est, admirabiles ecclesiæ fructus tulisse puto. Si quidem excellentissimo quodā modo patiētiā, & liberalem laborū, & incommodorum perpessionem docet. Quæ virtus maxime necessaria est ijs, qui magnam necessitudinem, firmissimamq; Dei amicitiam sibi conciliare cupiunt. Nam horum omnium patientiā à Deo prius tentari oportet, vt Ecclesiasticus auctor est. Fili accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem: deprime cor tuum: & sustine sustētationes Dei, & in humilitate tua patientiam habe. Quoniam igne probatur aurum, & argentum homines verò receptibiles in camino humiliationis. Ex quo fit, vt pauci stabilem, & iucundam Dei gratiam capiant, suauissimamq; consuetudinem eius, & infinitam liberalitatem experiantur. Quòd quamprimum à Deo tentantur, patientia destituti leuiter gratiam collectam effundunt: & non veros sed mercenarios amicos se fuisse ostendunt. Hinc etiam fieri puto, quòd difficilē admodum sit, eos, qui diuitijs abundant, & prosperam fortunam trahunt, in officio manere. Quoniam non est, in quo patientia munere suo fungatur, cùmq; non exerceatur, mollis, & infirma fit. Qua re enerutus animus, qui tolerantia percalere debet, facilè ad quodcūque vitium impellitur. Est enim patientia quasi omnium virtutum custos, firmissimusq; murus, ne libidines, animiq; perturbationes, & alij virtutis hostes irruentes bonos mores euertant. Sapientissime enim

Patientia maxime necessaria eis est qui vitam perfectā amāt *Ecclesiastici. 2.*

Diuites cur difficile in officio maneant.

Christus

Christus dixit Apostolis, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Patientiā enim Christianam vitū maxime propagabimus auctore Paulo. Per patientiā (ait) curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorē fidei. & cōsummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. A Christo verò si discedamus paucos puto sanctos homines fuisse: aut saltem literis mandatū non est, qui tantū quātū beatum Iob mortalibus specimen patiētię dederint. Ita vt patientia Iob in prouerbij consuetudinem venerit. Quę hoc eius libro descriptissimè explicatur. Demonstratur etiam, quibus rebus patientia maximè tentari soleat, fortunarum amissione, liberorum morte, incommoda valetudine, corporis doloribus, peruerso affinium, & coniunctorum impatientię exemplo. Maximè verò si in aduersa nostra fortuna amici alienentur, nos mordeant, de honestateq; nostra detrahant, atque vitam nostram planè vituperent, & malis omnibus dignā iudicēt. Si deniq; omni orbati auxilio magnis detrimentis conficiemur. Quę omnia ita cumulatè in hoc libro ponuntur, & exemplo prestantissimo declarantur, vt nihil cumulatius fieri aut cogitari possit. Tractatq; illud argumentum copiosissimè, quod valde viros bonos incommodis affectos ad desperationem adigit, cum videant homines iniquos fortunatè viuere, se verò malis onerari, miserēq; perire. Quę res valde difficilis visa est non solum paganis gentilibusq; philosophis, verum etiam prophetis ijs, quib⁹ erat cū Deo familiarissimus vsus. Sic vt pagano rū multi hoc argumeto impiè conuicti numen abnegarint. Prophetę verò eius explicationem ignorare

Luc. 21.

Heb. 12.

Patientia quibus rebus maxime tentari soleat.

ingenuè

Universidad de Deusto
Biblioteca

in genue fatentes à Deo de hac re doceri postularũt. Quam hic liber accuratissimè persequitur, ita vt ferè totus in ea versetur. Est deniq; totus compositus ad homines, ad tolerantiam, constantiam, fortitudinem grauitatemq; informãdos. Apertèq; demõstrat, quod Paulus scribit, Patientia opus perfectũ habet. Quandoquidem vno patientię munere obeundo, tam immensas perpetuasq; laudes Iob iure suo à Deo, homĩnibusq; meruerit. Totamq; virtutis, & vitij rationem, &, quis vtriusque exitus sit, luculentissimè explanat. Quare, qui vitam cum virtute colere, & Christianam philosophiam in officio tenendo discere cupiunt, hunc librũ amplexari, in manibus habere, in eo que semper versari debent.

LIBER IOB

CAP. I.

A VIR erat in terra Hus, nomine Iob: Et erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.

2 Natique sunt ei septẽ filij & tres filiæ.

3 Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter omnes Orientales.

4 Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis.

5 Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensque diluculo offerebat holo-
B causta per singulos. Dicebat enim. Ne fortè peccauerint filij mei, & be-

& benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

6 Quadam autem die, cùm venissent filij Dei, vt assisterent corã Domino, fuit inter eos etiam Satan.

7 Cui dixit Dñs, Vnde venis? Qui respondẽs, ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.

8 Dixitque Dominus ad eum, Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?

9 Cui respondens Satan, ait, Nunquid Iob frustra timet Deum?

10 Nonne tu vallasti eum, ac domũ eius, vniuersumq; substantiam per circuitum: operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra?

11 Sed extende paulũm manum tuam, & tange cuncta, quæ pos C sidet: nisi in faciem benedixerit tibi.

12 Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, vniuersa quæ habet in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Satan à facie Domini.

13 Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti,

14 Nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos,

15 Et irruerunt Sabei, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nuntiarem tibi.

16 Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerosque consumpsit: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi.

17 Sed & illo adhuc loquente, venit alius, & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus, vt nuntiarem tibi.

Adhuc

Universidad de Deusto
Biblioteca

19 *Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit. Filijs tuis & filiabus vescẽtibus & bibentibus vinũ in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi,*

20 *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit, & dixit.*

21 *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.*

22 *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis: neque stultum quid contra Deum locutus est.*

Vir erat in terra Hus, nomine Iob: Et erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Autor libri paucis primò describit Iob, cuius gesta narrare vult, ex animi corporisq; bonis. Quæ omnia acerrimè abomniũ hoste diabolo oppugnata sunt. Potuit tñ bona corporis auferre, & penitus euertere: animi tamẽ bona nõ solũ nõ abstulit, verũetiã auxit: illustrioraq; reddidit. Spoliauit eum fortunis omnibus, liberis, bona valetudine, & amicis. Honestatẽ vero eius lõgè maiorẽ clarioremq;, quàm antea reliquit. Vt ex hoc intelligamus quàm certũ diuinumq; sit illud Christi consilium. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autẽ vobis thesauros in cælo: vbi nec erugo nec tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furãtur. Hæc enim bona verè nostra sunt, quibus nullo modo priuari inuiti possumus. Hęc pro virili parte, si sani

Animi bona quam firma sint.

Matth. 6.

sani sumus, curare debemus. Illa vero negligere, aut certè, parũ curare, quę ad tẽpus mutuata potius, quàm nostra censenda sunt. Quæ fortuna magis quàm consilio parantur. Quæ leuiter amittuntur, sicut leuiter fortuna commutatur. Et ob eam rem prudenter dixit ille philosophus, nudus incendium fugiens. Omnia mea mecum porto. Quod dicit, *In terra Hus* Arabiæ pars probabiliter esse putatur, in qua habitauit Esau, ex quo genus duxisse Iob valde verisimile esse diximus, meminitq; Ptolomęus in cosinographia Husitarum, quos ad Arabiam pertinere dicit. Nemo tamen dubitat, quin terra fuerit gẽtilium. Qui & idololatræ fuisse putantur. Id enim mali maximè tunc manabat per orbem terrarum. Quodquidem pietatem Iob vehemẽter amplificat, cum Deum inter tam iniquos homines tam sanctè coluerit: nec illorũ peruerso exemplo eius magna virtus fuerit imminuta. Ex hoc enim Paulus Philippenses commendat, eis scribens. In medio nationis prauę, & peruersę, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Et sponsus ecclesiam, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Affert enim hæc laus coniecturam magnam excellentissimæ constantissimæq; virtutis. Sicut e contrario sceleus auget inter bonos malum esse. Quare Iudas, & alij eius similes habentur sceleratissimi. *Nomine Iob.* Nomen quidem felicissimũ, quod nulla vnquàm delebit oblivio. Nam clarius, & illustrius virtute sancti viri factũ est, quàm sol, & alię stellę cęli. Ex quo facilè constat non tam bene tropheis, statuis, & imaginibus, quàm officijs memoriam propagari. Et ita Christus discipulos suos docet, Gaudete, & exultate, quia nomina vestra

Philip. 2.

Perfectissimæ virtutis indiciũ est bonum inter malos esse.

Quibus rebus memoria maxime propagatur.

Matth 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtra ſcripta ſunt in cælis. Quæ cum ſola virtute ſcribantur, ipſius vi nomen illud conſequemur, cui nulla hominum inuidia officere poterit. Quod quidem nomen ipſum Iob ſatis planum & manifeſtū facit. Cùm poſt tot ſecula ſic vigeat & celebretur, vt nullius imperatoris nome licet ingētes victorias terra mariq; reportauerit, crebrius hominū ſermonibus vſurpetur. Veriſimile autem eſt (vt in proœmio dicebamus) Iob, & Iobab appellatū fuiſſe. Quod dicit, *Vir ille ſimplex*, Videtur ſignificare apertum, nihil ſimulantem, ſine dolo agentem. Quos viros Deus veritatis amator vehemē ter amat, & tales diſcipulos ſuos eſſe optat, eos ita monens, Sote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut colūbæ. Et ob eā rē ſponſus oculis ſpōſæ ſuæ valde delectatur, cum ei dicit in cāticis: Oculi tui columbarum. Et vno oculorum eius vulneratum fuiſſe, vnū dicit, vt q̄ ſimpliciter, & candidè illam intueri ſignificēt. Sed in Hebræo eſt תם tam quod perfectum, cō ſummatū, immaculatumq; declarat à verbo תמם tamam conſummare. Et licet frequentius vulgatus noſter vertat ſimplicem, ſæpe tamē vertit immaculatū, vt beati immaculati in via, & in canticis, Colūba mea, immaculata mea. Et ita hoc loco ſeptuaginta interpretes vertunt ἀμεμπτον irreprehenſibilem, omni labe carentem. Eſſe verò perfectum virum, eſt conſtāter Dei leges omnes ſeruare, vt Dauid in Paralipomenis declarat Deum ita precans, Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, cæremonias tuas, & faciat vniuerſa. Et hac de cauſa idem eſt perfectum eſſe, & immaculatum eſſe. Ideſt, qui nullum Dei præceptum violet. Hoc enim eſt

Apertos viros Deus vehemēter amat.

Pſal. 118.

Quid ſit virū perfectum eſſe.

Paral. 22

eſt immaculatum eſſe in via, vt ait Dauid, Poſſumuſque in eandem ſententiam [*ſimplicem*] vt dicit vulgatus interpres, explicare, vt ille vere ſimplex ſit, qui vnum Deum amat, & quærit. Non partim, quæ præcipit Deus, partim ea, ad quæ libido excitat, ſicut dicitur in prouerbijs, Iuſtitia ſimplicis dirigit viam eius, ideſt eius, qui Deum tantùm ſpectat. Nam ita fiet, vt labem nullam in via contrahat. Et ita mihi videtur intelligi, quod Saluator docet apud Matthæum. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, ideſt, in peccati tenebras non incides, ſi ad vnum Deum aſpiraueris. Et ita conſuluit Eccleſiaſticus, Ne acceſſeris ad Deum duplici corde. Ex quo fit, vt in ſcriptura ſacra omnes iniqui duplici corde eſſe dicantur. Sicut ſcribit Eccleſiaſticus, Vę duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Et ſic Iacobus impios homines hortatur, Emūdate manus peccatores, & purificate corda duplices animo. Erat ergo Iob [*ſimplex*] immaculatus, & qui ex animo Deū tantùm, vel ea, quæ Dei ſunt amaret. Quod dicit [*rectus*] idem etiam eſt in ſcriptura, quod perfectus niſi quòd perfectus alludit ad leges & præcepta Dei, quatenus bonos, ea ſeruātes efficiūt. Rectus verò ad eadē præcepta refert quatenus vię ſunt, quib⁹ ad Deū rectā imus. Et ita dicit ſponſa, Recti diligūt te, ideſt, boni, & perfecti viri: & Dauid, Rectos decet collaudatio, ideſt, bonos, & honeſtos viros, & ob eam rem omnes impij ad obliqua, & tranſuerſa digredi, & declinare dicuntur. Quod Dei præcepta non teneant, ſed res ab eo alienas perſequantur. Sicut canit Dauid, Declinan

Quis vir ſimplex.

Prouer. 11

Matth. 6.

Eccleſiaſti ci. 1.

Eccleſiaſti ci. 2.

Iacob. 2.

Rectus & perfectus idē & quo differant.

Cant. 1.

Pſal. 32.

C tes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes autem ad obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. In Hebræo est, עקלקלותם Hicalcalotham, quod vias tortuosas significat. Et ita plerique vulgata nostra editione, obligationes pro obliquationes irrepsisse putant in Græca tamen editione est, στραγγαλιάς, quod obligationes significat, sed contorsiones, & obliquationes etiam declarare existimo. Ex hoc enim nomine fit στραγγαλιώδες, quod tortuosum declarat. Recti itaque boni dicũtur, quòd rectas vias persequantur. Erat ergo Iob [*Rectus*] id est bonus & perfectus vir. Quod verò septuaginta vertunt, Δικαίος iustus, non de singulari illa virtute intelligendum est, qua redditur vnicuique, quod suum est. Sed de illa, quæ iustitiam vniuersam, & honestatem comprehẽdit. In qua significatione iustus sæpenumero in scriptura vsurpatur, vt illud Abacu, Iustus ex fide viuit. Quod dicit [*Timẽs Deũ*] idẽ etiã est, quod rectus atque perfectus. Nam honestatem & integritatem complectitur, vt alijs multis scripturę locis, vt in psalmo, Nõ est inopia timẽtibus eũ. Si quidẽ timẽs Deum rationem etiam omnium præceptorum ducit. Qua ex parte illorum violatores in Dei odium, & offensionem incurrũt. Quod vero dicit, [*Recedens à malo*] idem est etiã quod superiora. Comprehẽditque vniuersæ legis obseruationẽ: quæ tota in cauẽdo ne scelera fiãt, versãt. Quare nemo recedit à malo, quin integer & honestus sit. Præsertim cum omissio (vt loquuntur theologi) malum etiam sit. Quapropter qui omnino à malo fuerit recedens, nihil mali faciat necesse est. Nihilq; boni, quod facere debeat, prætermittet. Quare perfectum, rectum, timẽtẽque Deum esse oportet.

Psal. 124.

Abac. 2.

Psalm. 33. Perfectus, rectus & timens Deũ ac recedẽs a malo idẽ, & quo differant.

oportet. Idem igitur quatuor hæc declarãt, quę beato Iob hoc diuinũ oraculũ attribuit, diuersis tamẽ (vt ex posiui) rationibus, septuaginta adiungũt, ἀλαζόνος, verax, quod licet proprie ad dicta referatur, ad facta etiã hic referendũ existimo. Vt idẽ sit, quod reliqua quatuor adiũcta. Nam Hebraismus est, ambulare in veritate, pro eo, quod est legẽ vniuersam seruare. Sicut dixit Ezechias, Meminẽto quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim. Ea vero de causa toties idem sacra scriptura dixit, vt huius viri pietatem excellentissimam fuisse significaret. Nam vocant rhetores hanc dicendi rationem amplificationem per synonyma. 4. *Reg.* 2

2 *Natique sunt ei septem filij & tres filiæ.*

3 *Et fuit possessio eius, septẽ millia ouiũ, & tria millia camelorũ, quingenta quoque iugabouum & quingẽtæ asinæ, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter omnes orientales.* Posuit animi bona, nũc corporis. Qorũ incredibilẽ fecit iacturã. Quod dicit [*familiam*] seruos famulosq; multos habuisse declarat. Quod erat necesse vel ad tãtas opes ad ministrãdas. Quod dicit [*erat magnus inter omnes orientales*] poterat ad diuitias referri, id est inter oẽs orientales dirissimus habebat, sic vt nullus magis. Septuaginta, tamẽ viri nõ ad diuitias, sed ad genꝰ id retulere, ita vertẽtes, ἦν ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἐνδοξότατος τῶν ἀνατολῶν i. erat vir ille nobilis inter oẽs orientales. Quę melior interpretatio mihi videt. Nõ enĩ dubito quin Iob fuerit Rex. Nã amicicię Reges erãt: vt cõstat ex illo loco Tobię à nobis in prooemio citato. Nõ benevero amicitia cũ eo cõglutinaretur, quã inter ęquales esse oportet, nisi Rex etiã ipse esset. Præsertim cũ tãtas diuitias

Iob fuit Rex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

splendidamq; familiam haberet. Accedit ad hoc quòd verisimile esse probauimus, fuisse Iobab illū de quo in Genesi mentio fit. Quo loco scribit fuisse Rex. Præter id etiam, quod vulgatus & Hebræus de eius narrant diuitijs: addunt septuaginta viri hoc καὶ ἔργα μεγάλα ἦν αὐτῷ ἐπὶ τῆς γῆς, hoc est, Rura magna erant ei in terra. Sed ego quidem vehementer miror, & prodigij simile esse arbitror, ꝙ Iob tantis diuitijs affluēs, in eisq; à puero nutritus tam sanctę officium seruauerit, tantaq; pietate præditus fuerit. Cùm fallacia diuitiarum (vt Christus ait) suffocet verbū, & sine fructu efficiat. Verè hic est ille diues, quem admiratur Ecclesiasticus dicens, Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic? & laudauimus eū, fecit enim mirabilia in uitá sua. Quis est hic? dicit, vt rarissimum inauditumq; esse significet. Fecit mirabilia (ait) quoniam id inopinatum est, & omninò portentosum. Mihi quidem tantam mirabilitatem facit Iob pietas singularis, vt licèt maior virtus Apostolorum fuerit, non tam mirabilis mihi videatur. Feri enim potest, vt in re, quæ sua natura minor sit, propter ea, quæ circūstāt magis q̄, in ea, quæ sua natura excellentior est, admiremur. Ex hoc viro bene explicatur, quod Christus Apostolis dixit, cùm admirarentur difficultatem magnam, quam Christus diuitibus esse dicebat, obtinendæ salutis. Dixerunt illi, Quis poterit saluus fieri? Respondit ipse, Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Certum enim est, id à Iob fieri nunquam potuisse, nisi singulare quodam, & inusitatum auxilium ei

Quam admirabilis fuerit virtus Iob.

Matth. 13

Ecclesiasticus.31.

Matth. 19

à Deo

à Deo præstitum fuisset. Eaque de causa hoc tantum prodigium nasci in terris voluit, vt homo infirmus natura sua, sicut alij, inter diuitias, & magnas opes, inter homines scelerat os, idololatria, & vitijs omnibus contaminatos, inter infinita denique honestatis, & pietatis impedimenta nulla scripta lege, nullo euāgelio, nullo Christi & Apostolorum exemplo excitatus, tā eximia, & inaudita virtute fuerit. Vt nullū hominū genº, nulla cōditio, nullus statº, nullº ordo quidquā honestè excusare possit, cur officiū intermiserit. Sequit autē.

4 *Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisq; in die suo, & mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent et biberēt cū eis.* Quod dicit [*vnusquisq; in die suo*] Verti etiā ex Hebræo potest in domo vniuscuiusq; die suo. Nā יֹמוֹ, is, quod hîc sicut alijs locis Hebræis est vnusquisq;, potest vel ad domū, vel ad diē attribui, ꝙ in medio vtriusq; ponatur. Septuginta interpretes cū die cōiungi voluerūt, sicut & vulgatus noster. Sed illi obscurius trāstulerunt, sic transferētes ἐποίουν πότον κατὰ ἡμέραν ἕκαστον, faciebāt cōuiuiū singulis diebus. Sed intelligēdū esse puto, nō ꝙ omnibus diebus agitarēt cōuiuia. Nā essent hęc nimię dilitię, indignūq; esset filijs tā sancto patre natis, alijs honestis studijs prætermissis, ita voluptatibus se dare, ita genio indulgere. Nec pater egregia virtute præditus, qui tāto studio, quāto statim dicetur, ne filij sui peccarēt, curabat, id vllo modo pateretur. Sed intelligēdū est, vt nōnulli Hebręi exponūt, singulis annis septē continuos dies has epulas iisse. In qua re fratrū cōcordia animaduertēda, & laudāda est. Cū prouerbij locū obtineat, Cōcordia fratrū rara est. Et multis in locis sacra scriptura narrat in tri-

Concordia fratrū animaduertēda in filijs Iob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctes & acerbos luctus, parẽtes honestissimos propter filiorum dissidia atque discordias incidisse, vt filij Iacob adeò iniquo animo in Ioseph fuerunt, vt eum vẽderẽt Madianitis. Quãobrem in tãto luctu, & squalore Iacob fuit, vt nullã cõsolationé acciperet. Danidis autẽ domus quas clades non pertulit? quæ funera non vidit propter filiorum suorum dissensiones, & crudelissima odia? Nam Absalõ interfecit Amon: Salomon occidit Adoniã. Qua de causã cõmẽdanda & magnificienda est tãta filiorum Iob cõcordia: quã fecisse putãdum est, solertissimã, & honestissimã parẽtis educationem. Nec silẽtio prętereunda est castitas, & tẽperãtia, quæ huiusmodi cõuiuia prę se ferunt. Cum nõ mulieres alienas, sed sorores suas ad epulas inuitarent, in quarum conspectu nõ nisi res pudicas ageret. Ex hoc etiã loco bene cognoscit, nullo modo omittendũ esse gratiã referre, cũ vnusquisq; fratrum alios, qui illũ inuitauerãt, inuitãdos curasset. Quare nulla est honesta excusatio, grati animi significationẽ prętermittẽdi

5 *Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgẽsque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, et benedixerint Deo in cordibus suis, sic faciebat Iob cunctis diebus.*

Quòd [*mittebat*] dicit, alij summã hoc verbo Iob diligentiã declarari dicũt, alij, q; aliquod sacrificium ad tẽplum, vel ad arã mittebat. Sed meliꝰ mihi quadrare videt, vt intelligamꝰ misisse aliquẽ, qui vocaret eos, vt sanctificarẽt: vt statim adiungit. Sed difficioleré explicationé habet [*Sãctificabat eos.*] Quo pacto inquã hęc fieret sãctificatio. Auctor Bibliæ Roberti, dicũ factã fuisse abstinẽdo à cibis, & operibus carnis. Sed hæc sanctificã di-

di rãtio nullo nec argumẽto, nec scripturę testimonio probat, nec probari posse duco. Quod vt facilius declararetur, animaduertẽdum est verbum, קדש cadas, quod ponit Hebręus significare, (vt dicunt Hebræi,) sanctificare, præparare, immũdum esse. Propriè tamẽ præparare significat. Vt apud Micheam, Sanctificãt super eum prælium: Clarius erit si præparant interpretemur. Et in Nehemia, Ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius. Clarius erit præparauerunt. Per metaphorã autẽ sanctificare significat, quia quæ Deo offeruntur, vel dedicãtur, vel cultui eius apta vllo modo redduntur, sanctificari videntur, & Deo quasi parari. Res vero, sicut scripta, & euangelica lege, ita etiã & naturæ lege, aliqua re extraria, & corporis cæremonia parabãtur & sanctificabãtur. Hęc cæremonia, vel ante legem latã ad homines immundos Deo pręparãdos, sanctificãdosque fuit vestium lotio, vel mutatio. Vt apertè cognoscit ex Exo. 19. c. Quo narrat Deum dixisse Moysi, vade ad populum & sanctifica illos hodie & cras, lauentq; vestimẽta sua: & sint parati in diẽ tertium. Quare eadem lotione homines pios natura vsos fuisse puto, vt in Genesi de Iacobo narratur Iacob verò conuocata omni domo sua ait, Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt & mundamini ac mutate vestimenta vestra. Ex quo fit vt illud Exodi trigesimi capitis lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas ac pedes, Oncelus Chaldæus interpretes transferat, וידקדשון vicadesun, & sanctificabunt Aaron, & filij eius ex eo manus suas, & pedes suos [*Sãctificabat*] giẽ eos Iob, idest Deo parabat, & dedicabat idoneosq;, qui sacrificia facerẽt, lotis vestibus

Olim res quo pacto sanctificabantur. *Exodi. 19*

Mich. 3.

Nehe. 3.

Gene. 35.

Exodi. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stibus reddebat. [*Consurgensque diluculo.*] Quo summa sancti viri diligentia, & cura declaratur in Deo colendo sibique, & filijs suis mitigando, quæ Deo gratissima est. Sicut Dauid etiã de se dicit manè astabo tibi.

Psal. 5. *Prouer. 8.* Sapiẽtia quoq; in prouerbijs. Qui manè vigilauerint ad me inuenient me. [*offerebat holocausta per singulos,*] in Hebræo est, מספר כלם micpar culã pro illorũ numero, κατὰ ἀριθμὸν αὐτῶν, vt septuaginta vertũt, ideſt pro singulis singula sacrificia. Hîc addunt septuaginta pauca, quæ nec in Hebræo, nec in vulgato nostro sũt μὴ μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας νοσερῶν ψυχῶν αὐτῶν, & vitulũ vnũ p̃ peccato p̃ animab⁹ illorũ. Quod nõnulli repręhẽdũt ex alio loco additũ fuisse dicẽtes, & expũgẽdũ existimãt. Ratio tñ nõ est. Nã à Chrysostomo, & Olimpiodoro exponit: cohæretq; multũ cũ superioribus verbis, & sequẽtib⁹ ad explanadũ illud, [*Offerebat holocausta,*] secũdũ illorũ numerũ, ideſt vitulũ vnũ pro cuiusq; peccatis [*Dicebat enim,*] ideſt secũ cogitabat, Ne forte peccauerint filij mei. Quippe q̃ sciret in magno fuisse peccãdi periculo in epulis scilicet. Nã bene pasti homines procliuiores ad scelera fiũt, quod eorũ libido maiores cõcitatioresq; motus moliatur. Et ita dicitur in Exodo: Sedit populus mãducare, & bibere, &

In epulis quantum sit peccãdi periculum.

Exod. 32. surrexerũt ludere. Inter epulas etiã Absalõ interfecit Amõ, & Herodes diuũ Ioãnẽ. Quod igitur liberi sui, p̃ septẽ dies agitauerant cõuiuia, prudẽter sanctus vir timebat, ne fortè peccassent. [*Et benedixerint Deo in cordibus suis.*] Hoc & sequẽti capite honestatis & reuerẽtię causa benedicere Deũ pro maledicere vsurpat. Sicut etiã 3. Reg. Benedixit Naboth Deũ & Regem. Et ita

3. Reg. 21 septuaginta transferunt μὴ ποτε εἶπον οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ὡς πρὸς τὸν θεόν, ne forte filij mei mali quidquã in Deum cogitauerint. Cumq; Iob timuerit, ne in huiusmodi crimen filij sui epulãtes inciderẽt, argumẽto magno est, id periculi in cõuiuijs in edẽdo bibendoq; oppipare, & apparate impẽdere. Fortè quòd multis escis, & corporis voluptate incitata elataque libido Deo irascatur, quod suas prohibeat voluptates. Hinc est, quod de diuite illo epulone Christus narrat, quòd magno apud inferos ardore linguæ cruciabat, ita, vt ab Abrahã anxiè refrigerari postularet: fortasse propter maledicta, & conuitia in Deũ ad quæ delitijs assiduis inflãmabat. Propterea q̃, Salomõ in Prouerbijs monuit dicẽs, Quãdo sederis, vt comedas cũ principe diligẽter attẽde, quę posita sunt ante faciẽ tuã, & statue cultrũ in gutture tuo, ideſt cohibe linguã. Vide ne profuso cibo quidpiã petulãter, & effrenatè loquaris. Quod dicit sic, [*faciebat Iob cunctis diebus,*] intelligendũ est, cunctis diebus, quibus filij fuerãt in cõuiuijs, vt cohæreat cũ eo, quod antea dixerat. Sed hoc loco non sine admiratione animaduertere oportet, quòd cũ Spiritus sanctus magno verborũ pondere huius viri integritatẽ eximiã narrasset ad eã probãdam declarãdãq; nullũ officij munus delegit, nisi filiorum eius educationẽ. Præsertim quòd vigesimo nono, & trigesimo primo huj⁹ lib. c. narrat Iob multa sua virtutis munera ad ostẽdẽdũ. Nullo meritò suo tot ęrũnis atque miserijs esse oppressum, nullã tamen huius officij mentionem facit. Sed ego sine dubitatione vlla credo hoc præstantissimũ esse, & eorum, quæ ipse narrat maximum officij munus. Sicut tamẽ homines ignoramus, vtrùm Deo gratissimus, ita in qua ei re maximè placeamus. In hoc autẽ officio apparet, & extat singulari admirabilique charitate Iob erga Deum fuisse. Nã

Luc. 16. Quod periculum mei pulis impẽdeat.

Prouer. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius religió curaque colẽdi Deum oſtenditur ſummã fuiſſe, in eo, ꝙ tã aſsiduè tot ſacrificia faciebat. Amor autẽ & reuerẽtia eius erga Deum maxima eminet in eo, quod nõ ſolicitus erat de ditandis filijs, augẽdaque eorum hęreditate. Sed de illorum immaculata & integra vita. Non timebat, vt fortunas ſuas epulis diſsiparent, ſed ne Deum in cõuiuijs offenderẽt. Itaque nõ ſibi filios procreabat atque nutriebat, ſed Deo potius quá ſibi gratos eſſe cupiebat. Cuius tam ſtudioſæ ſolicitudinis tá excellentis, & prorſus diuinę, nullã ſimilẽ in ſacris oraculis reperiri arbitror, niſi illã ſolicitudinem Pauli Apoſtoli Eccleſiarum filiorumque ſuorum, quos etiam Chriſto procreauerat. Qua cum vrgeretur dicebat. Inſtantia mea & quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur? & ego nõ infirmor, Quis ſcãdalizatur? & ego nõ vror. Quòd ſi Deo vehemẽter placuit Abrahã, maximãque eius gratiã cõſecutꝰ eſt, quòd Deo iuuẽte filiũ ſuũ mactare nõ dubitauerit. Nõ minus libẽter oẽs filios ſuos Iob mactaturũ, ſi Dei volũtas accederet, facilè apparet ex animo, quo in illis educãdis erat. Tũ ex eo quòd acceptũ triſtiſsimum nũtiũ de illorum repẽtina, & calamitoſa morte tá patiẽter tulerit, ſentiés Dei voluntate fuiſſe. Quare ſi Abrahá ea volũtate quã habuit imolãdi filiũ ſuũ, vt Deo gratificaretur, officiũ cõtulit in Deũ omniũ prẽſtãtiſsimũ. Cur nõ etiã omniũ præſtãtiſsimũ Iob cõtuliſſe iudicabimꝰ, illa ſua eximia educãdorũ filiorum ratione? Quare rectiſsime ſpiritus diuinus hoc officij munere eximiã illius, quã prædixerat, honeſta tẽ demõſtrauit. Preſertim, ꝙ cõſtãtiã illius, quã in primis virtus perfecta requirit declarauit verbis illis [*cum elis diebus*]. Admirabile igitur hîc exẽplum parẽtibus officij

Filiorũ ſuorum optima educatione quam in Iob Deo placuerit.

2. Cor. 10.

propoſitũ eſt, ex quo diſcant optimã filiorũ educãdorũ rationẽ. Et illorũ etiã hoc loco ſtultitia deprehenditur eſſe maxima, qui parũ de honeſtate multũ de filiorũ hæreditate ſunt ſolliciti. Probat etiã illud Eccleſiaſtici cõſiliũ, Ne iocũderis in filijs impijs, ſi multiplicẽtur nec oblectẽris ſuper ipſos, ſi nõ eſt timor Dei in illis. Nõ credas vitę illorũ, & ne reſpexeris in labores eorũ. Melior eſt enim vnus timẽs Deũ, quã mille filij impij. Et vtile eſt mori ſine filijs, quam relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & á tribus impijs deſeretur. Prudẽterq; monebat Pythagoras dicens, τέκνα μάθε τίκτειν, ἵνα γηροβοσκήσωντα τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν θρέψωντα τῇ ἰδίῳ τροφῇ, liberos diſce perea re, nõ, qui corpus ſenio cõfectum alant, ſed qui animã nutriant perenni alimẽto. Sequitur quomodo Iob ab omnium hoſte diabolo oppugnatus prope funditus fuerit euerſus, niſi fuiſſet eximia quadã virtute nixus, & incredibili animi magnitudine, & fortitudine fultꝰ vt rectè dixiſſe Pythagoras intelligãtur, πλῆτος ἀσθενὲς ἀγκυρα, δόξα ἐπὶ ἀσθενὲς ἕρμα, τὸ σῶμα ὁμοίως, ἀρχαὶ αἱ τιμαὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀσθενῆ· ἰσχυνάτα, τίνες ἂν ἀγκυραι σθυνατάι; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία· ταῦτας οὐδεὶς χειμὼν σαλεύει· ἄτος θεὸς νόμος, ἀρετὴν σῴζειν τὸ ἰσχύον μόνον, τὰ δ' ἄλλα, λήρον, diuitię anchora ſunt infirma, gloria etiã infirmior, corpꝰ itidẽ, magiſtratus, honores, omnia hæc imbecilla, & viribus deſtituta. Quæ ergo ſũt anchoræ firmæ? prudẽtia, magnanimitas, fortitudo, eas nulla tẽpeſtas agitat. Hæc Dei lex eſt virtutẽ ſolam eſſe, quæ potẽs ſolidaq; ſit cętera omnia nugas, & ineptias. Ait ergo

Eccli. 16.

6 Quadiebus cũ veniſſent filij Dei, vt aſsiſterẽt coram Dño, affuit inter eos Satã. 7 Cui dixit dñs, vnde veniſti? Qui reſpõdẽs ait? Circuiui terrã, & perãbulaui eã. Vt explicẽt illud Hebræi quadam

Universidad de Deusto
Biblioteca

die,]cõminiſcuntur diem illam eſſe principium anni. Qua ſolis cõpleta reuolutione Deus rationes tractat cũ alijs cauſis. Sed iſta fabulæ ſunt. Dies igitur hoc loco tẽpus ſignificat, ſicut in Geneſi cum dicitur. Accidit autẽ quadam die, vt intraret Ioſeph domum. Et in 1. Reg. 1. 1. Reg. Venit ergo dies, & immolauit Elcana. Significat ergo quadã die, ideſt, quodã tempore, quo voluit Deus Iob tentare patientiã. Quod autem filij Dei hoc loco ſint angeli, facilè eſt, qui ita vocantur, quoniã Deo obediunt, vt liberi parẽtib⁹: à Deo ſunt creati, à Deo multa accipiunt beneficia. Illud autẽ eſt explicatu difficile. Quo pacto cõtigerit, vt Satan, quẽ ferè omnes, (nec ego dubito) diabolum eſſe intelligunt, quomodo inquã Deo cũ filijs Dei adfuerit præſẽs: quomodo cũ eo Deus locutus fuerit, cum interrogauerit, eiq; Satan reſpõſum dederit. Quidã Hebræi quos ſequitur Eugubinus dicunt, hanc fuiſſe viſionẽ propheticam, quæ oblata à Deo fuit Moyſi, vel alicui amicorum Iob, vel alij viro, à quo liber hic fuerit ſcriptus. Sed hoc nullomodo mihi poſſe quadrare videtur: neq; cũ contextu cõuenire. Nã narrat hiſtoria, Satãlob percuſſiſſe, & eius omnes fortunas euertiſſe, poſtquàm in eo ſermone, quẽ habuit cum Deo, ab eo licentiã impetrauit, deindeque iterum cum eo locutũ fuiſſe, poſteaq; Iob morbo grauiſsimo, & omnino inſanabili afflixiſſe. Cũ ergo Iob nõ viſione phetica, ſed re vera fuerit afflict⁹, cur ſermonẽ illũ inter dęmonẽ, & Deũ, ex quo afflictio orta fuiſſe narratur, viſione prophetica, habitum fuiſſe credendum eſt? Præſertim quòd prius geſta ſunt ea, quæ hoc libro narrãtur, quàm liber ab eius auctore fuerit compoſitus. Nõ ergo

go veriſimile eſt tunc viſum fuiſſe Deum cum dęmone loquentem, cùm liber conficeretur. Quare hæc explicandi ratio mihi certè non probatur. Sed vt ſententiam noſtram explanemus, prius oportet in memoriã reuocare, frequẽter ſcripturam vti parabolico ſermone, hoc eſt, vnam rem proponens aliam vult intelligi. Vt cum dicit, Vicit leo de tribu Iuda, leonem indicat, Apoc. 5. vt Chriſtum intelligamus. Et illa verba, quæ Chriſtus apud Zachariam de ſe dicit, Et aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum & paui gregem. Liẽt duas virgas ſumpſiſſe dicat, non duas virgas, ſed duas adminiſtrandæ reipublicæ rationes ſumpſiſſe putandum eſt, & non gregem, ſed homines pauiſſe. Eodẽ modo cùm dicit Eſaias, Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filij olei, ſepiuit eam, & lapides elegit ex illa. Vt ipſe ſtatim declarat Eſaias, alias res ponit, & alias præcipit, vt intelligamus. Ad eundem modum hunc locum declarare debemus: vt ex vna re, quæ non quadret, aliam conuenientem intelligamus. Non enim exiſtimandum eſt Deum verè cum dæmone fuiſſe loquutum. Nã cum corpore vacet, & loquutio, ſua natura corporis linguam poſtulet, loqui Deus verè & propriè non potuerat. Ita igitur hunc locum interpretabimur. Aſsiſtunt filij Dei, & Satã corã Deo: quoniã omnia Deo patẽt. Omnibus rebus adeſt ipſe per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, vt Theologi loquuntur. Et ſicut dicit Hebræ. 4. Paulus. Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius. Hac ergo de cauſa Satan eſſe narratur in conſpectu Dei. Tum quòd Deus in ſcriptura dicatur eos non in

ſpi-

ſpicere, ab illis oculos ſuos auertere, quorũ deſiderijs non reſpondet. Quapropter eũ precatur Dauid. Reſpice in me & miſerere mei. Et alio loco. Ne auertas faciem tuam à puero tuo. Quia vero Satan (vt creden dũ eſt) Iobi caput antea petiſſet, bonisq; omnib⁹ eũ expiſſet euertere. Quia modo tãtũ ſit à Deo deſiderij ſui cõpos: In conſpectu eius eſſe narratur, quia eius habet rationem: & quod vehemẽter optabat, ei cõcedit.

Pſal. 22.

Deus quos ignorare dicatur.

Quod ei Deus dicit [*vnde venis,*] ſignificat eius vias, & iniquos conatus nõ probare. Ita enim vſu venit in ſcriptura, vt Deus neſcire dicatur eos, quos reprobat. Vt apud Matthæum ipſe narrat reſponſurũ iniquis in die iudicij, Neſcio vos. Scribit etiam in Geneſi, Adã poſt quam peccauerat dixiſſe, Adam vbi es? Et Cain quoque, Quare iratus es, & cur cõcidit facies tua? Et poſt pauca iterũ quærit ex Cain, vbi eſt Abel frater tuus? & Iudæ proditori dixit, Amice ad quid veniſti? Ponit ergo Deus dixiſſe, Vnde venis? Vt intellegamus dæmonis facta Deo diſplicere. Interrogat etiã, vt reſpondendi det occaſionem: & ſic ipſe, quæ vult, ſtatuat. Vt Angeli dixerunt ad Abraham, vbi eſt Sara vxor tua? Non q̃ ignorarent, ſed vt deinde nunciarent ei, filium ſuſcepturũ ex illa. Ita, vt dæmoni licentiam daret affligendi Iob, id interrogaſſe ponit: vt omnia ad rationẽ loquendi, & intelligẽdi noſtrã cõponãtur. Quod autẽ Satan reſpõdit. [*Circuiui terrã, & perambulaui eam.*] Illius deſcriptiſſime ponitur facin⁹ & peruerſa occupatio. Nam de illo Petrus ſcribit. Tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Tangit etiã hoc reſponſum eam immanẽ diaboli ſuperbiam, qua inflatus cum Deo de regno dimicare audet. Ac Dei imperiũ

Matt. 25

Gene. 3.

Gene. 4.

Matth. 26

Gene.

I. Pet. 5.

Diaboli ſuperbia.

rium labefactare, & ſuum ſtatuere conatur. Nam perambulare terram eſt Hebræis eam ſubigere, in poteſtatemque redigere. Hiſpani etiam dicunt, *poner debaxo del pie*, ſicut in pſalmo dixit Dauid, in Idumeã extendam calciamentum meum. Mihi alienigenæ ſubditi ſunt. Ex hoc ergo reſponſo ſignificatur ea diaboli petulantia, & cõtumacia, qua ſe iactat principẽ eſſe mundi, & habere homines vniuerſos in poteſtate. Sicut Chriſto oſtẽdiſſe ſcribit Matthæus, omnia regna mũdi, & ei poſtea dixiſſe, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me. Chriſtusque eũ huius mũdi principem appellat. Quo illum exturbaturum pollicetur. Ponit igitur libri auctor, Satan Deo reſpõdiſſe. Quò ſciamus eius ſtudium perniquum circunuenien-di homines, opinionemque peruerſam imperij orbis terrarum.

Pſalm. 59

Matth. 4.

8 *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo.*

Ex hoc intelligitur Deum maximè de bonis viris gloriari. Sicut apud Eſaiam, Seruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor. Quoniam propter bonos viros Deus regnat in hoc mundo. Nam ipſi tantum eum timent, & reuerentur: & eius iuſsis ac legibus obtemperant. Et hac de cauſa bonorum concioni dicit Eſaias, Et eris corona gloriæ, & diadema regni in manu Domini. Boni etiam viri diaboli arrogantiam comprimunt oſtendentes non ob eius vim homines in poteſtatem redigi, ſed malorum hominũ improbitate atque perfidia. Qui eũ optimè eius conatibus poſſent reſiſtere volentes

Eſai. 49.

Eſai. 62.

ſe eius

Luc. 21. se eius improbę dominationi subijciunt. Valde enim ridiculum est, quòd diabolus iactare audeat se principem esse mundi, circuire perambulareq; terrā. Cùm Iob homo natura sua infirmus opibus magnis, & amplę administratione familiæ occupatus, pernicioso perditorum hominum exemplo circumuętus millies ab eo bello tentatus, victor ab officio nunquàm defeciuerit, sed suam in dies virtutem auxerit. Certè sancti viri, ita diabolum arrogantiæ, & inquos homines satellites eius inertiæ conuincunt, vt si iudicio cum Deo contendant, nihil respondere, nihil hiscere possint. Sic Dauid ait. Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris, idest, dum vocas in iudiciū eos, qui crimen suū confiteri renuunt, eos cōuincendo, quod satis eis auxilij obtuleris, ac pollicitus fueris, tu sanctus, & verax appareas, illi verò socordes, & iniqui. Quod dicit, [*quòd non sit similis ei in terra.*] Antecelluit virtute Iob cunctos sui seculi mortales. Sic intelligēdum opinor, quod ecclesia de singulis canit sanctis Pontificibus. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, idest, vnunquenq, seculo suo floruisse & excelluisse Non enim singulos cum alijs comparat sanctissimis viris, sed cum suis ęqualibus. Reliqua verba Dei quibus Iob commendat, eadē sunt, quæ illa, quæ in huius libri principio posita sunt: vt eiusdē auctoris totū librum esse cognoscamus. Quæ cum iam explicata sint, nihil est, quod iterum eadem repetamus.

Hebr. 12.

Psal. 50.

9 *Cui respondens Satan ait. Nunquid Iob frustra timet Deum?*
10 *Non ne tu vallasti eum ac domum eius? Vniuersamq; substātiā eius per circuitum? operibus manuum eius benedixisti & possessio eius creuit in terra.* Optimè ex hoc responso ingenium diaboli describitur? Qui cū sit virtutis hostis veręque laudis inuidus: quod à virtute fit in aliud causæ, genus confert. Sic Pharisęi inuidi, ne Christi miraculis conuincerentur, in Beelzebub principe dæmoniorum eiecisse dęmonia iactabant. Ita quòd Iob perfectus & rectus esset, quòd Deum timeret, eique pro virili parte obediret, non Dei & virtutis amore impulsus, calumniabatur. sed sui commodi emolumentiq; causa, vt opes à Deo, & amplas facultates acciperet. Itaque Iob erga Deum officia non sine precio benigna, sed mercede conducta esse petulanter criminabatur. Idq; significabat dicens. [*Nunquid Iob frustra timet Deum?*] id est, nunquid gratis timet Deum? an precio potius? [*Quia tu vallasti eū*] &c. idest quia tu multa ei tribuis beneficia, & quasi emis vel conducis eius operam. Quibus dictis & Deo & Iob multū detrahebat: Deo, quòd nullos veros, sed mercenarios tantum amicos habere innuebat. Iob autem, quòd non virtutem colere, sed mercaturā facere significabat. Deū enim obseruare nō cōpēdij nostri, sed eius præstātiæ causa, vera & perfecta virtus postulat. Quod dicit. [*Nonne tu vallasti eum ac domū eius? &c.*] id est nō permittis, vt vllā rerum suarum iacturā faciat, vllamue calamitatem accipiat. Quod dicit. [*Operibus manuum eius benedixisti*] deest facis, vt, quidquid aggrediī, prosperè succedat. Ná benedicere, cum Dei est, benefacere in scriptura significat. Rectè tamē diabolus Deo refert acceptum, ꝙ malis homines careant, & bonis fruātur. Dñs enim paupe rē facit, & ditat, humiliat, & subleuat, vt canebat Anna. Quare debent homines eniti potius, vt beneuolē

Diaboli ingenium.

Diabolus quo pacto Deo & veę virtuti detrahat.

1. Reg. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiã eius officijs adiungant,quàm Regum & aliorum hominum si à malis securi esse,&bene beatèque viue re optant.

11 *Sed extende paululum manũ tuam,& tange cũcta,quæ possi det,nisi in faciem benedixerit tibi.* Extende manum Hebrai cæ,שלח,sela mitte septuaginta,ἀπόστειλον,estque phra sis Hebræa,qua feriẽtis habitus exprimit,quę declara tur in Exodo,שלחי שלחתי sela ti mittã manum meã,& per cutiam Ægyptum. [*Tange*]non est in Hebræo, sed in septuaginta, ἅψαι, est etiam Hebraismus. Ad verbum verò ex Hebræo traducẽtur sic:sed extende ob secro manum tuam,& etiam ad omnia,quę eius sunt. Sententia eadem est,trium editionum,licet verbis nõ nihil differre videatur, idest,malis affice Iob. In Hebræo tamen non aperte audere videtur licentiam petere ad ipsum Iob percutiendum, sed ad eius fortunas diripiendas. Et ita Deus nunc concessit ei licentiã dissipandi, quidquid erat fortunarum eius,vetuit autem Iob corpus vllo modo percutere. Cumque Satan illius fortunis euertendis vidisset nihil profecisse, secundo loco Deum apertè poposcit licentiam,eius corpori officiendi,quam etiam obtinuit. Ex quo intelligitur nihil diabolum,nisi Deo permittẽte vlli no cere posse,tantùmque carnificem esse,qui nemini nisi de iudicis sententia detrimentum afferre potest. Quò minus boni viri eum reformidare debent, qui nihil nisi de voluntate patris eorum mittissimi & benignis simi,damni inferre valet. Eo ob eam rem in Apocalypsi scribitur,Et appræhendit draconem,serpentem antiquum,qui est diabolus,& Sathanas, & ligauit eũ per annos mille. In vinculis retineri dicitur, quia in nullam

Exodi.3.

Apoca.2.

nullam rem inuehi,nisi Deo concedente potest. Idem de alijs nostris aduersarijs intelligẽdum est. Nam nulli etiam homines detrimento esse possunt, nisi à Deo licentiam obtineant. Et ita Dauid ab amicis desertus, & ab inimicis oppressus de Deo imprimis queritur dicens,Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Et sic Laban,cum persequeretur Iacob fugientem vidit in somnis dicentem sibi Dominum, Caue nequidquam aspere loquaris contra Iacob. Quæ consolatio maxime debet leuare viros bonos,cum ab inimicis contumelijs,& ignominijs appetuntur. Cum vero postea dicitur. Diabolum Iob percussisse,à Deo potius fuisse percussum intelligendum est. Semper enim persistere oportet id quod diabolum rectè cognouisse posuimus. Extende paululum manum tuam & tange cuncta, quæ possidet. Sed Deus est causa calamitatũ princeps ,diabolus vero,& alij hostes sunt instrumenta, sicut scribit Esaias in Regem Assur , qui iactabat se ferro ac viribus suis multas copias ac prouincias fregisse. Nunquid gloriabitur(ait)securis contra eum,qui secat in ea? aut exaltabitur serra cõtra eum,à quo trahitur? Quomodo si eleuet virga contra eleuantẽ se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est. Hoc etiam loco oportet animaduertere,quàm acerbus & molestus accusator diabolus hominum sit, quantisque calumnijs,eorum officijs detrahat, quanque crudeliter eos vexet,quantaque mala illis inurere, & exitium parare studeat. Et ob eã rem de illo in Apocalypsi dicitur, proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei,die ac nocte. Consideran-

Psal.88.

Gene.3.

Cõsolatio afflictorũ.

Deus princeps causa calamitatũ est.

Esai.10.

 randum

Universidad de Deusto
Biblioteca

randum etiam est,quàm mirificus propugnator diligentissimusque patronus Deus piorum virorum sit. Nihil illis táto patrono,veterator diabolus calumnijs falsisque criminibus obesse poterit. Quòcirca rectè Paulus exultans scribit.Quis accusabit aduersus electos Dei?Deus qui iustificat.Quis est,qui cõdemnet? Quod dicit[*Nisi in faciem benedixerit tibi*]idest,nihil te reuerebitur,nihil timebit.Est enim phrasis Hebræa ducta translatione ex eis, qui coram in conspectuque cum aliquo ex postulant nihil eius vultum verentes, ita Paulus de Petro dixit,in faciem ei restiti.Diximusque benedicere hoc capite esse maledicere.

Deus mirificus hominum patronus.

Galat.2.

12 *Dixit ergo Dominus ad Satan.Ecce vniuersa, quæ habet in manu tua sunt:tantum in eum ne extendas manum tuam.*Licèt nullam Deo,calumniator hic virtutis mercenarię Iob dictis,& calumnijs suis suspicionem dedisset, sed valde iam probata esset ei,& liberalissimam ac verissimã esse cognosceret. Tamen vt sole clarior esset,& omnibus ita patefacta,vt vel inuidus, & improbus hostis eius diabolus nihil,quod in suspicionem vocaret, nihil,quod accusaret,aut hisceret, haberet,notissimæ huius viri virtutis periculũ facere voluit. Sicque etiã tentare,& experiri voluit Abrahã,cum filij sui sacrificiũ ei imperaret,nõ vt experimẽto ipse virtutem eius cognosceret, sed vt eam omnibus hominibus probaret notissimãq; redderet. Quocirca facto periculo dixit ei,Nunc cognoui,q̃ timeas Deum. Idest,nunc feci,vt omnes cognoscerẽt.Et hac de causa multos præstantissimos viros grauissima puto subisse discrimina.Quare cõsolatur eos Dauid,cũ in miserijs ęrumnisque sunt,dices,Spera in eum, & ipse faciet, & educet

Cur bonos viros desisteret.

Gene. 22.

tet quasi lumen iustitiam tuam,& iudiciũ tuũ tanquã meridiem.Id est,ne spe excidas,ne animũ despõdeas, q̃ ab improbis vulgo conténaris,& iniquus haberi videaris. Spera in Deo.Nã ipse faciet,vt iudiciũ,quo improbi tecũ de tua virtute cõtendunt,clarius ipso lumine sit.Sic,vt omnes iudicent,secundum te honestatẽque tuã prædicent: cùm illustrior quàm meridies fuerit effecta. Quare cùm iniqui detrimẽta machinãtur, solẽt maxima emolumenta importare. Quod ex his machinis quibus diabolus Iob est agressus, facilè apparet.Siquidẽ nihil incõmodi, sed cõmoda multa tulit.Quod dicit. [*Tantùm in eũ ne extendas manum tuam.*] Quãuis etiã id postea concessit, modo nõ permittit, quia pro sua pietate & benignitate erga nos nõ patiẽ, vt grauius nostra tenterur patientia, quàm ipsa tolerare potest. Et mala,quæ si accidèrent singulatim, ferre possemus,cõiuncta simul pati fortè nequimus. Fortassis si diabolus Iob simul, & fortunis euerteret, & morbo illo grauissimo afficeret,æquo animo id ipse tolerare nõ posset. Tolerauit tamẽ,postquã alijs calamitatib⁹ eius animus percalluerat.Propterea q; benignè Deus primo periculo vetuit corpori eius incõmodare.Idq; Paulus testatur Corinthijs scribẽs. Fidelis Deus est, qui non patiet vos tẽtari supra id, quod potestis, sed faciet etiã cũ tentatione prouentũ,vt possitis substinere. [*Egressusque Satan à facie Dñi.*] Rectè id à beato Gregorio mihi exponi videt, vt egressus diabolus dicat à facie eius,qui cælũ & terrã implet,vt Ieremias ait.Quia cũ licentiã obtinuerit libidinẽ suã explendi quasi vinculis solutus, quibus detinebatur, ne Iob exagitaret,exisse dicitur à facie Dei,qui eũ cõ-

Psal.36.

1.Cor.10.

Iere.23.

prehenderat,& in custodia collocauerat. Ita apud Za-
Zacha. 6. chariã, quoniã equi illi robustissimi,qui Romanorũ
Miserũ esse a Deo licentia obtinere libidinem suã explendi. agebant imperiũ,licentiã impetrarunt orbem terrarũ victorijs suis peragrandi, Exijsse ponũtur.Ex quo intelligere debẽt ij, quorũ peruerso studio,&effrenatæ cupiditati Deus morẽ gerit,à facie eius exijsse.Quod miserũ valde, & calamitosũ est ab eo separari, qui est omniũ bonorũ fons.Præsertim , qp in eo tota felicitas
Num. 6. cõtinebaẽ,quod Deus imperauit sacerdotibꝰ, vt precarent filijs Israel,Ostẽdat Dñs faciẽ suã tibi,& miserea tur tui:cõuertat Dñs vultũ suũ ad te, & det tibi pacẽ.

13 *Cum autem quadam die filij,& filiæ eius comederent,& bibe rent vinum in domo fratris sui primogeniti* . Tempus ponit primò,quo Satan inuasit,irruitque in sanctum virum. Quod quidem maximè accommodatum esse videbat ad eum superandũ,& in scelus aliquod impellendum. Erat enim lætitiæ,& hilaritatis tempus , cum filij eius conuiuiũ celebrarent.Quo tẽpore negligentiori & remissiore animo esse videretur,minusque de bello tã funesto crudelissimoq; cogitaret . Ita enim plerumq;
Dani. 5. fit,vt ira & animaduersio Dei eos repente opprimat, qui magis securi videtur. Sicut Balthasar,cum frequẽs lętumq; celebraret cõuiuium,manum illam inter cœnam vidit horrendã,quæ dira minabatur ei:eadẽq; no
Prouer. 14 cte & vita & regno fuit spoliatus.Et ita sapiẽs in Proverbijs,sæpe monet futurũ dicens, Risus dolore miscebitur,& extrema gaudij luctꝰ occupat. Accidit etiã
Bona , & mala repẽte contingere solent è cõtrario,vt in magna rerũ desperatione Deus increbile ferat auxiliũ ab omni miseria vindicando,& bonis multis cumulando. Vt accidit Ioseph, qui vno die fuit è carcere emissus, & secũdus à Rege factus. Quę

Dei

Dei magno cõsilio fiunt.Vt intelligamus nihil esse in hac vita tã securũ, quod labefactari non possit:nullasque tam desperatas esse res,quæ resarciri nequeant.Id que docet Salomon in Ecclesiaste, De carcere cate- *Eccle. 4.*
nisque interdũ quis egreditur ad regnũ, & alius natus in regno inopia consumatur.Sequitur in libro.

14 *Nuntius venit ad Iob, qui diceret,Boues arabant , & asinæ pascebantur iuxta eos.*

15 *Et irruerunt Sabæi,tuleruntque omnia , & pueros percusserunt gladio:& euasi ego solus,vt nuntiarem tibi.*

16 *Cumq; adhuc ille loqueretur,venit alter,& dixit, Ignis Dei cecidit è cælo,& tactas oues puerosq; consumpsit: & effugi ego solus,vt enuntiarem tibi.*

17 *Sed & illo adhuc loquente, venit alius,& dixit,Chaldæi fecerũt tres turmas,& inuaserunt camelos,& tulerũt eos , nec nõ & pueros percusserunt gladio:& ego fugi solus,vt nuntiarem tibi.*

18 *Adhuc loquebatur ille & ecce alius intrauit,& dixit, Filijs tuis,& filiabus vescentibus,& bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti.*

19 *Repente ventus vehemens irruit a regione deserti,& cõcussit quatuor angulos domus,quæ corruẽs oppressit liberos tuos,& mortui sunt:& effugi ego solus, vt nuntiarem tibi* . Sabæi populi sunt Arabiæ felicis . Quapropter finitimi fortè erant agro Iob,quẽ in Arabia habitasse diximus.Hos Iosephus à Saba Cusi filio,qui oriꝰ fuit ex Achã dictos scribit.Eorũ metropolis est Saba,quam strabo libro decimo sexto Meriabã appellat. Chaldęi populi etiã sunt maioris Asię,quorũ regio est Arabię cõtermina.Qua re circũuicini etiã fuisse viderũt agri Iob. Quos populos Arphaxat instituisse,& à se Arphaxateos nominasse narrat Iosephus.Eugubinus hũc locũ narrans quã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam parabolá habere dicit, ſicut illud euangelij, Cum rex miſsit ſeruos ſuos ad operarios vineę, quos ille interfecerunt. Ac ſicut illud fictū fuiſſe videt, ita & hoc. Nam cogitari inquit non poteſt vno tẽpore in tot tantasq; calamitates nomine incidiſſe. Quod temerariè, ne grauius dicá, mihi videtur dici. Nã hæc vera hiſtoria eſt, & vt vera tractatur ab omnibus Eccleſię doctoribus. Nam ſi id cõfictū eſt, in quo nã verſata fuit illa patientia Iob ita prædicata? De qua dicit Iacobus, Patientiá Iob audiſtis, & in qua re poſteris reliquit patiẽtiæ exemplū, vt dicitur in libro Tobiæ. Valde autẽ veriſimile eſt tantū naufragiū vno tẽpore feciſſe Iob ei, qui exſacris ſcripturis cognoſcat, q̃ in feſtus ſit Satanas omnibus ſanctis viris, quàm grauiq; eos inſectetur odio. Quòcirca crudeliter exprompſiſſe obtẽtá à Deo licentiam valde credibile eſt. Ad parabolā autẽ confugere neceſſe eſt, vel cum parabola vocatur in ſacra ſcriptura, quod narratur, vel cum nullo modo quadrare poſsit, ſi ſimpliciter & hiſtoricè, quæ narrátur, accipiantur. Vt vicit leo de tribu Iuda, vel vt ea collocutio eſt, quā proximè hoc caput narrat inter Deū, & Satá fuiſſe. Calamitates verò Iob, cum accidere potuiſſent (vt diximus) & ſimpliciter, & planè eas ſacra ſcriptura narret, valde abſurdū eſt, & ſatis temerarium, fictas eſſe affirmare. Certè hæc docens Eugubinus illis Hebræis aſſentiri videtur, qui Iob fuiſſe negát: & eius hiſtoriā fabulá eſſe cẽſent. Alij opinátur, iniquos fuiſſe filios Iob, q̃ de improuiſo oẽs mortui occubuerint. Perinde, quaſi nõ multi boni viri miſerè mortui fuerint. Quis autẽ credat eiº viri filios omnes, improbos fuiſſe, qui tã bene (vt expoſuimus) de Deo meruit in

Matth. 21

filijs ſuis educãdis, qui tanto ſtudio curabat, ne in offẽſa eſſent apud Deum. Præſertim q̃ in fine huius libri dicatur, Dñs autem benedixit nouiſsimis Iob magis, quàm in principio eius. Deindeque ſubijcit, omnes facultates Iob duplo maiores fuiſſe q̃ antea, filios autẽ totidẽ tãtū, quot antea poſuit. Quare magno argumẽto eſt, reliquos ſeptẽ, qui occiderant, viuere beatá vitam, vt filijs ſicut, & alijs eius bonis Deus benedixerit, ac duplo ita fuerint plures, ſicut & aliæ eiº diuitiæ. Non ergo ea labe præſtantiſsimū virū aſpergamus, vt omnes eius liberos indignos vita putemus. Hos vero nũcios Chryſoſtomus nõ homines, ſed dæmones ſpecie hominũeſſe ſcribit. Quod probabiliter dicit. Quoniā valde aſperè, & inhumanè vnuſquiſq; nunciū ſuū referebat ea modo nuncians, quæ magis ſancti viri dolorem refricarent. Deinde vix vnus faciebat finẽ dicẽdi, cum alius ingrediebatur. Quare caſu nõ veniſſe videntur, ſed de induſtria. Iá vero ea nunciabāt, quæ aut nõ vidiſſe, aut nõ intellexiſſe quiſpiā ſeruus videtur. Nã ſi vidit filios Iob veſcẽtes & bibẽtes, intra domū erat. Nõ igitur videre poterat ventū validū cõcuſsiſſe quatuor angulos domus. Tum quo pacto effugere potuiſſet tota domo conuulſa? Si vero extra domū erat, quo pacto videre potuit filios veſcentes & bibentes? Huc accedit quòd vnuſquiſq; dicebat ſe ſolum fugiſſe. Vnde id conſtabat ſic ei? Et vt conſtaret, quid attinebat neminem id prætermittere? niſi vt maiorẽ augeret dolorẽ. Et vnde erat, vt vnuſquiſq; per ſe, eo animo eſſet erga Iob, vt maiorẽ vellet ei exhibere moleſtiā? Quare veriſimile eſt, vel dæmones fuiſſe vel à dæmone inſtructos nuncios, ad Iob exercẽdū, & verbis

Nuncios Iob dæmones fuiſſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuis cõficiẽdum. In quo diaboli acerbitas, & immanis crudelitas cernit, qui nihil omiſit earũ rerũ, quæ ſãctũ hominẽ de gradu deijcere, & ad inſaniã & deſperatio nẽ poſsẽt adigere. Quid? nõne incredibili artificio grauiſsimos illos caſus adaptauit ad animũ vel ferreũ infringẽdũ? Noluit, vt vno nũcio de omnib⁹ ſuis calamitatibus Iob certior fieret: ne forte tãto malo ſtupefacta més ſenſũ omnẽ humanitatis amitteret. Præterea noluit, vt primùm illũ acerbiſsimũ nũciũ mortis filiorũ acciperet. Ne, ſi non omnino frãgeret eũ tãto ictu, eius patiẽtia ad nouũ aliũ dolorẽ obdureſceret. Sed ſic dolores illos diſpoſuit, vt vnus incedẽs, ſi nõ frãgeret eius patientiam, ſaltẽ molliret, vt alius ſtatim inuadẽs magis penetraret. Iam vero illud maximę ſagacitatis fuit, vt ignis è cælo decidens oues, pueroſq; paſcentes eas conſumeret, vt perſuaderet pio viro, nõ homines tãtum, ſed Deũ ipſum, in quo ſpẽ ſuã poſuerat, ſibi eſſe contrarium, nullumque ex eo ſperaret auxilium ad miſerias ſuas ſubleuãdas. Quò etiã ſpectabat, qđ tot vno tẽpore calamitates, & ærũnę interueniſſent ei, vt ſecũ reputaret id, quod etiã Dauid magna agitatũ procella vehementer angebat, cum diceret, Hæc mutatio dexteræ excelſi. Id eſt, nulla hominum vis me ita deijceret: ſentio vim magnã dexteræ excelſi mihi impendẽtem, meq, terrentẽ. Quæ cogitatio ita boni viri ſolicitudines acuit, vt nihil magis: cùm eum ſibi aduerſari putet, in quo ſpẽ ſubſidij ſui poſuerat. Quod aptiori loco accuratius, ſi Deo placet, declarabimus, eſt enim grauiſsimum cognitioneq; digniſsimum.

Pſalm. 76

Dæmonis acerbitas erga Iob.

20 *Tũc ſurrexit Iob, et ſcidit veſtimẽta ſua, et tõſo capite corruẽs in terrã adorauit.* Quòd ſcidit veſtimẽta ſua, ęp caput totõ dit,

dit, ęp corruit in terram, ſignificatio erat doloris maximi, quo vrgebat. Nã ſciſſa veſte id ipſũ ſignificauit Iacob (vt eſt in Geneſi) Ioram etiã Rex Iſrael (vt narrat in 4. Regum) Cayphas etiã, vt ſcribit Matthæus. Declarabãt etiã olim dolorẽ ſuum tonſo capite ij, qui rebus lætis comã alebant. Cõtra vero alẽda coma triſtitiam oſtendebãt ij, qui rebus ſuis ſaluis capillum tõdebãt. Vt auctor eſt Gregorius in cõmentarijs huius loci. Iacuit etiã Dauid in terra, cum filij mortẽ lugeret. Hæ igitur erant ſignificationes eius doloris, quẽ honeſtiſſimè ſuſceperat in tãta liberorũ ſuorũ, & familiæ ſuæ ſtrage, & tam miſerabili omniũ facultatũ ſuarum direptione. Nõ enim perfecta virtus poſtulat, vt nõ in calamitatibus doleamus, vt Zeno cum Stoicis ſuis opinabatur, ſed vt nihil inhoneſtè, nihil indecorè effœminatèue dolore cõpulſi faciamus. Tantum vero abeſt, vt ſit aliquid eiuſmodi eorum, quæ hîc Iob feciſſe narratur, vt valde inhumanũ, & ferinũ, eſſet in tanta rerum acerbitate nullũ luctus, & mœroris ſignũ dare. Præſertim cũ fortiſsimus rex Dauid ita filij morbo, & Abſalõ morte fleuerit, atq, adeò ſe dabat mœrori, luctuiq;, quò Deũ ſibi placaret iratum filijque vitã impetraret. Qua mẽte nunq̃ Rex ſapiẽtiſsimus fuiſſet, ſi inhoneſtum eſſet lugere ac męſtum eſſe. Nõ enim rebus inhoneſtis mitigatur Deus. Ac de Chriſto denique ſcribitur, quòd pauere, & tędere cœperit, & vt ipſe dixit, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Quare inſana fuit Stoicorũ opinio, cui licet verbis aſſentirẽr, re planè diſſentiebãt. Sicut Dionyſi⁹ Zenonis diſcipulus qui plurimos annos in eius philoſophia cõſumpſerat, cùm ex renibus laboraret, nõ ferẽs dolorẽ ciulatu elamabat

Perfectę virtutis eſt nõnunquã in calamitatib⁹ dolere

Gene. 37. 4. Reg. 5. Matth. 26

2. Reg. 12.

Matt. 25.

Stoicorum falſa ſentẽtia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mabat falsam esse Zenonis quam didicerat, de dolore sententiã. Origines vero,& Chrysostomus existimãt non dolorẽ tondendo capite,& veste scindenda, Iob significare voluisse, sed rerũ humanarum contẽptionem,velleque nudũ cum dæmone nudo in certamen venire,quæ interpretatio cohærere videtur magis cũ eo quod statim sequitur Iob dixisse.Nudus egressus sum, &c. Sed illa superior Gregorij expositio mihi magis probatur.[*Quod dicit adorauit*:] Præclarissimã cõtinet ab crudelissimo hoste victoriã. Nã ille iactabat se posse Iob calamitatibus cõpellere ad maledicẽdum Deoq; cõuitiũ faciẽdũ. Quod nõ solum nõ præstitit, verũetiá fecit,vt Deũ adoraret.Quę victoria maximá Deo,& Iob gloriã peperit.Deo,q̃ cũ dæmone de Iob pietate cùm certaret,nõ falsã,sed verã fuisse cõstitit,liberalemq; Iob cũ eo,nõ mercenariã amicitiã iniuisse: Iob vero glorioſa fuit,q̃ eius vera,& perfecta virtus ipsa luce illustrior apparuit.Est quæ in hac victoria pręclarissimũ exẽplũ nobiscõstitutũ prudẽter cũ hoste callidissimo pugnãdi optimèq; de Deo difficilioribus tẽporibus merẽdi:vt cùm detrimẽta capiamus,non iniquo animo erga Deum simus: nec de illo inhoneste queramur,sed cũ potius reuereamur,& animo sincero adoremus.Præterquàm enim,q̃ sic fiet,vt insanę perturbationi nullũ demus locũ: quæ solet animo huiusmodi tẽporibus immoderatas excitare querellas. Nulla etiá re magis â nobis miserias,& vim supplicij deprecabimur, vt ex ipso Iob cognoscimus. Cuius propter adorationem nõ modo Deus calamitates subleuauit: sed etiá duplo pluribus bonis eum cumulauit, quàm antea.Id quod præcipit etiá Ecclesiasticus dicẽs, Crede

Exemplũ cum dęmone pugnãdi.

de Deo & recuperabit te:dirige viam tuam, & spera in illo serua timorem illius,& in illo veterasce.

21 *Et dixit nudus egressus sum de vtero matris meæ,& nudus reuertar illuc*. Ad terrã homo reuertit vita defunctus,quã hoc loco matrẽ vocare videtur,quia de terra primus homo factus est. Sicut dicitur in Genesi, Formauit Deus hominẽ de limo terræ.Cui etiam postea dixisse narratur, Donec reuertatis in terram,de qua sumptus es.Quia pulvis es, & in pulueré reuertêris. Ecclesiasticus etiam eadem vtitur ratione dicendi,terram matrẽ vocans.Iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris corum,vsque in diem sepulturæ in matrem omnium.Cæterum hæc ratio eruditissima est,qua se vir sanctus cõsolabat, cuius vim in eo positam esse puto,vt demonstret copias omnes, & quæ vocãtur fortunæ bona,tandem relinquenda,& amittenda esse. Sicut aliquãdo,nimirum cum nati sumus, illis caruimus.Quòd si amittẽda sunt,quid refert, vel statim,vel paulò pòst illis priuari?Eodem argumento vtitur Paulus ad probandum amplas diuitias esse contẽnẽdas.Nihil enim(ait)intulimus in hoc mũdo, haud dubiũ, quòd nec auferre quid possumus. Et Salomõ in Ecclesiaste, Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ,sic reuertetur, nihil auferet secum de labore suo.Quæ ratio tanta est,vt si benè eam percallearamus,haud multum opibus delectabimur, nec earum iacturam nimis grauiter feremus. Quare se quidam consolabatur dicens.

Gen.2.
Gen.3.
Eccli. 40 Consolationesamissionis fortunarum.
1.Timot.1.
Eccle.5.

γὰς ἐπεβὴν γυμνός, γυμνὸς δ' ὑπὸ γαῖαν ἱκοίμην.
ἠ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.
Conscendi nudus terram nudusque subibo.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid frustra sudo, funera nuda videns.

Pleriq; autē ita in diuitijs hærēt, ita illis sunt addicti, quasi semper cum eis essent permāsuri. Quare nō possum non grauiter in earum amissione dolere. Sicut di-
Lucæ. 12. ues ille, de quo narratur, apud Lucam, qui dicebat animæ suæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, stulte hac nocte animam tuam repetūt à te. Quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est (ait Christus) qui sibi thesaurizat, & nō est in Deum dives. Vt vero simus in Deum diuites, oportet nihil confidere diuitijs, sed eas ad tempus cōmodatas putare. Sic vt quacunque die à nobis repeti possint. Id quod docet
Psal. 6. Dauid dicens, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Vt Paulus etiā scribit Timotheo, Diuitibus huius seculi præcipe non sperare in incerto diuitiarum
1. Timo. 6. suarum: sed in Deo viuo. Ita enim fiet, vt facilē patiamur cum copiarum omnium naufragium fecerimus nobiscum cogitantes id, quod dicit statim Iob. [*Dominus dedit Dominus abstulit.*] Vrget ad se cōsolandum alia argumentatione, quæ firmissima atque certissima est, qua indignum quidem est, non maximam consolationem in rebus aduersis accipere. Nam vel intelligimus opes esse imprimis nobis à Deo tributas, vel non. Si hoc, stulti atque impij sumus, sin autem illud, in grati sumus, si ęquo animo illas nō reddamus, cum Dei nobis voluntate fuerint detractę. Iam vero vnusquisque pius vir pro patre debet Deum habere, sibique persuadere ipsum quidē ei non ob esse tanquam inimicum, sed maximē tanquam patrem velle prodesse. Propterea q; debet intelligere nihil mali cuiquam nisi eius euenire

euenire voluntate. Cum ergo credere debeat calamitosus vir à Deo esse, quas accipit calamitates illatas vel putat velle Deum sibi damnum inferre, vel non, si illud, non pro patre iam, sed pro inimico Deum ducit. Quare nō bonus vir sed malus est. Sin autem (vt fas est) existimat Deum damnis afferendis non incommodo ei, sed commodo esse velle: sicut si filium coerceat. Quid plorat? quid tristitia contabescit? quid potest de fortuna hoc nomine queri? an ne bonis affici dolet? an ne ex emolumentis laborat? Quare dubium non est, quin firmissima hæc cōsolatio in aduersa fortuna sit. Quam Paulus reuocat in memoriam, Hæ-
Heb. 12. bræos vt consoletur dicēs, Obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur dicens, Fili mi noli negligere disciplinam Domini: nec fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Hæc tamen cōsolatio, licet vehementissima sit, nihil aut certe parum in ærumnis leuat eos, qui non sunt præstanti quadam virtute præditi. Adeò magnum stuporem non solum vitia atque flagitia, sed etiānō bene sedatę perturbationes mentibus afferunt. [*Sicut Domino placuit ita factum est.*] Hoc non est in Hebræa, est tamen in Græca editione. Continetque eandem argumentationem, quam superiora verba. Hoc est, quod cū Dei volūtate bonis fuerit euersus, nō est cur grauiter suis incōmodis angatur. Debet enim bono viro gratissima esse Dei voluntas, cum rectissima semper, & ex eius re maximè sit. Idque desiderare, & precari, Chri-
Luc. 11. stus docet, vt Dei volūtas fiat sicut in cælo & in terra. [*Sit nomen Domini benedictum.*] Molichatur machina-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

turque diabolus, vt malediceret, non ſolum autem id, non fecit, ſed etiam Deum benedixit. Et equidē pius vir debet non minus pro emolumentis, quàm pro detrimentis Deo gratias agere. Cum ipſi maximæ curæ ſit, ne aliquid viris pijs officiat detrimento ſumue
Pſalm. 90 ſit. Sicut dixit Dauid, Non accedat ad te malum & flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Sed quæ flagella, & detrimenta alijs videntur, tandem emolumenta maxima fuiſſe apparebunt. Et quia Paulo valde iucunda fuit volūtas Dei ſiue bonis ſiue malis affi
Philipp. 1. ceret, ſcribit Philippēſibus, Magnificabitur Chriſtus in corpore meo ſiue per vitam, ſiue mortem. Digna quidem tam excelſo viro deliberatio. Idq; officij munus viri eſſe ſapientis dicebat Euripides.

Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλὸν ἔστιν εὐτυχοῦντά τε σοφῶν.
καὶ τοῖς δεινοῖσι μὴ πεσυμφόρως φέρειν.

Viros iuſtos, & ſapientes decet etiam in aduerſa fortuna dijs non indignari.

22 *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, nec ſtultum contra Deum loquutus eſt.* In Hebræo latius patet oratio. Nam ſic ad verbum transferemus, In omnibus his nō peccauit Iob. Quare non ponitur illud [*labijs ſuis*] in Græco tamen ponitur, Sed ſic. In omnibus his, quæ euenerunt ei, non peccauit Iob: nec labijs ſuis. Rectēque additur, & à vulgato & à Græco interprete, vt declaretur longè aliter factum eſſe, quia diabolus fieri nitebatur. Quod erat, vt Iob Deo conuitium faceret, male-
Solent homines reb⁹ aduerſis lingua Deum offendere. diceret blaſphemaretq;, ſicut ille effecturū iactabat. Quod peccatum labijs admittitur. Solentque homines in rebus aduerſis ſæpe lingua Deum offendere. Nam grauiter ſuum caſum accipientes audent Deum incuſare

incuſare, queri, ac ſecum non rectè agit ſtultè affirmare. Sicut quidam dixit.

Quem non accuſaui amens hominumque Deumque.

Et propterea dicit hīc. [*Nihil ſtultū Iob contra Deū locutus eſt.*] Declaraturq; optimè ſic, quod dicit Hebræus & Græcus interpres, Nō præſtitit aliquid ſtultum Deo. Atq; in eo tāto noſtrę ſalutis diſcrimine, quo noſtra à Deo patientia tētatur, nihil eſt magis curādum, quām vt linguā mentemq; noſtram ab immoderatis de Deo querelis cohibeamus. Sicut dixit Dauid, Poſui ori meo cuſtodiā cum cōſiſteret peccator aduerſum me. *Pſal. 38.* Et quia difficile eſt ſibi tunc homines maledictis tēperare, linguāque ſuam continere, grauiter in linguam Iacobus inuehitur dicens, Linguam autem nullus homo domare poteſt, inquietum malum, plena veneno *Iacob. 3.* mortifero. In ipſa benedicimus Deum, & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginem, & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Cæterum illis verbis ſummā facit auctor libri totius acerrimi belli, quod diabolus aduerſus, Deum ſanctumque Iob ſuſcepit: quibus declarat Deum ſanctumque virum præclariſsimam victoriam ab hoſte nefario reportaſſe.

CAPVT. II.

FActum eſt autem, cùm quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius. A

2 Vt diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui reſpondēs ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Et dixit Dominus ad Satan, Nunquid consideraſti ſeruũ meũ Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timẽs Deum, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiã? Tu autẽ commouiſti me aduerſus eum, vt affligerent eũ fruſtra.*

B 4 *Cui reſpondens Satan ait, Pellem pro pelle, & cũcta quæ habet homo, dabit pro anima ſua.*

5 *Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi.*

6 *Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, in manu tua eſt, verũtamen animam illius ſerua.*

7 *Egreſſus igitur Satan a facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo, a planta pedis vſque ad verticem eius.*

8 *Qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.*

C 9 *Dixit autem illi vxor ſua, Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo, & morere.*

10 *Qui ait ad illã, Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? in omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.*

11 *Igitur audẽtes tres amici Iob omne malũ quod accidiſſet ei, venerũt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites. Condixerãt enim, Vt pariter veniẽtes viſitarent eum, & conſolarentur.*

D 12 *Cũque eleuaſſent procul oculos ſuos, nõ cognouerũt eũ: & exclamãtes plorauerũt, ſciſſisque veſtibus ſparſerunt puluerẽ ſuper caput ſuum in cælum.*

13 *Et ſederũt cũ eo in terra ſeptẽ diebus et ſeptẽ noctibus, et nemo loquebatur ei verbũ: videbant enim dolorem eſſe vehementem.*

A HActũ eſt autẽ cũ quadã die veniſſet filij Dei, & ſtarẽt coram Dño, veniſſet quoque Satã inter eos, et ſtaret in cõſpectu eius.

Narrauit autor libri prẽliũ quod cũ Iob diabolus cõmiſit, quo fuit ignominioſẽ victus. Narrat nũc aliud lõgè crudelit⁹, quo cũ eodẽ ſanctoviro iterũ decertare auſus

ſit eſt. Ex quo intelligit, quãta ſit hui⁹ deterrimi hoſtis cõtumacia. Qui proſtrat⁹, fus⁹ ignominioſeq3 in fugã cõiectus, nihil formidãs nõ dubitat pugnã maiori vi redintegrare. Quare apparet illos ĩprudẽter facere, q ꝙ ſemel, aut iterũ ex illo victoriã adepti ſũt, negligẽtio res fiũt. Sed intelligere debẽt, quòd cũ ſit grauiſsimo erga nos odio, victoria irritat, crudeliorque fit, quòd ſi bellũ poſt aliquã pugnã aliquãdiu intermittit, ob eã ré eſſe, vt in cautos opprimat. Quare illud, quod Chriſtus nobis dat, ſapiẽtiſsiſsimum eſt conſilium, Vigilate omni tẽpore orãtes. Et Petr⁹, Sobrij ſtote, & vigilate, qa aduerſarius veſter diabolus. Ita prudẽtiſsime fecit Dauid, qui ſemel & iterũ officijs vincẽs & proſternẽs Saul, licet pacẽ ei offerret, nõ ſecuriorẽ, ſed cautiorẽ factũ ſe recepiſſe narrat ſcriptura cũ ſocijs ſuis ĩ tutiora loca, iterũq; cũdẽ cũviciſſet cõfugiſſe ad regẽ Achis Nihil enim credendũ eſt hoſti immani, cùm perturbat odio, ſicut monet in Eccleſiaſte eo Sapiens, Nõ credas inimico tuo in eternũ. Narrat autẽ hãc ſecũdã pugnã narratione repetita â collocutiõe diaboli cũ Deo. Quę eodẽ modo quo prima explicãda eſt. Quare nihil erit, ꝙ eadẽ iterũ referamus. Tantũ illud animaduertendũ eſt, quod addit Deus ſuperiori ſermoni, quẽ cũ diabolo habuiſſe libri author ſcripſerat. [*Et adhuc retinens innocentiam.*] Nõ prætermiſit Deus, qđ ſibi & ſeruo ſuo laudi maximę erat aduerſarioque ignominię. Quòd licẽt fuerit liberis fortunisq3 omnib⁹ miſerè ſpoliat⁹, nullũ tñ crimẽ admiſerit, ſed innocens inculpatusque permanſerit. Eſt enim egregia virtutis laus, ꝙ ſe Deo tẽtatione probauerit. Et ita dicit Iacobus, Beatus vir qui ſuſtinet tẽtationẽ. [*Tu autẽ cõmouiſti me, aduerſus eum*]

Diabolus victoria irritatur.

Oportet ſẽ per vigilate.

Luc. 2.
1 Pet. 5.
1. Reg. 24.
1. Reg. 16.

Eccli. 12.

Iac. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed quare diabolus Deum commouere potuit? Id certè facilè cognoscitur ex superiorioris capitis historia. Nam ea re, qua a Deo licentiam impetrauit vexandi Iob, eadem Deum commouisse credendum est. Impetrauit autem huiusmodi licentiam iactans non verā, sed mercenariam esse Iob virtutem. Ex quo & vtilis ad officia & ad contemplationem iucunda doctrina cōstat, qua (inquam) ratione homines nefarij à Deo potestatem consequantur affligendi excruciandique bonos viros. Quòd quasi certare cum illis de vera virtute videantur, & quasi dicere eos officij muneribus non esse deditos, possèque iniurijs & contumelis suis in illos id, vt appareat, efficere. Quam peruersam illorū cogitationē, vt Deus falsam esse declaret, sicut diabolo potestatem fecit, hac de causa tantis malis, & calamitatibus appetendi Iob, ita & illis, incommodis afficiendi sanctos viros. Sicut perfidis hominibus Deus concessit facultatem, tantam Ecclesiæ suæ comparandi perniciem, totque vulnera imponendi, quantam & hodie videmus, & reperiemus, si superiorum temporum memoriam repetamus. Quòd de vera religione cum illa cōtendebāt, moliebanturque illam a vera in Christo pietate amouere. Quo verò meliori modo declarari potuit, id nullos vel potētissimos homines efficere potuisse, quàm illā eorum libidini permittendo? Sic, vt licèt esset omnibus humanis præsidijs destituta, vinci tamen, & euerti nō potuerit. Idem dico de alijs singulis sanctis viris, quos homines scelerati iactarunt, conculcarunt, & varijs miserabilibusque modis necarunt. Quibus rebus eorum virtus non solùm non fuit compressa, verumetiam in omnium ho-

Iniqus hominib? cur Deus potestatem det affligendi bonos.

Ecclesiam cur Deus affligi permittat.

die ore versatur. Quod debet quidem valde virum bonum leuare, cum aliquem improbum hominem habuerit infestum, sciatque cum illo apud Deum de sua virtute certare. Et ea de causa ab ipso potestatem ei adeptum fuisse nocendi, quò eius virtus percresbrescat & manifesta fiat. Qui vero aduersariū vehementer reformidat, cùm periculū de se fieri recuset, indicat aut nulla prorsus, aut valdè infirma virtute esse. Seus ille, qui canebat, iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me vre renes meos, & cor meum. Non enim est, quòd sibi quisquam arroget, aut suæ virtuti blādiatur, quousque cum aliquo improbo viro in certamen dimicationemque venerit. Qui verò alijs injurias, & detrimenta imponunt, pro certo quidem habeāt diaboli se munus ob ire, Deum aduersus illos homines commouentes: & vtinam dicatur illis, quod Deus propter Iob diabolo dixit, [*Commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra*,] aduerbium [*frustra*] ad superius verbū pertinere existimo. Ideſt, Me cōmouisti frustra: nam id, quod sperabas non es consecutus. Frustra enim esse dicitur, quod exitum non habet speratum. Ita etiam homines iniqui frustra commouent Deum atque irritant aduersus sanctos suos. Non enim fiet, quod quęrunt. Quos ob eam rem Dauid confundi optat dicens, Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè, id est frustra. Nam in Hebræo est, רִיקָם recam. Sed in hoc loco Iob est, חִנָּם hinam, quod est gratis. Ita vulgatus interpretatur Exodi. 21. versu. 2. Sex annis seruiet tibi

Psal. 25.

Diaboli munus ob eunt, qui alijs iniuriā faciunt.

Psal 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi in ſeptimo egrediatur liber חנם hinam gratis ſine precio,& in Geneſi 29. verſ. 15. nunquid quia frater meus es, חנם hinam gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias. Et ita hoc loco targum interpretatur, מגן magan quod Chaldæis eſt gratis, nullo merito. Licèt verſio Latina è regione Chaldęæ poſita, fruſtra vertat. Secundùm igitur Hebræum, & Chaldæũ interpretem optimè quadrat explicatio. D. Gregorij in commentarijs huius loci, qui ita hunc locum explicat. [*Vt affligerem eum gratis,*] id eſt, pœnas ab eo peterem nullo merito ſuo. Poteſtque ad Satan etiam referri in hanc ſentẽtiam. [*Commouiſtime gratis,*] id eſt, cum nihil inde fructus, nihil vtilitatis ſis percepturus. Et ita intelligens vulgatus noſter fruſtra vertit, Græcum interpretem ſecutus, qui διὰ κενῆς, id eſt, fruſtra reddit. Hoc etiam eſt ingenium perditorum hominũ, qui gratis, nulla injuria laceſsiti alijs perniciem moliuntur. Quos etiam deſcribit ſapiens in Prouerbijs dicentes, Veni nobiſcum inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra. In Hebræo eſt idem verbum, חנם hinam, gratis, id eſt, illis afferamus detrimenta, licèt de nobis non malè meruerint, nullaque re nos procauerint. Quod dicit. [*Vt affligerem,*] in Hebræo eſt, בלעכה le baleho. Quo verbo magis amplificatur calamitas Iob comparata. Nam ſignificat hoc verbum, vt deuoraré, vel vt conſumerẽ eum. Siquidem grauiſsima & prorſus inaudita ſunt incõmoda allata ſancto Iob.

Prouer. 1.

4 *Cui reſpondens Satan ait, Pellẽ pro pelle, cũcta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua.* Mihi hoc loco placet declaratio diui Gregorij in cõmentarijs. Qui hac oratione diabolum alludere

alludere dicit ad eam rationem agẽdi, qua vt gladium capite minantem caueamus, brachiũ opponimus. Ita dicit ille, quia Iob ſibi timebat, patiẽter tulit fortunis euerti. Sicut etiam in naufragio libenter opibus amiſſis ad tabulam confugimus, ne fluctibus obruamur. Huic explicationi aſſentitur Chaldęus, qui ita conuertit, אדרא מטול אדרא, ebara metul ebara, id eſt, artum pro artu. Quo reſpõſo deſcriptiſsimè declaratur, ſumma diaboli inuidia, qui nullũ hominis, atque adeò egregium, & ſingulare officij munus à vera virtute profectum eſſe fateri vult: ſed aliã cauſam fingit longè diuerſam. Quem imitantur homines inuidi, qui vt frequenter vſu euenire videmus, Nũquam officia, quę alij præſtant virtuti, ſed alijs cauſis vitioſis attribuunt, vt qui fortiter agit, temerariè egiſſe dictitant, qui ſobrius, & frugi eſt, parcum atq; tenacem eſſe clamant: magnanimum, ambitioſum & arrogantem. Itaq; licèt omnem lapidem moueas, in omnemq; te partem conuertas, nunquàm cum inuidis hominibus ages, vt te bonum & honeſtum virum appellent. Diaboli enim mores ſequuntur, à quo vel Deus omnipotens elicere non potuit confeſsionem patientię & innocẽtiæ Iob.

Inuidi ingenium.

5 *Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis, quòd in facie benedicat tibi.* Eodẽ modo hęc verba explicanda ſunt, quo & alia ſuperioris capitis, quibus ſimilem licentiam poſtulauit. Tantùm hoc loco notare poſſumus, quòd Chaldæus faciẽ Dei, verbum eius, filium Dei appellare videtur. Vertit enim, אן לא באנפי מדמרך דרגזך, en la be anphe me marach iarguezinach, ſi non in faciẽ verbi tui irritabit te. Ita etiam Zacharias in carmine illum nominare videtur

Trinitas ex Caldeo interprete probatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 1. detur dicens, Tu puer propheta altissimi vocaberis præibis enim ante faciē Dñi parare vias eius. Et Paulus eum vocat splendorē gloriæ,& figuram substantiæ Dei. Quare cum Iudæi magnam habeant fidem Chaldęo interpreti,aptus hic locus apparet ad eis Trinitatem probandum.

6 Dixit ergo Dñs ad Satā, Ecce,in manu tua est, verūtamen animam illius serua. Anima hoc loco vitā significat sicut in

Exod. 4. Exodo, Reuertere in Egyptum, mortui sunt enim omnes,qui quęrebant animam tuam,id est vitam tuā

Matth. 2. tollere. Et apud Matthæū, Vade in terrā Israel, defuncti sunt enim, qui quęrebant animam pueri. Voluit Deus, vt diabolus Iob quàm crudelissimē torqueret. Noluit autē vt interficeret,quoniā habebat in animo eū miserijs omnib⁹ leuare,quē in tot miserias detruserat: postq̄ satis eius esset patientia tētata,& posteris omnibus ad perpetuā memoriā demonstrata. Quod fieri oportebat,nā sicut Deus Iob incommodis afficiendo

Magna dei laus est miserijs bonos liberare. eius eximiā virtutem ostēderat, ita ab incōmodis liberando par erat, suam vt ostenderet benignitatē, pietatē,curamque bonorum omnium,vt exēplo Iob, & infinita Dei erga illum benignitate excitarētur posteri ad similes miserias ęquo animo tolerandū, & ad bene de Deo in aduersa fortuna sperandum. Ob eamq; rem Dauid in magnum luctum detrusus, vt Dei subsi

Psal. 87. dium impetret, ita precatur, Clamaui ad te Dñe tota die,expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia,aut medici suscitabunt,& cōfitebūtur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā? & veritatē tuam in perditione? id est, Si ego his laborib⁹ absumptus morior,quo pacto tua miseri

cordia,

cordia,quā in miseris opē ferendo declaras,& veritas tua,quę in pręstādo auxilio,qd promittis precātibus, demonstratur cognosci poterit? & alio loco ait, Qui Psal. 9. exaltas me de portis mortis,vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Christusque in alio psalmo eodem argumento vtitur ad resurrectionem suam à patre impetu ādam dicens, Ad te Dñe clamabo,& ad Deū meū deprecabor, quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Nūquid cōfitebitur tibi puluis? aut annuntiabit veritatem tuā? Audiuit Dñs, & misertus est mei. Boni igitur viri, qui à malis,& miserijs Dei præsidio vindicātur,valde Dei laudem,& gloriam amplificant. Hac ergo de causa noluit Deus,vt Iob in tantis ærūnis, & calamitatibus animam ageret.

7 Egręssus igitur Satan à facie Domini,percussit Iob vlcere pessimo,à planta pedis, vsq; ad verticē eius. Quid sit egredi à facie Domini superiori capite explicuimus. Quod nā verò hoc fuerit vlcus, quo Iob dicit fuisse percussus, incertum est. Dubium tamen non est fuisse grauissimum morbum. Id enim scriptura significat pessimum cum dicens. Et à planta pedis, vsque ad verti-

Morb⁹ Iob qualis fuerit. cem capitis eo fuisse percussum: id etiam intelligi potest ex ea licentia, quam diabolus postulauit & obtinuit, vt carnem ossaque feriret. Cumq; Deus omnia præter vitam,eius libidini permitteret, non dubito,quin hic morbus per omnia ad vnum membra manauerit, & ad ossa etiam penetrauerit. Sic,vt totum corpus cōtabuerit. Quod capite decimo nono huius libri planum fit. Nam dicit ipse Iob, Halitum meum exhorruit vxor mea,& Pelli meæ consumptis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo morbo Iob fuerit affectus

carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. In Hebræo est, שחין sehin vlcus ex nimio nato calore. Quod verbū ponitur sæpe in.13.capite Leuitici, vbi de lepra agit. Quare elephantiasis huiusmodi morbus fortè fuit. Videt enim Elephantiasis acerbior quædā esse lepra. Nā medicina mitigata in lepram tesle Galeno trāsire visa est. Differt verò à Cācro morbo, pestilētissimo, quod cācro vna tantum corporis pars ex tabescat, Elephātiasi verò totum corpus. Licēt autē sit morbus melēcholicus, vt Galenus & alij medici tradunt, si materiā eius spectem⁹: verūtamē est calidus, si efficiētis causæ rationem ducamus, vt aptè conueniat in eū nomen, שחין sehin quo ab Hebræis appellari dixim⁹. Fit enim propter debilitatem splenis nō valētis fęces iecoris, quib⁹ alitur expurgare. Quibus perturbatus sanguis, si ad alī quod singulare mēbrum deferatur, cancer fit. Sin autē tantæ fęces reliquę fiant, tantoq; calore moueantur, vt per totū corp⁹ possint manare, elephātiasis fit. Ex quo fit authore Galeno, vt in regionibus frigidis Germania, & Mysia nō grassēt, sedin calidis Alexandria, & alijs qualem Hus in primo capite esse diximus.

Qui testa saniem radebat sedēs in sterquilinio. Sterquiliniū hoc ex cinere cōgestū fuisse intelligēdū est. Nā in Hebræo est, iacebat, באפר beeper in cinere. Eratq; lugētiū habitus, vt cognoscitur ex.4.c. Esther, Planctus ingēs erat apud Iudęos, ieiuniū, vlulatus, & fletus. Sacco & cinere multis pro strato vtētib⁹. Et ita intelligit illud psalmi, Cinerē tanq̄ panē manducabam, & poculū meū cum fletu miscebam. Est enim optima Dei mitigādi ratio, cum punit, se humiliter gerere, ampliusq; deprimere.

Esther. 4

*Psal.*101.

Ita

Ita Dauid Absalon fugiens, cum vrgeretur conuitio. Semei dixit, Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini. Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac. Eoque fotè referebatur, quòd testa saniem raderet. Quo facto reportasse intelligitur iam de hoste victoriā, cùm casum suum acerbissimum tā patienter tulerit, Deumque situ & habitu suo mitigandum curauerit. In quibusdam Græcis codicibus additur his verbis textus ἐξω τῆς πόλεως extra vrbem hoc est sedebat in sterquilinio extra vrbē. Quod non est in Biblia Regia, quā nos in primis sequimur, q̄ summa cura magnisq; sumptib⁹ excusa fuerit, neq, in Cōplutensi. Neq; in his Biblijs est, κοπρίας, sterquilinio, sed σποδόν cinere. Non est tamen alienū, neque incongruū, & vtrumq; cōuenire potest, à Græcisq, exponitur. Et ob eā rē Iob cum Christo extra vrbē in Caluario cruci affixo, & vulnerū pleno appositè confertur.

2.*Reg.*16.

Optima Dei mitigādi ratio.

9 *Dixit autē illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere.* Quidā benedic per maledic, sicut alijs huius & superioris capitis locis vsurpari dicunt. Quod cum Græca versione cohęret, quę ita vertit, ἀλλα τί ποιῆς ἔτι μα πρὸς τον θεὸν ἢ τελεύτα, dic verbum aliquod in Deum, & morere. Potest tamē non per antiphrasim, sed poprie intelligi, vt illum stultititiæ arguat. Quòd Deo tanta cura inseruierit in officioq; permāserit, cū nihil ex eo vtilitatis ferat, sed ingēs poti⁹ detrimētū fecerit. Et propterea dicit. [*Adhuc tu permanes in simplicitate tua?*] id est, adhuc stult⁹ es? Qui Deum cinere & sterquilinio placare, & tibi cōciliare velis benedic Deo, & morere ideſt venerare, & obser-

ua

Universidad de Deusto
Biblioteca

ua cũ,qui calamitosissima morte officia tua persoluet, quo nihil absurdius. Hæc em verba similia eorũ esse
Tob 2. duco,quę vxor Tobię,ipsi etiã dixit Tobię,cũ in magnas etiã incidisset ærumnas.Manifestè vana facta est spes tua,&eleemosynę tuę modo apparuerũt.Hęc.n. extrema est iniquorũ hominũ dementia,vt inutilẽ pie
Mala.3. tatẽ esse putẽt,de quib⁹ narrat Malachias,Dixistis vanus est,q seruit Deo,& quod emolumẽtũ,quia præcepta eius custodiuim⁹.Quod pluribus in.1.cap.Zachariæ persecuti sumus.In quibusdam Græcis codicibus hîc addũtur multa verba vxoris,quę Biblia Regia prę termittit.Exponũtur tamẽ à Gręcis auctoribus,aptequefœmineũ exprimũt vlalatũ.χρόνος δὲ ὢ Μὴ προσθῇς κότ.ς,εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ.ι.ἐχρι τίνος καρτερήσεις λέγων.ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρόν. προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μς.ἰδὲ γὰρ ἠφάνισται σε τὸ μνημόσυνον ἐκ τῆς γῆς. Υἱοί μὴ συγκατέρες ἐμῆς κοιλίας ὠφέλησε μὴ πόνοι,οὓς εἶς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων συ δὲ αὐτὸς ἐν σκηρίᾳ σκωλήκων κάθησαι διανυκτερεύων ἀνθρώπος.κἀ ὡ πλανήτις,μὴ λάτρις. τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη,μὴ οἰκίαν ἐξοικίας. προσδεχομένη γὰρ ἥλιον πότε δύσεται.ἵνα ἀναπάυσωμαι τῶν μόχθων μς μὴ τῶν ὠδίνων ἅι με νῦν συνέχουσιν ἀλλὰ λάληθον τι ῥῆμα πρὸς κύριον,καὶ τελεύτα. ὁ δὲ,ἐμβλέψας,εἶπεν αὐτῇ.i.lõgo aũt tẽpore,pgressio vxor ei⁹ dixit ei, Quousq; pseueras?dicẽs,Ecce adhuc paulisper permaneã sperãs salutẽ meã.Ecce em extincta est memoria tua,vteri mei labores atq; dolores,quos cũ angore tuli. Tu aũt in vermiũ sterquilinio cõsides sub diuo per noctãs:& ego errabũda,& ancilla locum ex loco peragrans,domũque ex domo spectans, dum sol occidat vt à laboribus acquiescam, à doloribusque, qui me nunc

nunc opprimunt. Loquere verbum aliquod aduersus Deum & morere.Ille autem illam inspiciens.Hęc in alijs Græcis Biblijs circunferuntur in Biblia tamẽ Regia Græca,& Complutensi, non sunt,nec in Hebręo,nec in vulgato nostro, nec illã, vel leuiter tangit Chaldęus Paraphrastes. Veruntamen animaduertendum est, has inanes querelas, leuesq; desperationes,sæpe eximia pietate viros,dum ærumnis conflictarentur,expertos fuisse. Dum libido laborũ impatiens inutilem plerunque tolerantiam fallacemque in Deo spem,rationi ac menti exprobrat. Ita Dauid illam increpans,ad spemque excitans ait, Quare tristis est anima mea:& quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus. Quam ob eam rem nõ minus molestam eis esse duco, quàm Iobo vxor eius fuit:quam certè oportet reprimere ea ratione,qua sanctus vir suã vxorem repressit. Psal. 42.

10 *Qui ait ad illam,Quasi vna de stultis mulieribus locuta es: si bona suscepimus de manu Dei,mala quare non suscipiamus?* Eodem argumento vxoris leuissima dicta refutauit,quo se ante consolatus fuerat,vt superiori capite à nobis expositum fuit. Ex quo intelligitur vim eius esse maximam, & ad dolorẽ leniendum,& libidinẽ,alioſque virtutis temerarios hostes propulsandũ, Quã argumentationem cum multis capite superiori explanauerimus,nihil est quod hîc plura dicamus. Illud tantùm commemorabo hominis esse insipientis,mulierbris,& ignaui animi de Deo in aduersa fortuna indignari,fata maledicere & execrari.Sicut illa de qua quidam poëta narrat.

bris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ella non sa se non in vn dolersi.
Chiama in fortuna e'l cielo empio crudele.

Perinde quasi maledictis fastidio, atque despicientia aut Deum coërcere, aut rerum cursus possent reuocare. Contrà verò illud esse sapientis viri, fortis, & excelsi animi, nihil Deum, nihil cælos, & fata criminari, aut contumelioſè ledere, sed tempori cedere, sicut Euripides in Helena, & Sophocles in Thyeste dixere.

πάντων ἄριστον μὴ βίᾳ θεοὺς θρᾳσεῖν.
σὺ γὰρ δὲ μοι θεὸν.

omnium præstantissimū est in Deos acerbum non esse, sed fata cōplecti sequitur autem. [*In omnibus his non peccauit Iob labijs suis*.] Secundæ crudelissimæ pugnæ, ac totius deniq; belli, quod diabolus gessit cum Iob, hæc summa est. Quo satis aperte probatū fuit, & Deo amicū fuisse, & non mercenariam, sed liberalē eius pietatem fuisse. Et diaboli vires & improbi conatus, sic fuerunt infracti, vt amplius sancto viro apud Deum, nec detrahere, neq; hiscere auderet. Quare hoc bellum, & Deo gloriam, & Iob nomē præclarissimū, & diabolo sempiternam ignominiam peperit.

11 *Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites. Condixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum et consolarentur.* Intelligendū est hos tres amicos Iob Reges fuisse. Nam ita vertunt septuaginta, Eliphaz Themanorum Rex, Baldad Saucheorum tyrannus, Sophar Minęorum Rex. Ex quo non dubito quin Iob fuerit etiam Rex. Eratque præstantissimum officium, quod inter se denunciauerāt, vt amicum ærumnis magnis oppressum consolarentur, & summo-

summoperè viro calamitoso necessarium. Sicut dicebat Socrates, τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ παραγίνεσθαι, infirmis medicos, miseris autē amicos oportet adesse. Verosque, si id officij minus pro dignitate exsecuti fuissent, se amicos fuisse probauissent. Nulla enim re magis vera cognoscitur amicitia, quam si tēporibus amici adsint, & ita monet Ecclesiasticus, Si possides amicū, in tētatione possideū: & ne facilè credas ei te ipsum. Est enim amicus secūdū tēpus, & non permanebit in die tribulationis. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Nec bonis omnib⁹ Iob spoliatus fuisse videretur. Ná amico, vt Ecclesiasticus ait, fideli nulla est cōparatio, & nō est digna pōderatio auri, & argēti cōtra bonitatē illius. Sed in hacre Iob etiā valde calamitosus fuit. Quòd amici, qui statuerunt eū visere, vt cōsolarentur eum, nescio quo malo de sententia deducti, non leuarunt, sed potius eius refricarunt dolorē. Forte id diabolus machinatus est, in eoque posuit spē reliquā victoriæ suæ, vt nihil intentatum relinqueret, sed & vxorem & amicos aduersus eum impelleret.

Amicitia vera qua re cognoscatur.

Eccli.6.

Ibidem.

12 *Cumq; eleuassent procul oculos suos, non cognouerūt eū: et exclamātes plorauerūt, scissisque vestibus sparserūt pulueren super caput suū in cælū.* Scindere vestē, doloris esse significatiōnē probatum. Quod etiā hoc loco cōfirmari potest. Eādē etiā habet significationē, pulueren super caput spargere. Qua de causa Ieremias dicit, Consperserunt cinere capita sua accincti sunt cilicijs: abiecerunt in terram capita sua virgines in Ierusalem. Quare tres amici his rebus declararunt se vehementer in Iob ad persa fortuna dolere. Eratque prudentissimum ad

Thre.2.

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum consolandum principium. Non enim dolorem alterius rectè consolator tubleuat, nisi simul etiam doleat. Sicut ferrum cum alio ferro (vt ait) Gregorius
Rom.12. non benè cohæret, nisi vtrumque igne molliscat. Ita Christus lacrymatus est, vbi Mariam vidit pro fratre
Ioan.11. suo Lazaro plorantē: & Paulus monet flere cum flentibus.

13 *Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, et nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.* Sedere in terra cum illo, doloris etiam erat declaratio, vt ex Hieremiæ loco citato cognoscitur. Existimant nonnulli hos dies perpetuos fuisse, nulloq; facto interuallo. Alij secus arbitrantur, intelligendum
Luc.2. quę essē dicunt, sicut illud Lucæ de Anna prophetissa, quòd non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus vacans nocte ac die, hoc est, frequentissimè nocte ac die erat in templo. Ita amici Iob ferè semper crāt cum illo. Itē illud, [*Nemo loquebatur ei verbū,*] non ad totos septem dies referendum existimant, sed ad primum tantùm eorum aduentum. Posteaque septem dies in ea, quæ sequitur, disputatione consumpsisse. Alij post hos dies disputationem inchoatā fuisse ducunt, & pauca verba antea locutos, & declarant illud, nemo loquebatur ei verbū, id est nemo longum inducebat sermonem. Sed cùm nihil certi in his rebus statui possit, nō multum interest, vtrum hoc, vel illo modo dicatur. Quod dicit. [*Videbant enim dolorem esse vehementem.*] id est, nihil loquebantur ei stupefacti tanto eius dolore, vel quia ipse dolore exanimatus nihil attendebat.

CAP.

CAPVT. III.

A

Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit Dei suo.
2 Et locutus est.
3 Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.
4 Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine.
5 Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.
6 Noctē illā tenebrosus turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.
7 Sit nox illa solitaria, nec laude dignā.
8 Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.

B

9 Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectent lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurorę:
10 Quia non concluſit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ob oculis meis.
11 Quare non in vulua mortuus fuum, egressus ex vtero non statim perij?
12 Quare exceptus genibus? cur lactatus huberibus?
13 Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.
14 Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificāt sibi solitudines:
15 Aut cum principibus, qui possidēt aurū, & replent domus suas argento.

C

16 Aut sicut abortiuū absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.
17 Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.

F Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *Et quondam vincti pariter sine molestia, non audierũt vocem exactoris.*

19 *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a Domino suo.*

D 20 *Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt?*

21 *Qui expectant mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum.*

22 *Gaudentque vehementer cũ inuenerint sepulchrum.*

23 *Viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris?*

24 *Antequam comedam suspiro: & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus.*

25 *Quia timor quem timebam, euenit mihi: & quod verebar accidit.*

26 *Nonne dissimulani? nonne silui? nonne quieui? & venit super me indignatio.*

Posti hæc aperuit Iob os suũ. Cũm hæc periphrasis in scriptura ponitur grauissimus inducitur sermo, vt apud Matthæum, Aperiés Matth. 5 Iesus os suum docebat eos, &c, Et in actis Aperiés Philippus os suum Euãgelizauit illi Iesum, Act. 8. & alio loco, Aperiens Petrus os suũ. Quare vehemẽ Act. 10. ter notandus est sermo, qui ponitur statim hîc. [*Maledixit die suo.*] Hæc summa est totius sententiæ, quę hoc capite tractatur. Quidam Hebræi opinantur Iob tot ærumnarum atque dolorum impatientem graui, & iniquo animo hæc maledicta congessisse. Quos merito authores Christiani refellũt. Cũ à Deo (vt in fine huius libri narratur) fuerit laudatus dicente. Non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob. Sed difficilis

cilis valde ad explicandum eisdem Christianis viris videtur, vt Iob culpa liberent. Gregorius & alij ad allegoriam confugientes his se difficultatibus expediunt. Sed vt nos planè, piè, atque historicè, id explicemus, oportet primum intelligere miserrimam magis, quàm dici potest esse hominum vitam. Quod vel ex eo cognosci potest, vt rem ad dicendum copiosam in pauca conferam. Quòd cum corpore, & spiritu nostra vita contineatur. Sintque ad corporis vitam tuendã res multæ necessariæ, præterquam quòd illis omnibus carentes in lucem editi sumus, magna difficultate, & assiduo labore comparantur, sicut Deus primo parenti dixit, In laboribus comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ. Quis enim non vidit quanta solicitudine opus sit, atque adeò ad opes non partas, sed hæreditate acceptas conseruandas? Sicut dicit Salomon, Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis? Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Idque hominis miseriam vehementer auget, quòd per se nullo modo potest res, quæ sibi sunt opus, acquirere, sed opera eget aliorum multorum hominum, qui nulla sunt ei amicitia, nulla charitate coniuncti, sed oderũt potius, quoniã eius bona vehementer inhiant. Qui propter inuident, detrahunt, surripiunt, calumniantur ac planè sunt inimici. Quid autem calamitosius, quàm semper opera inimicorum indigere? Quod tantum faciebat Salomoni stomachum, vt eum vitæ vehementer tęderet dicentem, Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem nec posse resistere eorum violentiæ,

Hominum vita quam misera sit.

Genes. 3.

Eccles. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos quàm viuentes. Spiritu autem licet homo excellat, cũ sit rationis compos, sed cum ratio procurare debeat res corpori necessarias, infelicissimum est rem tam eximiam corporis commodis inseruire. Præterea est hominis ratio multis implicata perturbationibus, quæ potius cum ea de imperio certat, quàm ei subditæ sunt. Quibus (vt plerunq; fit) si pareat, sine dubitatione vita miserrima est: sin autem regnum ipsa possideat, ferarum Regina est. Quapropter oportet eas carcere, & vinculis coercere, & semper præterea esse solicitam, ne ruptis vinculis eam aggrediantur ac interficiãt. Quare valde miserũ est, tota vita cũ feris sæuissimis contendere. Adeoque grauis hæc miseria Paulo visa est, vt diceret, Infelix ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? Sed hominum miserias luculenter quidam Cynicus Poeta persecutus est dicens.

Eccles. 4.

Rom. 7.

ποίην τις βιότοιο τάμνεται τρίβον ἂν ἀγορὴ μέν,
Νεῖκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες ἐν οἴκῳ δόμοις,
Φροντίδες ἐν δ' ἀγροῖς, κτήματα δ' ἅλις. ἐν δὲ θαλάσσῃ
πάρος, ἐπὶ ξείνης δ' ἦν μιὴ ἐχέφρων ὅδος.
ἦν δ' ἀπορῇς, ἀνίη πρόσω. ἔχθιστος γάμος, οὐκ ἀμέτοιμος
ἔστεται. ἢ γαμέεις, ζῆλος ἔπ' ἠμιόπεδος.
Τέκνα, πόνοι. πάρος ἐσθλὸς, ἀτὰρ βίος, αἰνὸς ἐπῆλθες
ἄφρονες. αἰ πολιαὶ δ' ἐμφανέες ἀλίνανέες.
ἦν ἄρχῃ πρὸν πάντων τὸ λῷστον, μὴ γενέσθαι
μή ποτε, μηδ' ὀφέλειν ἀντιάσαι τὸ τικτόμενον,

Quod quis sumet genus viuendi? si in foro, lites & res difficiles: domi, curæ: rure, labores multi: in mari formido. Si quid habeas in via, metuendum, Si egeas molestum. Si vxorem ducis, in curis versaberis. Si nõ ducas, solus vitã ages. Si liberos habeas, labores suscipies. Si liberis careas, iucũditate carebis. Adolescentia stulta est, senectus infirma. Potius igitẽ esset aut nunq̃ nasci aut simul ac quispiã natus sit, cõtinuò mori. Quę quidẽ huius cõclusionis sententia animaduertenda est. Qua facilior huius capitis expositio fiet: nam in ea totum versatur. Quam vt probet Cicero, testẽ citat Euripidem in Cresphonte, cuius versus ita ipse transfert.

Nam nos decebat cœtus celebrantes, domum
Lugere, vbi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala:
At qui labores morte finisset graues,
Omnes amicos, laude, & lætitia exequi.

Euripides autem carmina sic se habent.

ΕΧρῆν μὲν ἡμᾶς συλλογον ποιεῖσθαι δόμους
τὸν ζῶντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ
τὸν δ' αὖ θανόντα, κἀπὸ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων

Illa etiã de Sileno fabella celebratã à philosophis à Cicerone præsertim in fine primi Tusculanarum, & à Plutarcho in epistola, qua cõsolatur vxorem de morte filię. Qui quidem Silenus Midam Regem pro magna munere docuisse fertur, non nasci hominem longè optimum esse: proximum autem, quam primùm mori. Quam sententiam Euripides in Bellorophonte citasse videtur dicens,

ΕΓΩ τὸ μὲν σὸν πάντα χὠθούνεκ' ἄμμορον
κρᾶτιστον εἶναι φημί μὴ φύναι βροτῶν.

Ego sanè iuxta sententiam vulgò celebratam optimũ esse dico non nasci hominem. De humanę etiam vitæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

miserijs satis eloquẽter disseruit Plato in Axioco. Cuius ad verbum locum ex versione Rodolphi Agricolæ subijciam. Quæ enim pars, inquit, ætatis calamitatibus vacat? Nonne statim a principio plorat, vt primũ natus est infans: vitamq; à lachrymis auspicatur? Quæ tandem non premit cum molestia? Semper enim vel penuria, vel frigore, vel calore, vel verberibus vrgetur. Antea quoque quàm loqui possit, quanta patitur? flens scilicet, hancque quoque solam habẽs anxietatis suę querelã. Vbi septimum dehinc expleuerit annum multosq; labores exhauserit: iam custodes, gymnastę, magistri ludi, iam adolescenti critici, geometra, rei militaris præceptores: ingens planè dominorũ multitudo. Post ista vbi in Ephebos inscriptus est, peior iam metus. Lyceũ, Academia, gymnasiarca, virgæ, nullaq; prorsus malorum mensura. Omnis adeò adolescentis sub moderatoribus est labor, qui ex Areopagi delecti consilio præsunt iuuentuti. Deinde cum fuerit istis exolutus, iam curæ palàm emergũt, reputatioq;, quod viuẽdi potissimum instituat iter: præq; sequentibus incõmodis priora illa puerilia videtur, & infãtiũ re vera territamẽta: expeditiones enim & vulnera, perpetuiq; certaminum labores. Hinc iam fallens subrepit senectus: in quam confluit, quidquid est infirmum fragileq; naturæ. Quòd nisi ocyus quis vitam velut æs alienum reddiderit, astans supra caput natura tãquàm fœneratorreposcit vsuram. Ab alio quidẽ visum, auditũ ab alio: persæpe vtrumq;. At si quis diutiutius cunctetur, debilitat eum, excruciat, membrisq; destituit. Alij itaque multa senectute repuerascunt: animoque bis pueri fiunt senes. Dij ergo propter hoc ipsum (vt qui bus

Miseria vitæ.

bus notissimę sint res humanę) quos plurimi faciunt, eos citius auferunt è vita. Agamedes & Trophonius itaque, cum Pythij Apollinis ædificassent templum, orantes dari sibi, quod optimum esset: quum obdormiuissent, nunquam deinde surrexerunt. Sic etiã Iunonis Argiuæ sacerdotes, precãte matre eorum, vt gratiã eis aliquã Iuno pietatis illorũ referret. Cum enim cunctarentur iumenta, succedẽtes ipsi vehiculo matrẽ ad templũ vsque pertraxerãt. Post preces ergo nocte decessérunt. Longum foret autẽ poetarum dicta recẽsere: qui diuinioribus poematis ea quæ ad vitã pertinẽt nostram, velut ex oraculo decantant, quẽadmodũ deplorent illã. Vniusq; solũ memoratu dignissimi sat habeo meminisse: qui inquit,

Quàm superi miserum tamen mortalibus æui
Neuere, vt viui desienda per omnia durent. Iterumq;.
Et cunctis hominum generi sors pessima vitæ
Stat, quæcunque supra terram spirantq; meantque.

De Amphiarao verò quid dicit?

Iupiter hunc totis animis, hunc magnus Apollo
Diligit, & iusti metas non attigit æui.

De illo quoque qui ita iubet: Nascens fleat, qui tanta vitæ intrat mala. Quid tibi videtur? Sed cesso: ne cõmemorãdo alios, rẽ contrà quàm instituí lõgius ducã. Quod autẽ vitæ quisquã institutum, quam vt artem deliget, vt nõ queratur de ea, atq; præsentibus offendatur? Opifices, mercenariasq; recẽseamus artes: ex nocte in noctẽ vsque laborantes: & vix tolerãtes vitę necessarios sumptus, cõplorantes seipsos, omnemq; vigiliã suã mœrore lachrymisque complẽtes. At nauta dicamus, per tãta penetrantẽ pericula, quique, quẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodum Bias ait, Neque inter mortuos est, neque inter viuos. Terrestris enim homo velut ambigui generis, ipse in mare sese proiecit: totusque arbitrij factus est fortunæ. Verùm dulcis est agricultura. Est sanè nō ne tota tamen est, quòd aiunt, vlcus, semper paratā doloris habens causam, nunc quidem siccitatem, nūc pluuias, nunc vredinē, nunc rubiginem, nunc vel æstum intempestiuum, vel frigus cōquerens? illa quoque honorata in primis reipub. cura, multa enim prætereo, per quantas rapitur anxietates? Quæ gaudia quidē habet furunculi in modum trepida semper, atque stimulis repleta, repulsas verò acerbas, & millies morte peiores. Quis enim beatus esse possit vulgi viuens arbitrio? tametsi faueat ei plaudaturq; populi scilicet iudicrū, iactus, exibilatus, dānatus, mortuus, & tū miseranduſ visus. Vbi nāq; Axioche tu qui in repub. versaris, vbi Meleiades, vbi Temistocles, vbi Ephialtes abijt, vbi itē qui nuper in repub. duces fuerunt? Hæc Plato. Præter has vero miserias, quę per se valerēt ad miserrimā appellādā humanā vitā, alia supereſt: si tractemus id ex fidei, & religionis nostræ principijs. Quæ sic magna est, vt cæteræ oēs cū illa cōparatę minimę esse videātur. Quod post hāc vitā mortalē sequit alia lōgē mortalior. qua homines in æternis tenebris vinculisq; retēti incredibiles perpetuasq; pœnas pēdēt: quæ ne minimūquidē vsu leuabāt. Quas licet Christus suo corpore præstiterit, & salutem maximā vitamque beatam parauerit eis, qui illum fuerint secuti: ferē tamē omnibus ita difficilē videt Christū sequi, vt à cūctis ferè deseratur. Sic vt ego mihi persuadeā (vtinā fallar) ex omnibus hominibus atq; adeò Christianis vix millesimū quenq;

quēq; salutē à Christo partā post mortē adipisci. Cuius sententiæ mihi præter alios Chrysostomus auctor est, qui homilia quadragesima ad populū Antiochenū affirmat vix cētū ex illa magna ciuiū Christianorū frequētia, qui in illa tūc amplissima ciuitate habitabāt, salutē cōsecuturos. Ait enim ipse, Quot esse putatis in ciuitate nostra, qui salui fiant? Infestū quidē est, quod dicturus sum, dicā tamē, Nō possū in tot millibus centum inuenire, quin & de his dubito. Sed clarius, id Paulus dicit, & lōgē magis amplificat in epistola. 1. ad Corinthios dicēs, Nolo vos ignorare fratres, quoniā patres nostri oēs sub nube fuerūt, & oēs mare trāsierūt, & oēs in Moyse Baptizati sūt in nube, & in mari, &c. Sed nō in pluribus eorū beneplacitū est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autē in figura facta sunt nostri: vt nō simus cōcupiscētes malorū, sicut isti concupierūt. Id rursus paucis repetit interiectis. Hæc autem in figura cōtingebāt illis: scripta sūt autē ad correptionē nostrā, in quos fines seculorū deuenerūt. Ex quibus verbis facilē intelligit, eā multitudinem, quæ egressa fuit ex Ægypto, mareq; Moyse duce trāsijt, ei cōferri, quę ad ecclesiā cōuenit, singulorūq; nomina Christo in baptismate dedit. paucos autē illos, qui terrā sibi à Deo promissā intrarūt, illis, qui regnū cælorū, & vitā beatā adipiscūtur. At certū est, vt narrat in Numeris, & in Iosue, ex sexcentum millibus præter pueros, mulieres, & senes, qui cū Moyse ex Ægypto egressi sūt, duos tātū in terrā fuisse promissā ingressos, Iosue, & Caleb. Multo igit maiore pportione, si benè ratio subducat, vincit ex sententia Pauli eorū Christianorū numerus, qui pereūt, numerū eorū, qui seruāt, q̄ Chryso-

stomus

1. Cor. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stomus opinabatur. Vt prudéter ipse loco citato dixe
rit, De his dubito. Iam verò cùm nullũ negotiũ, nulla
res tã difficilis, tã ardua, q̃ salus nostra ab hominibus
1. Pet. 4. geri aut expediri possit: dicente Petro, Iustus vix salua
bitur. Tã negligenter, vel à Christianis viris tractatur,
vt diligétiores habeãtur, qui semel in hebdomada de
sua salute cogitant, seq; ad illã adipiscendã cõparant.
At ego certè si semel tãtùm in hebdomoda vestibꝰ cõ
ficiendis studerẽ, ne in tota quidẽ vita hãc facillimã ar
tẽ cũsecuturũ cõfiderẽ. Quotꝰ etiã quisq; est, qui illud
Philip. 2. teneat Pauli cõsilium? Cũ metu, & tremore vestrã sa
lutẽ operamini. Quid timẽt, qui tantã prę se ferunt so
cordiã? Deniq; sæpe, & sępius hoc in nouo testamẽto
repetitur, ita vt nihil frequẽtius inculcetur. Multi sunt
vocati, pauci verò electi. Intrate per angustã portam.
Matth. 7 Quã angusta porta, & arta via est, quæ ducit ad vitã,
& pauci sunt, qui inueniũt eã. Et alio loco, Dñe si pau
Luc. 13. sunt, qui saluãtur? Ipse autẽ dixit, cõtendite intrare per
angustã portã, quia multi dico vobis querent intrare,
& nõ poterũt. Et Paulꝰ ait, Oẽs quidẽ currũt, sed vnꝰ
accipit vrabiũ, sic currite, vt cõprehendatis. Vt facilẽ
ex hac tãta repetitione cõstet, q̃ necessaria hæc doctri-
na Christianis hominibꝰ sit, remq; hãc magni esse mo
mẽti, memoriaq; digniſsimã. Quod si perfidos etiã ho
mines numeremus, dicerẽ nec decies milesimumquẽ-
que hominẽ salutẽ suscepturũ. Si ergo vix decies mil-
lesimus quisque sempiternis miserijs liberabitur: me-
lius ergo erat, nec nasci hominẽ, nec conceptũ fuisse.
Matth. 26 Siquidẽ Christus de homine damnãdo pronunciauit,
Melius erat ei si natus non fuisset homo ille. Quod si
melius est nõ nasci, q̃ nasci, vnunquenq; tędere potest
natus

natũ fuisse, optareq; fas erit vnicuique nunquam natũ
fuisse. Quod sapiens confirmat dicẽs, Laudaui magis
mortuos, q̃ viuẽtes, & felicioré vtroque iudicaui, qui Eccles. 4.
nedũ natus est, nec vidit mala, quę sub sole fiũt. Et hãc
esse sapiẽtium sententiã hoc loco tradit Eugubinus,
eãq; aliorũ duorũ sapiẽtissimorũ testimonia cõfirmãt.
Cum Mathathias sanctissimus graui reipub. suæ iactu
ra cõmotus dixerit, Væ mihi, vt quid natus sum vide- 1. Maca. 2.
re cõtritionẽ populi mei, & cõtritionẽ ciuitatis sãctæ?
Extat etiã grauissimũ Esdræ de hac re testimoniũ, qui 4. Esd. 7.
ex eodẽ quo nos arguẽto, q̃ pauci seruẽtur, hãc sen
tentiã cõcludit dicẽs, Et dixi, Hic est sermo meus pri-
mus, & nouissimus, quoniã melius erat non dare terrã
Adã, vel cùm iã dedisset, coercere cũ vt nõ peccaret.
Quid enim prodest hominibꝰ in præsenti viuere in tri
stitia, & mortuos sperare punitionẽ? O tu quid fecisti
Adã? Si enim tu peccasti, nõ est factus solius tuꝰ casus,
sed & noster, qui ex te aduenimꝰ. Quid enim prodest
nobis, si promissum est nobis immortale tempus: nos
autẽ mortalia opera egimus? Et quoniam prædicta est
nobis perennis spes: nos verò pessimi vani facti su-
mus. Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sani
tatis, & securitatis: nos verò malè conuersati sumus.
Et quoniam reposita est gloria Altissimi protegere
eos, qui tarde conuersati sunt: nos autem pessimis vijs
ambulauimus. Et quoniam ostendetur paradisus, cu
ius fructus incorruptus perseuerat, in quo est secu-
ritas & medela: nos verò non ingrediemur, in ingratis
enim locis cõuersati sumus. Et quoniam super stellas
fulgebunt facies eorum, qui abstinẽtiam habuerunt:
nostræ autem facies super tenebras nigæ. Vide igitur
quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm multis argumentis grauissimisque sentẽtijs de hac ꝓposita quęstione disserit Esdras. Sed dicet fortasse quispiam, Potius ergo de Deo nostro queramur, q̃ ei gratias agamus, quòd simus, atq; viuamus. Perinde quasi alius diceret, de Deo queramur, eius prouidẽtiã accusemus, quòd eius inimici nascamur, eãque nobis naturã attribuat, quã ipse odit. Veruntamẽ Deo opt. Max. maximã gratiã habeamus, quòd nati simus. De Adã vero primo parẽte queramur, quòd corrupti simus, & eius culpa a Deo alienatissimus. Nã si hominũ genus in ea synceritate, sanctitate, & integritate permãsisset, in qua à Deo constitutus fuit, quãprimùm ab eo factꝰ, & creatꝰ est: erat quidẽ per se magnũ, & singulare emolumẽtũ nasci, & hominẽ esse: culpa tñ primi parẽtis accidit, vt nõ emolumẽtũ, sed detrimẽtũ esse sapiẽtes, vt narraui, iudicẽt. Rursus etiã beneficio eiꝰ, qui nos primò finxit, effectũ est, vt tantũ dãnum resarciri valeat, si iterũ ex Deo nascamur, sicut cũ principio genus nostrum editũ fuit. Nã Christus (vt ait Ioãnes) dedit nobis potestatẽ filios Dei fieri ijs, qui credũt in nomine eius, qui nõ è sanguinibꝰ neq; ex volũtate carnis, sed ex Deo nati sũt. Et ob eã rẽ Christiꝰ dixit oportet vos nasci denuò, idest nisi per me filij Dei efficiamini miserũ, & calamitosũ est filios esse Adã. Vt autẽ tãti beneficij nobis à Christo pręstiti fructũ feramus, non satis est semel baptismate, & alijs officijs in Dei gratiã redire, sed oportet, vt ipsius Christi seruatoris verbis vtar, vsq; in finẽ perseuerare, vt salui simus. Secꝰ enim licet aliquãdo Dei amici fuerimꝰ, melꝰ erat nobis si nati nõ fuissemꝰ, sicut Christꝰ de quodã discipulo atq; adeo apostolo suo dixit, Qui locus q̃ lubricꝰ, & præruptus sit, satis exploratũ est, & ab Esdra loco citato probatũ.

Ioan. 1.

Matth. 10

Quare

Quare poterat prudẽter Iob vitæ suæ pœnitere, ac nũquam in lucẽ prodisse desiderare. Eo præsertim tẽpore quo inauditas immẽsasq; calamitates sustinebat. Et bello vndiq, pressus acerbissimo, in magno perpetuæ salutis amittendæ periculo versabatur. Ob eamq; rem rectè dicit suo maledixit. Est enim Hebræa loquẽdi ratio, vt, quod non esse cupiunt, maledicãt. Inde forte ducta, quod è contrario Dei benedictione omnia cõsistãt. Hinc est, quòd Balach Balaam prophetam vocauit, vt malediceret Israel, existimans, quòd eius maledictione efficeret, vt populus esse desineret. Solent etiam Hebræi maledicere vel tempus, vel rem aliam coniunctam cum ea re quam non esse cuperent. Sicut Dauid dira imprecatus est montibus Ielboe, quod in eis Philisthei Regem Israel interfecerunt, & eius copias fuderunt. Qua imprecatione id tantum signifi cauit Dauid voluisse nunquàm illam victoriã à Philisthęis esse partam. Sic etiam Ieremias diei maledixit, qua natus fuit. Et nuntio, qui patri suo renunciauit se natum fuisse. Quo id tãtum declarauit se pœnitere natũ fuisse. Qui in illis etiã sapiẽtibus numeretur, quos in hanc sententiã iuisse recitauimus. Id quod etiam Iob hoc capite his diris imprecationibus significat. Quare nullũ in illis crimen est, sicut crimen non est, vt probauimus, velle non esse natum. Est etiam animaduertendum, vt facilius totum hunc librum explicemus, ab hoc capite, vsque ad finẽ propè libri carmine esse compositum. Et non solum numerum, sed etiam stylum imitatur poetarum, qui eandem sententiam nonnunquam alijs atque alijs verbis, & circuitionibus repetunt, vt illud Virgilij.

Num. 20.

2. Reg. 1.

Iere. 20.

Vidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vidit & æquatis classem procedere velis:
Littora, atque vacuos sensit sine remige portus.

Sententia primi carminis secundo erat inclusa. Est etiam figura apud rhetores, quam vocãt expolitionẽ, cum in eadẽ re manẽtes alias, & alias tractare vidẽtur, Quare nõnihil luminis, huic libri expositioni citãdis dictis poetarum afferemus. His positis facilius hoc caput & totum librum persequemur. *Et locutus est.*

4 *Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictũ est. Cõceptus est homo.* Tẽpus tolli cupit, vt ea, quę in eo facta sunt, simul tollãtur. s. diẽ ortus sui & noctẽ suæ cõceptionis, vt ortus atque cõceptio auferatur. Sicut Dauid in quo animo esse significat erga montes Ielboe, quod egrẽ tulit certamen in illis cõmissũ. Ex quo intelligiũ, quàm leues sint principes, & optimates illi, qui diẽ natalẽ suum magna lætitia celebrant. Rectius Ecclesia, quę non die natali, sed die potius mortis sanctorũ suorum ferias agit. *Dies ille vertatur in tenebras.* [*Non requirat Deus eũ desuper, & non illustretur lumine.*] Eer eandem repetit sententiã qua dixerat. Pereat dies, &c. Nã si vertatur in tenebras, dies no erit, nec etiã erit, si eã Deus desuper non requirat: id est in numero dierũ non ponat, nec illius vllam rationẽ ducat: nec eriãerit, si nullo illustreẽ lumine. Dies enim luminẽ natura sua postulat.

5 *Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis obscuret eũ caligo, et involuatur amaritudine.* Amplificat idẽ ex cõtrarijs dicẽs: quę sunt tenebrę, & vmbra mortis, id est vmbra densissima nocteque obscurior, Id enim apud Hebræos significat vmbra mortis, Nihil em̃ res magis obscurat, & occultat quàm mors cum facilius cognoscas, quid in tenebris fiat, quàm quid homini post mortem acciderit.

rit: Sicut dixit Zacharias, Qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, id est qui lucis erãt omnino expertes. Est etiam diei contraria caligo, & amaritudo, in hãc sententiam quòd dies efficitur amara cùm magna nebula, vel densissimis nubibus cõtenebratur. Vnde quidã Hebræus exponit, כמרירי דרם eim rire iom, quod est in Hebræo. Æstus diei siue Caumata, quæ grauem illam, & propè intolerabilem reddunt. Sed melius est, vt exponamus, vt alij Hebræi, & noster rangit vulgatus amari diei. Id est qui à maro, & anxio animo in die aliqua sunt. Quibus dies illa tenebricosior ipsa nocte videtur. Cuius rei causam nonnulli naturales philosophi conantur exponere. Et ob eam rem dixit Esaias, Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius, tribulationis scilicet. Optat ergo Iob, vt tenebræ, vmbra mortis caligo, amaritudo, Diẽ illã inundãt, supprimãt, obscurent, ac deniq; faciãt, vt dies nõ sit. Qđ quidẽ satis eloquenter & rhetoricè dicit, imumq; declarat dolorẽ, qp̃ pro creatus fuerit. Et vehemẽter eos demẽtię conuincat, q̃ suarũ miseriarũ oblitì nimis iucũdè, dissolutèq; viuũt dicẽtes (vt est insapiẽtia) Coronemus nos rosis antequã marcescãt: nullũ pratũ sit, quòd nõ pertrãseat luxuria nostra, vbiq; relinquamus signa lætitiæ: quoniã hęc est pars nostra, & hęc est sors nr̃a. Diẽ noctẽ q̃, simul primo versu executus est, ac deinde diẽ per se maledicens cõsecutus fuit. Nũc in noctẽ per se inuehitur. Et q̃ cãdem modũ Dauid res infestas imprecatus est mõtibus Ielboe, quo significaret valdè sibi illud prælium in eo cõmissũ molestũ fuisse. Itaut explanet Iob molestè ferre q̃ fuerit cõceptus noctẽ, qua maximã partẽ homines cõcipi

Esa. 5.

Quãinepti sint qui dissolute viuunt.

Sup. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipi solent, execratur dirisq, deuouet dicens.

6 Noctem illam tenebrosus turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Tenebroso turbini in Hebræo respondet אפל opel, tenebræ obscurissimæ: quod ita reddit vulgatus, psal. 90. A negotio perambulante in tenebris. Et in eodem Iob. c. 10. terram miserię, & tenebrarum. Imprecatur ergo nocti illi maximas tenebras, ita vt omni vacet stellarum lumine. Quod dicit, [*Non computetur in diebus anni.*] Idem est, quod antea diei imprecatus fuerat, Non requirat eam Deus desuper. Ita modo optat, vt nox illa, si fieri posset, eximeretur de dierum numero: & ita tolleretur omnino, vt simul eius conceptio auferretur.

7 Sit nox illa solitaria, id est, Homines nulli rei in ea dent operam, nullus in ea sit hominum congressus, nullus in ea iter agat, aut domo egrediatur. Ita denique cūcti se habeant, quasi nunquàm nox illa fuisset. Chaldæus id magis vno verbo interpretatur dicens. Sit nox illa זעירא zahara, angustia. Græcus etiam interpres ὀδύνη dolor, id est anxietatibus & angustijs homines impediti, in nullo studio versari possint. Sed nox illa deserta sit ab omni hominū officio. Quod aptè cohęret, cū eo, quod sequitur. [*Nec laude digna.*] id est. Nemo laudes alicuius in ea canat, ad numerumue cōponat. Quod planius Hebræus dicit, Non תבוא רננה tabo renana, Non incidat cantus in ea. Et Græcus, Non veniat super eam εὐφροσύνη μὴ δὲ χαρμονὴ gaudium & lætitia. Id est nemo canat vllaue ratione lætetur in ea.

8 Maledicant ei, qui maledicūt diei. Maledicere diei solent, qui grauem aliquā calamitatem acceperunt: quam cum non possint depellere, vel diem, qua illam subierint

rint, vel qua nati sunt, detestantur. Quos vult Iob, vt vnusquisque diem suam prætermittens sectum noctē, qua ipse conceptus est, maledictis insectetur. Quasi dicat, omnes maledictiones, & imprecationes ab alijs rebus in hāc noctem conuertantur. Ita, vt non solùm ego, sed etiam omnes nocti, qua conceptus sum, male dicant, & infesti sint. [*Qui parati sunt suscitare Leuiathan.*] Non caret hic locus difficultate propter vocem Hebræā Leuiathā, quā & vulgatus noster, & Græcus interpres suis editionibus relinquerūt: vericq; ab alijs auctoribus exponitur. Huius libri capite quadragesimo significat cetum piscemue vastissimum. Et hac significatione præsistentes exponunt aliqui, huius piscis piscatores nonnunq iàm maledicere diei, quia parati sunt adhuc piscem excitandum, id est capiendū. Sed hoc non quadrat, quia cùm huiusmodi pisces telis confossi capiantur, dies potius prodest, quā obest ad eos necandos. Propterea alij exponunt Leuiathan allogoricè vsurpantes pro diabolo. In hanc sententiam homines impij, qui parati sunt suscitare diabolum ei consentiendo. Qui diei solent maledicere, quòd lucis odium habeant. Ij tamen iam non diei, sed nocti, qua sum conceptus, maledicant. Id tamen mihi videtur non historicum, sed plane allegoricum. Alij quia לויתן leuiia societatem significat, sic exponunt, Qui parati sunt sua orbari societate. Est tamen valde insolens, parumque apposita expositio. Quidam Hebræi, qui valde docti habentur, explicant, qui parati sunt ad suam familiam suscitandam, ad luctum videlicet, quos omnes Iob vult diei maledicere suæ. Sed illa magis apta mihi videtur explicatio, quam affert Chaldæus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæus interpres, qui parati sunt, si excitentur, tollere אֵילָתָהּ iliatehō, lamentationē suam. Nam אֵילוּת liuiatha Chaldæis luctum siue lamentationem significat. Cumq; hic liber propter numerum carminū multis Chaldæis vocibus vtatur, verisimile est, hac fuisse vsum. Præsertim quòd hæc expositio cohæret valde cum eo, quod dixerat, Qui maledicūt diei. Qui enim casum suum lamentantur, solent id efficere. Sed mihi videtur Chaldęus paraphrastes ita exponens alludere ad quasdam lamentatrices, quæ paratæ erāt ad quoscū que demortuos lamentandum, cum funus efferebatur: si conducerentur: quarum olim fuit frequentissimus vsus. Quæ fortè huiusmodi maledicta in eiulatu iactabant, vt casum demortui dolere simularent. Et propterea dicit, Qui parati sunt suscitare fletū eorū. Neque opus est, ita id intelligētes, vt. ל. loco. ב. positum fuisse putemus. Nam forte. ל. positum fuit, cum sit fœmininū, vt has lamētatrices præstringeret, quòd rarius masculi hoc munere fungebantur.

9 *Obtenebrētur stellæ caligine eius:* id est nulla luce, nec stellarū splēdore nox in qua sum cōceptus fruaī. Sed vndique tenebræ ob ducātur. [*Expectet lucē, & non videat.*] id est nullus dies finē illius noctis excipiat. Hęc ad maiorē amplificationē, licet fieri non possint, dicūtur, vt exprimat quantū eū vitę tędeat. Sicut dixit Dauid, Mōtes Gelboe nec ros, nec pluuia veniāt super vos, nec sint agri primitiarum, Quia ibi abiectus est clipeus fortium. Nec ortum surgentis auroræ, idē in Hebræo magis poeticè dicitur, Palpebras auroræ, sicut Homerus dixit, ροδοδάκτυλος ἠώς, aurora digitis roseis. Et alius poeta, *le chiome gialle La bella Aurora.*

2. *Reg.* 1.

Quia

10 *Quia non concludit ostia ventris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.* Redditio causę est imprecationum, quas dixerat. Quam causam poeticè etiam exponit dicens, [*Quia nō clausit ostia ventris qui portauit me.*] Id est, quia in ea nocte natus sum. Cur autē, eū peniteat natū fuisse, exponitur altera parte versus dicens, [*Nec abstulit mala ab oculis meis.*] Hanc autē causam verā, & bonam esse exposuimus iam in huius capitis principio. Qua etiam de causa adiungit.

11 *Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij?*

12 *Quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus?* Quę ex dictis facilè intelligūtur. Quod dicit, [*exceptus genibus,*] alludit ad matres pueros nutrientes suos. Quæ genibus suis illos imponunt sedētes, præsertim vt eos lactent.

13 *Nunc enim dormiēs silerē, & somno meo requiescerē.* Nec vera nec pia auctoris Biblæ Roberti in hunc locum scholia mihi videtur, Iob existimasse mortem finem esse malorum. Sed illud significat, quod dixit Salomon, Laudaui magis mortuos, quam viuos, & alio loco, Melior est dies mortis die natiuitatis: & Ecclesiasticus ait, melior est mors, quàm vita amara, & requies æterna, quàm langor perseuerans. Id quod hoc capite paucis interiectis bene probat ipse Iob dicens, Quare misero data est lux, similem etiam Euripides protulit sententiam dicens.

Ecclesi. 4
Ecclesi. 7
Eccles. 30.

τί μοι γενέσθε τῷ θανεῖν ἴσον λέγω
μὴ κὰν μὲν μὴ φύναι ἐπῐχθονίοισιν ἄρισον,
μὴ δ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου
φύντας δ' ὅστις ὠκιστα πύλας ἄιδαο περήσει
καὶ κεῖσθε πολλὴν γῆν ἐπιμετρήσας.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non nasci, & mori rem similem puto optimum est hominibus omnino non nasci, neque intueri radios feruidi solis, genitum vero quàm primum ad orci migrare portas,& iacere copiosa obrutum tel lure. Sed auctor Biblię Roberti Hebræos hoc loco secutus fuisse videtur. Qui sicut has diras imprecationes Iob crimini vertunt, ita de Dei prouidẽtia hoc libro dubitasse,& in alijs erroribus versatum fuisse iactant. Cognouit tamen Iob cum Christianis hominibus, in eo multum inter non nasci, & mori differre. Quod animus semel natus immortalis sit.

14. *Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines.* Consules vocat, quorum consilio regna, vel respublicæ administrãtur, qui ob eam rem regnum tenere vidẽt. Species igitur ponit pro genere, idest, quiescerẽ cũ optimatib⁹ virisq; potẽtissimis. Quod dicit, [*Qui ædificant sibi solitudines*,] ad verbum ex Hebræo ita reddi tur. Sed septuaginta viri longe aliter reddunt, οἱ ἐγαυριῶντες ἐπὶ ξίφεσιν. Qui gloriabantur de gladijs. Huius differentiæ causa est verbum Hebræum, חרבות horaboth, quod est ambiguum, ducitur q, à verbo חרב harab, quod ambigue valde exponitur ab Hebræis. Dicit enim significare arescere, siccari, desolare, destruere, æstu confici. Nullamque huius ambiguitatis explicant rationem. Sed proprie desolare significat. Nam hæc significatio optime quadrat, vbicunque alia ab illis ponitur, vt huius libri. 14. vers. 11. & fluuius יחרב iecherab exiccabitur, optimè quadrat desolabitur, quod non fiet, nisi aqua eius exiccata. Et Nahum. 1. vers. 4. & omnia flumina יחרבם hecherib siccare fecit, quadrat etiá desolare fecit, & ita vulgatus.

Om-

Omnia flumina ad desertum deducens. Ex hoc ergo verbo quod desolare significat, quia desolatio nonnũ quam fit æstu, vt si fluminum sit, fit nomen. חרב horeb, quod æstum siue siccitatem significat Hebræis: sed proprie desolationem. Quia etiam desolatio gladio fit, efficitur ex illo nomen cum sex punctis חרב hereb, quod vulgo Hebræis gladium sonat. Sed vtrũque habet idem plurale ad fœmininorũ formã חרבות harabot siue horabot, quod hic, vt diximus, ponitur. Quare vtraq; versio cadit in verba Hebræa, [*Qui ædificant sibi solitudines*:] vt dicit noster vulgatus, periphrasis est regum, & potentium qui vrbes campis desertis ædificant, vt sui nomen posteris relinquant. Sicut Semiramis, & Ninus ædificarunt Babyloniam, Alexander Alexandriam. Cadit etiam, Qui gloriantur de gladijs, vt vertunt septuaginta. Idest, gladios fabricant, quibus alijs bellum inferentes gloriam sibi, & opes comparant. Quæ potentiorum hominum circunscriptio etiam est.

15. *Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento.* Id est, quiescerem cum his. Et est eadem sententia, quæ superior, diuites & optimates ex alijs potẽtiæ, & copiarũ speciebꝰ describẽs. Quo loco nõ est prætereundum, sed attentè considerandum, inuẽtum ẽsse à natura temperamentum, quo tenuiores hominẽs principibus, & potẽtissimis quibusq; hominibus exęquet. Ex quo magnã esse huius seculi vanitatẽ Salomõ agnoscebat dicens, Sapiẽtis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Et didici, quòd vnꝰ vtriusque esset interitus, & dixi in corde meo, si vnus & stulti, & meus occasus erit, quid mihi prodest, quòd maio

Mors omnes homines exæquat.

Eccle. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem sapientiæ dedi operá? locutusque cũ mente mea animaduerti, quòd hoc quoque esset vanitas. Et alio loco, id magis amplificat dicens, Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominum & iumẽtorum: & æqua vtriusque conditio. Sicut moritur homo sic, & illa moriũtur, similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati. Ea igitur excellentia, quæ opibus & doctrina nititur, citò elabitur. Et tanquàm fœni flos marcescit. Illa diu manet atque consistit, quá virtute quisquam sibi parit. *Eccles.3.*

16 *Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterent, vel qui concepti non viderunt lucem* Idem quòd antè nimirum vel le non fuisse natum alia ratione dicit. Id est fuissem rá quam fœtus immaturus, qui in visceribus inclusus matris, antequam in lucem edatur, perit.

17 *Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.* Exponit etiam ex alijs speciebus omnes morte æquari. Quod in morte desierunt tyranni, & profligati homines alijs infesti esse, subditisq; timorem inijcere. Est enim tumultus timor multus, quo satis explicatur verbum Hebræum, רגז rogez. Quod variè auctores Hebræi declarant. Idem alijs verbis dicitur altera parte versus, id est, in morte potentes acquieuerunt fessi roboris & potentiæ fuæ, qua plerumque vtebantur vim alijs afferendo. Licèt Chaldęus hanc partẽ videatur ad oppressos, & qui aliorum potentiam sustinuerint, referre: sed mihi placet superior explicatio. Est enim magis apta cõtextui. Nam sicut toto hoc versu de iniurijs hominibus agit, ita sequenti toto de oppres-

oppressis ab illis. Quos fortè commemorat, vt doceat nullos quantumuis robustos atque potentes posse morti magis quàm infirmos resistere, de quibus statim dicitur.

18 *Et quondam vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris.* In Hebræo est in יחד iabad simul, quòd vulgatus vertit pariter: Græcus vero ἐμπεδύμαξον vnanimiter, quod idem est, vinctos vocat, ergastula, & qui in vinculis ad lapides vel metala fodienda retinentur. Quos morte pacatos esse dicit molestiaque vacare non audientes vocem exactoris, id est, eius, qui acerbè eos ad huiusmodi seruitutẽ cogebat. Sicut dicebat Sophocles ἀκμὴ δὲ θάνατος λοίσθιος ἰατρὸς, Extremus morborum medicus mors est, Huius enim vitæ detrimenta morte finiuntur valde tamen futuræ vita timenda sunt.

19 *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo.* Concludit id quod volebat omnes morte æquales fieri. Et ij qui inferunt, & ij qui ferunt iniuriã. sicut quidam poeta dixit.

κοινὸς χῶρος ἅπασι πένησί τε τῷ βασιλέϊ τε.

Cõmunis locus manet omnes & pauperes & Reges Quare mors meritò optanda erat ei qui tot acerbitates & anxietates sustinebat. Et est magna consolatio hæc ad eos subleuãdos, qui in miserijs sũt, & aduersa fortuna conflictantur. Quam ornatissimè tractat Esaias de morte Nabuchdonosor magno verborum plendore *Esai.14.* disserẽs, Infernus (ait) subter te cõturbatus est in occursum aductus tui. Suscitauit tibi gigãtes: oẽs principes terræ surrexerũt de solijs suis, oẽs principes nationũ. vniuersi respõdebũt, & dicent tibi, Et tu vulneratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est si ut & nos. Nostri similis effectus es, detracta est ad inferos superbia tua, cōcidit cadauer tuū: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erūt vermes. Sequitur in Iob.

20 *Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt?* Probat inutilem sibi esse vitam eo argumēto, quod dudum tractauimus. Quia nihil ex ea comodi, sed multum incommodi percipit. Nam quid prēstat, eum habere lucem, qui non nisi damna, & detrimenta videt? Certē huic vtilior esset caligo, quæ tot ei mala occultaret. Ideo pro magno beneficio Deus promittit Iosiæ, Colligam te ad patres tuos, & colliges ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum super locum istum. Quid denique refert illos vitam degere, qui dolore conficiuntur? Quod tantum malū est, vt vel morte depellendū sit. Natura enim, & quidē nō imprudēter cū maximis malis ita implicati sumus, vt explicari non possimus, vitam cum morte cōmutare cupimus. Nam hic sensus & rationis vsus dono à natura datus, si nihil fructus, nihil vtilitatis, sed sensum tantum malorum & incommodorū exhibet, quidnam boni in eo est, cur expetendum sit? Quare prudenter Paulus scribit Corinthijs, Non volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniā supra modum grauati sumus, supra vires, ita vt tæderet nos etiam viuere. Tobias etiam dixit cum se ærumnis circumuentum videret. Expedit mihi mori magis quàm viuere. Admirabilis vero est, & planè Theologa illa Euripidis sententia quam ex huius vitæ malis concludit dicens.

Prudenter aliquando mors desideramus.

1. Cor. 1.

Tob. 3.

ὦ φιλόζωοι βροτοί
οἳ τὴν ἐπεύχεσθον ἡμέρᾳ ἔκειν ἰδεῖν
πόνων ἔχοντες μυρίων ἄχθος κακῶν,
θνῄσκειν δ' ἐσ᾽ ὧν βροτοῖσιν ἐγκεῖται βίος
τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τὸν δὲ κατθανεῖν φόβος,
πᾶς τις προβεβηκὼς φῶς λιπεῖν φιλεῖ κλιθείς.

O vitæ cupidi mortales, qui sequentem videre lucem semper cupitis innumerabilium onus malorū. Adeo vitam mortales amant. Scimus quidem viuere, præ insciitia vero moriendi nemo nō relinquere metuit hoc solis iubar. Sed hanc moriendi scientiam, quam in hominibus desiderabat Euripides, Christus copiosè docuit. Qua benè imbutus erat ille, qui dixit, Desideriū habens dissolui, & esse cum Christo. Ex his facilè apparet, quā grauia sint huius vitæ detrimāta, vt vel vita redimi prudētissimus quisq; cuperet. Sequitur autē. *Philip. 1.*

[*Qui expectāt mortem, et non venit quasi effodientes thesaurū*] Describit eos qui amaro sunt animo, vt ex adiunctis sumat argumentum ad probandum propositū, satius esse eis mori quā viuere. Nam homines huiusmodi mortem expectare solent tanquam vnicum anxietatū suarū perfugium, portumq; salutis suæ. Ex quo fit, vt illam, quantū fas est, magis quam thesauros exquirat. Quare cū ij spes salutis suæ in morte positas habeāt, nō vita sed mors ex re ipsorū existimāda est. כמטמנים mat monim autē Hebræis thesauros semper significat: nō abscōdita, vt hoc loco dicit Eugubinus. Fortè tamen quia absconditi sunt.

Gaudentq; vehemēter cū inuenerint sepulchrum. Sicut lętatur is qui portum è longinquo videt: licēt in eo nō sit. Ita ipsi videntes sepulchrum, mortis recordatione lætantur,

tur,quam ſperant requiem rebus ſuis allaturam. Qui ergo mortis recordatione lętátur,magis ipſa morte lætarentur. Quare præſtaret potius eos emori, quàm viuere. In Hebræo licet eadem ſententia ſit, quia pluribus verbis declaratur,non eodem modo ſeptuaginta intetpretes,quo noſter vulgatus,transtulerũt. Idem tamen vterque declarat. Si verbum ex verbo Hebræa interpretemur,ita vertemus,Lætantes ad exultationẽ gaudent:, ſi inueniant ſepulchrum. Id eſt, qui lætantur de rebus iucundis,gaudent inuenientes ſepulchrũ, vt ex eo cõcludat, ſepulchrũ eis eſſe iucundũ atq; vtilẽ. Ita ad Græci reddunt,περιχαρῆς ὅτε ἐγένοντο ἐὰν κατατυχῶσι,θάνατος ἀνθ' ἡδὺ ἀνάπαυσις gaudẽtes læti fiũt ſi cõſecuti fuerint:mors viro requies. Id eſt, ſi conſecuti fuerint mortem. Chaldæus verò ita reddit,Qui lętabãtur exultatione,modo lætantur cum inuenerint domũ ſepulchri. Sequitur autem.

23 *Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus tenebris?* Illud commemorandum eſſe videtur,quod dixerat,Cur miſero data eſt lux. Aptiſsimqẽ;,& eruditiſsimẽ explicat miſeri hominis rationẽ,vt probetprorſus ei inutilẽ eſſe lucẽ. Cur ergo datur lux viro, cuius abſcõdita eſtvia? Id eſt,qui nullã viã inuenire poteſt,qua malà,in quibus verſatur, effugiat. Et quem ita latet in occulto ſuæ ſalutis via,vt omnino luce deſtitutus, & tenebris circũfuſus eſſe videaẽ. Quod hic capiet emolumentum ex die luceque ſolis? Quare fruſtra ei tribuitur? Cum vero vulgatus [*Circundedit eum Deus tenebris.* Vertit: Chaldæũ ſecutus fuiſſe videẽ,qui vertit,& vmbrauit Deus apud eũ, quã expoſuimus ſententiã. In Hebræo tamen tantum eſt,Circundedit circa eum Deus.

Deus. Et ita vertunt ſeptuaginta συνέκλεισε γάρ θεὸς. καὶ ἀνῆκε clauſit Deus circa eũ. Eandẽq; quam explanauimus habet ſententiam. Diſcriptiſsimè autem exponuntur verbis Hebræis hominis in felicis rationes, cuius conatus irriti ſemper fiunt neque exitũ, quod moliatur, felicem habet, & quo quo ſe vertat, detrimentum facit. Etſic in anguſtum,eius rationes cogun tur,vt circundatus, & circunſeptus à Deo, quò non euadat emalis, eſse videatur. Et ita de ſe dixit ille, Tra ditus ſum,& non egrediebar. Id eſt effugere non poteram. Et clarius ipſe Iob capite ſeptimo,Nũquid ma re ego ſum,aut cetus, quia circundediſti me carcere, Se verò cum mari cõparat. Quia mare a Deo oſtijs,& littorib⁹ incluſum fuiſſe dicit, ne terrã obruat. Sicut cap. 38. huius libri narrat,Circundedi illud terminis meis,& poſui vectẽ & oſtia. Ita Iob ſe miſerijs inclu ſum, & merſũ fuiſſe iudicabat, vt emergere uullo mo do potuiſſet. Ad hunc modum miſerum,& afflictum hominem ipſe deſcribit dicẽs,[*Circũdedit circa eũ Deus*

Pſal 87.

Iob.7.

Iob. 38.

24 *Antequam comedam ſuſpiro.* Hactenus locutus fuit de toto miſerorũ genere: nunc de ſe miſero verba facit, vt poſita propoſitione, & aſsũptione,Miſero melior eſt mors q̃ vita. Ego ſum miſer. Facilè concluſio conſtet,ergo mihi melior eſt mors,q̃ vita. Oſtẽdit autem ex effectis ſe miſerũ eſſe. Quoniã anteq̃ comedat ſuſpirat. Solent ij,qui mœrore confecti,in luctu iacent,ei bam reſpuere. Quoniã vnum contrariũ alterum tollit. Ex quo fit,vt mœroris magnitudo locũ nul ũ relin quat ei voluptati,quæ capitur ex cibo,& ita dixit Dauid de ſe afflicto, Aruit cor meũ,quia obliti⁹ ſũ cõmedere panem meũ. Vel fortè dixit [*Antequam comedam ſuſpiro,*

Pſal.101.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuſpiro, quia volaiſſet, ſi fas fuiſſet, cum tantis vrgeretur calamitatibus, nullum vitę ſubſidium prębere, ſed eam potius effundere. [*Et tanquà inundántes aquæ, ſic rugitus meus.*] Id eſt tantus eſt gemitus, & eiulatus meus, doloris magnitudine, vt ſonitū inundantiū aquarū exprimere videar. Intelligéterq; hac vulgati interpretis verſione verba traducūtur Hebræa, quæ paulò obſcuriora vidētur. Quæ ſic ad verbū explicata habēt. Effuſi ſunt ſicut aquę rugitus mei. Vel forte voluit Hebręus præſtringere lachrymas, quas vnà cum ſuſpirijs, & rugitibus effundebat. Ex quo intelligitur ſtultà eſſe ſtoicorum opinionē affirmātiū nullo modo viro forti eſſe cōceſsū eiulatū, gemitūq;, licet ſummis præmēt doloribus. Sicut enim non eſt indecorus viro forti dolor, cū ratio poſtulet, vtiā probauimus, ita nec ſummi doloris ſigna nobis natura tributa ſunt indecora. Chriſtus enim in cruce clamauit voce magna, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quem rugitum & eiulatum fuiſſe declarat Dauid eadem verba repetens ac ſubiungens. Verba delictorū meorū. Nam in Hebręo etiā eſt verba, שאגתי ſaagati rugitus mei, vt transfert Hieronymus. Rectèque dixit Euripides.

Stoicorum ſtulta ſentētia.

Matt.27.

Pſalm.22.

ἄμουσία τοὶ μὴ σ' ἐπ' οἰκτροῖσι θάκῳ σκίειν.

Ruſticitas quædam eſt in miſeris rebus non flere. Sequitur in Iob.

25 *Quia timor quē timebā, euenit mihi, & quod verebar accidit.* Poteſt hoc vel ad naturā noſtrā referri. Natura enim malū oēs timemus. Significat ergo in ęrūnas incidi, quas natura timebā. Vel (vt ego exiſtimo) nō ad naturā, ſed ad Iob prudētiā attribuēdū eſt. Viri enim boni eſt timere, atque

atque ſibi cauere, nec negligentem eſſe. Sicut Salomon dicit in Proberuijs, Beatus vir qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum. Nam huiuſmodi timor illum prouidum, cautum, & ſolertem reddit. Ob eamque rem hunc timorem Euripides conſulebat dicens, *Pro. 28.*

ἐμοὶς δ' ἔνεστι τεῖσι εὖ σκοπουμένοις.
πᾶς ἐντὸς εἶναι πράσσοντα μὴ σφαλῆναι πολύ.

Sed conuenit, ſi rectè conſideretis timere, cui res proſperè eūdunt, ne quando incidat calamitas. Et alius.

κἂν εὐτυχῇ τις, ὡς ἔοικε προσδοκᾶν χρεών,
ἀεί τι δεῖ κἀμὲ μή τι πιστεύειν τύχῃ.

Et ſi quis fortunatus fuerit, ſemper tamen, vt par eſt, ſpectare aliquid aliud oportet, & nihil credere fortunę. Cōtrà verò extremæ demētiæ eſt, & (vt Salomon dixit) mentis duræ ſiue rudis, ſecurum, ſocordem, & negligentem eſſe, cum vitam inſidiarum, & malorū plenam traducamus: & qua facilè res infinitæ nobis nocere poſſint. Quæ negligentia atque ſocordia non cadit, niſi in ſceleratos, & inertiſsimos homines. Et ob eam rem Salomon ait, ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Ex quo fit, vt in ærumnas & calamitates nonnunquam veniāt acerbiſsimas. Nam (vt Salomon dixit) Corruent in malum. De quibus etiam Paulus teſtatur, Cum dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. *1. The 5.*

26 *Nonne diſſimulaui? Nonne ſilui? Nonne quieui? & venit ſuper me indignatio.* Nō nihil difficultatis hic locus habet: quod noſter interpres Chaldæum imitatus affirmando reddit, quod negādo reddere poterat. Vt igitur noſtrum interpretem aptè exponamus, Chaldæi interpre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pretē aptē exponamus, Chaldæi interpretationē proponamus. Quæ ita se habet verbo de verbo traducto, licēt interpres eius ē regione positus in Biblia Regia aliter, sed non commode quidem illū explicet. Ait ergo, Nonne quieui? & nonne pacatus fui in nuncio de bobus, & asinis? & none tranquillus fui in nuncio de incendio ouium? & nonne sedatus fui de nuncio camelorum? & venit indignatio per nuncium de filijs. Quare dissimulatio hæc & silentium, de quo dicit Iob, (vt vertit vulgatus interpres) refertur ex Chaldæi sententia ad eam animi tranquillitatem, qua pertulit suarum fortunarum iacturā. Sed quòd illud. [*Venit super me indignatio,*] Declaret de morte filiorum, magis mihi probatur, vt de acerbissima illa calamitate explicetur, qua fuit morbo illo pestilētissimo pressus. Sic, vt prima pars versus. Nonne dissimulaui? nōne silui Nōne quieui? ad calamitates quatuor referatur, quib⁹ primo eius patientia tentata fuit. Secunda vero pars versus. [*Et venit super me indignatio.*] Ad illum morbum in quem incidit grauissimum, quo secundo eius patiētia tentata fuit. Quasi diceret, Patiēter, & æquo animo tuli omnium mearum opum, & filiorum iacturam. Tamen ira Dei hoc non fuit contenta, sed acerbius in me inuasit. Sed planius verba Hebræa per negationē exprimūtur: sicut ea exprimūt septuagnta interpretes hoc modo, Non pacatus fui, non tranquillus, & non quieui: Venit autem indignatio. Vt illud explicet amplius, qđ versu superiori dixerat, Timor quē timebā venit mihi. Quasi diceret, Licēt non securus, nec negligēs, sed prouidus, cautus, atque solicitus de mea salute fuerim. Non potui tamen iram Dei vitare.

CAP.

CAPVT. IIII.

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
2 *Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies: sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* A
3 *Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti.*
4 *Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua tremētia consortasti.*
5 *Nunc autem venit super te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es.*
6 *Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?* B
7 *Recordare obsecro te, quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deleti sunt?*
8 *Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos,*
9 *Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.*
10 *Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.*
11 *Tigris perijt, eo quòd non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt.*
12 *Verbò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furti mē susceptit auris mea venas susurri eius.* C
13 *In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,*
14 *Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.*
15 *Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.*

Stetit

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 *Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi aurae leuis audiui.*

D 17 *Nunquid homo, Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?*

18 *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.*

19 *Quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea?*

20 *De manè vsque ad vesperam succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.*

21 *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.*

RESpondens autem Eliphaz Themanites dixit. Postquam Iob sermonem de suis calamitatibus induxit, amici, quos ad eum consolandum venisse dixerat, de eodem argumento cum eo loquuntur: quorum sermones doctissimos fuisse plurimique faciendos Paulus auctor est in epistola. 1. ad Corinthios. Quacitat testimonium Eliphaz ad suam doctrinam admirabilé, & planè Theologam comprobandam dicens, Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, Comprehendam sapientes in astutia eorum. Scriptum est autem ab Eliphaz fuisse dictum capite quinto huius libri. Nec ego dubito, quin viri probi, atque sapientes fuerint. Quod vel ex eo apparet, quòd cum Iob tanto viro amicitiam contraxerint? Et eos sacro sancta scriptura simpliciter, & apertè amicos nominat. Non enim vera amicitia conglutinari sine virtute potest, nec viro bono cum iniquis esse potest amicitia.

1. Cor. 3.

Huc

Huc accedit, quòd cum Eliphaz Deum fuisse locutũ, & ipse hoc capite commemorat, & sacra scriptura capite quadragesimo secundo. Quòd si Iobi consolationem imprudenter tractauerunt, in eaque re peccauerint, non ob eam rem omnino reijciendi sunt, cũ alij prophetæ, quorum libri pro Dei oraculis habentur, crimina nonnulla admiserint, vt Moyses, & Dauid. Horũ autẽ virorũ errorẽ in ea re fuisse existimo, vt cũ Iob de viris bonis, & iniquis disputãtibꝰ verissimè eorum propositiones fuerint, assumptiones verò falsæ. Nihil enim de toto genere bonorum, & malorum dixerunt, quod non doctissimè, sapientissimèq, loquantur. Imprudenter autem Iob iniquum fuisse existimarunt. Mirum tamẽ non est in ea re fuisse deceptos. Nã cum pœna sua natura sit propter culpam instituta, ea est hominum opinio, vt eum in culpa fuisse putent, quæ pœnas pendere videant. Adeo vt Christus infirmitate bonitate præditus, iniquus ob eam rem fuerit habitus. Sicut dicit Esaias, cum sceleratis reputatus est. Et cùm Barbari viderunt, viperam e manu Pauli pendentem dixerunt homicidam esse, quòd vltio non sineret eum viuere, vt narratur in actis. Quare mirum non est, Iob amicos de eius bonitate dubitasse, vbi eũ fortunis omnibus expoliatum, & tam anxie excruciatum viderent. Licèt ergo diuus Gregorius, & alij imaginem hæreticorum gessisse dicant. non fas esset existimare hæreticos eos fuisse. Nam tunc non erat sanctitas Iob ita Dei testimonio probata, vt eam religiosè credere deberent. Nec beatus Paulus hæreticorum testimonio vsus fuisset ad suam doctrinam confirmandam. Ac denique tanti criminis labe aspergi non possunt.

Quis fuerit error amicorum Iob.

Pœna facit peccati cõiecturam.

Isai. 53. Act. 28.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt cum nulla eorum hęresis proferri posit. Dixit ergo Eliphaz.

2 *Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies.* Veniam præfari videtur. Potestque hęc pars versus per interrogationem explicari hoc modo, Num si conabimur loqui tecum molestè feres? Quod prudenter dictum est. Nam Iob superiori capite clamauerat se in pane, atque adeo in vita fastidire, quo magis in aliorum verbis, [*Sed conceptum sermonem tenere quis poterit?*] Id est cũ tu tantá sermonis materiam dederis, quis se á loquendo, quæ de re proposita intelligit, poterit reprimere? Est enim difficile viro pio linguam coercere, vbi de re grauissima agitur. Ita Hieremias, cum secum statuisset, amplius in nomine Dei non loqui, Et factus est (ait) in corde meo (sermo scilicet Dei) quasi ignis æstuãs, claususq; in ossibꝰ meis, & defeci ferre nõ sustinens. Vel potest conceptus sermo nõ de sermone, quem Eliphaz secum cogitauerat, dici, sed de eo, quẽ Iob fuerat locutus, vt interpretantur septuaginta interpretes: qui ita reddũt, ἰσχὺν δὲ ῥημάτων πας τις ὑποίσει. Idest tuorum verborum vim quis perferet? Quę interpretatio optimè cohęret. Nam difficilimum quidẽ Iob sermonem induxerat, vt capite superiori, quã difficiles explicatus haberet enarrauimus.

Hiere. 20.

3 *Ecce docuisti multos & manus lassas roborasti.* Optimum quidem argumentum ad Iob in luctu, iacentem excitandũ, petitum non ex alterius, sed ex ipsiusmet doctrina. Turpe enim est, nec hominis sapiẽtis alijs sapere, & sibi non prodesse. Id quod Paulus reprehendit Romanis scribẽs, Cõfidis te ipsum esse ducẽ cæcorũ, lumen eorũ, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium,

Rom. 2.

magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alĩ doces te ipsum non doces. Quod dicit, [*Manus lassas roborasti.*] Id est, eos, qui laboribus vel aduersa fortuna fracti tardius atque remissius officio fungebantur, excitasti.

4 *Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua tremen-tia confortasti?* Id est, eos, qui propter animi infirmitatem ad libidinẽ procliuiores in periculo magno crãt, exulcerandę diuinæ gratiæ præceptis, consilijs, hortationibus, opera denique tua reuocasti. Ex quo intelligitur Iob præter alias virtutes eius officij magistrũ fuisse singularem. Et non solum ipsum pietatẽ tenuisse, sed etiam ad eam plurimos informasse. Quare testimonio Christi dicentis, Qui fecerit, & docuerit magnus vocabitur in regno cælorum, egregius, & eximius vir Iob in Ecclesia Dei haberi debet. Et vbi Eliphaz, Iob officij munera commemorat, pastoris munus exponit, quod eximiè Iob obijsse ex hoc loco demonstratur. Nam huiusmodi officij munera Deus in pastoribus suis per Ezechielem requirit dicens, Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod egrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis. In qua re specimen relictum singulare virtutis est Regibus & Principibus, qualis Iob fuit: quorum plerique magno errore capti existimant, hæc ad se nullatenus pertinere.

Matth. 6.

Ezech. 34

5 *Nũc autẽ venit super te plaga, & defeciſti: tetigit te, & cõturbatus es.* Hęc assumptio est ratiocinationis, qua velle videtur concludere Iob deliquisse in eo, quod diei

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo maledixerat, quod propter imbecillitatem animi, & desperationem Iob feciſſe crediderat. Errabat tamen Eliphaz, vt declarauimus ſuperiori capite. Nõ enim erat deſperatio, ſed prudens conſilium velle tot tantaque mala atque adeo morte declinare. Quod Paulus atque Tobias (vt narrauimus) cœpit conſilij. Quod dicit, [*Conturbatus es,*] ita ad verbum eſt in Hebræo: doctiſſimè tamen transferunt ſeptuaginta interpretes συ δε ἐσπουδακας. Id eſt feſtinaſti, vel fategiſti. Quod proprium eius eſt, qui de ſua ſalute deſperat, nec magno animo, ſed impatienter caſus ſuos tolerat. Et ob eam rem monet Eccleſiaſticus, Ne feſtines in tẽpore obductionis. Illſe enim feſtinat, qui cum ſibi à Deo auxilium non feratur tẽpore, quo ipſe ſperat, ſpem in Deo & fiduciam abijcit. Contra vero ille non feſtinat, qui in rerum deſperatione fortem ſe, & magnanimum præſtat, Dei ſemper opem ſparando. Sequitur autem.

Eccli. 2.

6 *Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?* Deſiderat id in Iob, quod ignoranter ei deeſſe putabat. Quod [*fortitudinem*] dicit, metonymia vulgatus vſus fuiſſe videtur, cauſam vertens pro effectu. Nam in Hebræo eſt, כסלה chic la ſpes. Facit tamen fortitudo ſpem, & animum forti viro. Poteſt tamen hic locus aliter ex Hebræo reddi, vt redditur à Chaldæo interprete hac ratione, Nonne timor tuus erat ſpes tua? fidentia, & perfectio viarum tuarum? Id eſt, Cùm animum ob calamitates deſponderis, indicas hactenus, ea de cauſa à te Deum cultum, & obſeruatum fuiſſe, vt ab eo opes, atque diuitias impetrares. Qua ſpe cum modo ceciderit, nihil amplius in Deo, ſpera-

ſperare vis. Qua ſententia Iobum pupugit longè magis. Nam cum mercenariæ virtutis accuſabat. Sed alijs Hebræis magis placet aliter hunc locum exprimere. In hanc ſententiam: Nihil eſt Iob, quòd animum abijcias, quod tibi, & facultates, & bona valetudo fuerint detracta. Non enim in his rebus ſpes, & rationes tuas poſueras, ſed in Dei timore erant ſpes tuæ, eòque tanta viarum tuarum perfectio ſpectabat. Quę lenior eſt ſententia ad ſancti viri mitigandum dolorem, nec Eliphazī tantæ acerbitatis arguit. Vtraq, tamẽ eſt valde probabilis, & apta ad Hebræa verba explicatio. Sed ſeptuaginta interpretũ eſt difficilis huius loci interpretatio. Nam כסלה chic la non ſpem ſed ἀφροσύνην ſtultitiam conuertunt הם tom non perfectionem, ſed κακίαν malitiam. Verſus itaque totus ita apud illos habet πότερον ἡ δειλία σου ἐστὶν ἐν ἀφροσύνῃ, καὶ ἡ ἐλπίς σου ἐν κακίαις τῆς ὁδοῦ σου, nunquid timor tuus eſt in ſtultitia, & ſpes tua, & malitia viarum tuarũ? Verè autem nomẽ כסלה chicla ſignificat etiã Hebręis ſtultitiã. Quare cõuenit etiã hæc verſio in Hebręa verba, habetq; hãc ſententiam, Nunquidcùm ita examinatus ſis, ſignificare, vis ſtultum fuiſſe Dei timorem quo antea eras? Nam ſi prudens fuiſſet, non minus in calamitoſa, quam in proſpera fortuna exiſteret. Significare ne etiam vis ſpem tuam malas & iniquas vias tuas feciſſe? Nã cum ita rerum acerbitate conturberis, videris ob eam rem vias Dei, & præcepta tenuiſſe, quod ab eo felicẽ fortunam ſperares, quæ quidem ſpes peruerſas vias tuas efficeret. Nam potius te mercenarium, & rerũ humanarum amatorem, quàm Dei verum cultorem, & caducarum rerum contemptorem efficeret. Itaque quaerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

drat in Hebræum versum conuersio septuaginta interpretum. Nec eorum sententia longè distat, a Latina nostra versione. Id modo difficultatis relinquitur in editione Græca. Quod licèt כסלה chiçla (vt diximus) stultitiam etiam significet תם tom tamen, quod illi vertunt κακίαν non malitiam (vt illi declarant,) sed perfectionē & consummationem indicat. Sed si כסלה chiçla, stultitiam vertamus necesse est, תם tom perfectionem per Antiphrasim dictum fuisse intelligere. Hoc est: stultutia erat illa viarū tuarum perfectio, quę alijs videbatur, cū potius malitia esset. Quippe quæ pecuniam potius quàm pietatē querebat. Sequitur autē.

Eccli. 2.

7 *Recordare obsecro te, quis vnquàm innocens perijt? aut quando recti deleti sunt?* Quoniā assueuerauerat Iob meliꝰ sibi esse mori, quàm viuere, id Eliphaz redarguit. Nam boni viri cum Dei præsidio nitantur, calamitosę fortunę non succumbunt. Ita vt intereant. Cum ergo eum interitum, qui ad bonum virum nō spectat, tam anxiè optes ab officio desciuisse Deique auxilium desperasse videris. Cuius argumentationis propositio, Iustus non perijt, si quencunque interitum cōplectatur, huius & futurę vitę, vt intelligat nec in hac, nec in futura vita perire, vera non est. Multi enim viri magna virtute præditi indigna morte, absumpti sunt. Quod ex

Esa. 57.

Christi seruatoris, & Apostolorum suorū ignominiosa morte, facilè apparet. Et Esaias dicit, Iustus perijt, & nō est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colligūtur, quia nō est qui intelligat. A facie enim malitiæ collectus est iustus. Si autē de interitu illo sempiterno tātū propositio intelligat, verissima est. Ab hac enim morte nos Deus per Christū vindicauit, vt omnis

Iustum nō perire quo modo sit intelligendum.

nis, qui credit in illū, nō pereat: (sicut dicit Ioānes) sed habeat vitam æternā. Christusq; promittit, Si quis seruauerit, morte nō gustabit in ęternū. Licèt igitur Eliphaz de interitu propositionē suā intellexisset ęterno, nō benè Iob reprehēdit, qui nō hūc, sed vitæ mortalis finem optabat.

Ioan. 3.
Ioan. 8.

8 *Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatē, & seminàt dolores, & metūt eos.* Quod dicit [*operantur iniquitatem*] in Hebręo est פעלי און horse: ideſt arantes iniquitatē, & ita vertunt septuaginta interpretes. Quod licèt eadem sentētia, qua illud [*operantur iniquitatem*] dicatur. Est tamē peculiaris in Hebræo metaphora ex agricolis petita: qui arando, seminando, & metendo totū munus suū exequūtur. Ita iniqui homines scelus arant, ideſt, concipiunt, cum illud admittere secū decreuerūt. Seminát, id est moliūtur, cū dāt operā, rationes, & auxilia quærunt ad illud faciendū. Metunt, id est, edūt, cū iā scelus, qđ cogitarant, perficiūt. Significat ergo hac ratione dicēdi homines sceleratissimos, qui totos se in flagitia ingurgitāt. Ná scelus cōcipiūt, & conāt efficere, & vires habet ad perficiēdū. Id quod ex alia metaphora etiā declarauit Dauid dicēs, Ecce parturit iniustitiā, cōcepit dolorē, & peperit iniquitatē. Quod eadē ratione, qua diximus declarandū est, de homine flagitioso, & qui se totū in scelere volutauerit, illud concipiendo, moliendo, & perficiendo. Quod ob eā rē ita sigillatim exponūt, vt intelligamꝰ peruersa iniquorū hominū studia, quātisq; se flagitijs, vt quoduis scelus perficiāt, cōtamināt. Quid ijs futurum sit statim exponit dicens.

Psalm. 7.

9 *Flante Deo periße, & Spiritu iræ eius ęße consumptos.* Spiritū iræ, & Deū flare dicit, ad exponēdū q̄ facilè Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes perdat iniquos, sicut dixit Esaias, eximiã Chri
Esa. 11 sti potentiam amplificans, Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Id quod etiam declararunt septuaginta vertentes ἀπὸ προσ ὀργὴν ς. ex mandato id est, si
Luc. 1. mul atque ipse eos extinguere voluerit. Sicut etiã virgo beata cecinit apud Lucam, Dispersit superbos mẽte cordis sui. Quod Sodomorum euersio, & totius orbis inundatio optimè demonstrauit. Quæquidé exẽpla impijs statuta deberent valde eorum conatus, si saperent, reprimere. Amplicat id magis Eliphaz nonnulla subijciens impiorum genera.

10 *Rugitus leonis, & vox leenæ, & dentes catulorum leonum conteriti sunt.*

11 *Tigris perijt, eò quòd non haberet prædam, & catuli leonis dissipati sunt.* Principes & Reges truculẽtos, & immanes intelligit, qui ciues suos per vim exinaniunt, vt ipsi eorũ
Soph. 3. opibus ditẽtur. De quibus dicit Sophonia, Principes eius in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi vespere nõ relinquebãt in mane. Qui licèt immanes, & potentes sint, Deo tamen irato nullo modo poterunt resistere, sed facilè eorum vires, licèt magnæ videãtur, infringet. Quod sicut impijs terrorem, ita pijs
Psalm. 3. viris oppressis consolationem affert. Sic Dauid Deo gratias agit dicẽs, Quoniam percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dẽtes peccatorum contriuisti. Verum ergo est, quod docet Eliphaz impios perire, licèt potentissimi sint. Quòd si ipse voluit ex hoc assumi, Iob hac de causa tãtã feciſſe iacturã falsum quidé est: vt ex primo, secũdo, & vltimo capite huius libri cõstat. Nũc redit ad probãdũ, quod dixerat, pios viros nõ perire. Idque probat ex oracvlo diuino sibi reddito.

Porro

12 *Porrò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius.* Non dubito quin verum sit, quod hic narrat Eliphaz se Dei responsum accepisse. Quare falsa & ridicula sunt auctoris Bibliæ Roberti, hoc loco scholia dicentis, Eliphaz cogitanti de rebus Iob, datum fuisse à Deo responsum, Iob ob sua peccata in tantas miserias incidisse. Non enim Deus falsum dare responsum potuisset, sed hoc ex libris Hebræorum sumptum est, qui (vt iam diximus sæpe in commentarijs huius libri) multa in Iob crimina cõijciũt. Ridulus etiá est in scholijs auctor Bibliæ Roberti, & nec ipse, nec alij Hebræi, quos sequitur in suis scholijs intellexerũt quod ná Eliphaz redditũ fuerit oraculum. Quod vero dicit, [*Verbum absconditum furtiuè venas susurri.*] Vt indicet rationem, qua olim dabantur responsa, non planè, sed obscurè, atque implicatè, vt ex prophetis intelligi licet, quorum sermo lõgè obscurior est, quàm familiaris. Quoniam homines digni non erant, quibuscum Deus valde familiariter loqueretur. Adeo, vt vel Christi temporibus quibus planius, & familiarius, & alio vnquàm tẽpore dabant responsa, id obseruaretur. Nam sæpe Christus cum populo loquens parabolis vtebatur. Cuius rei causam ipse suis Apostolis indicat dicens, Cęteris in parabo- Luc. 13.
lis, vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant. Tum id fiebat, vt non remissè atque negligenter, sed attentè, & accuratè diuina homines audiãt oracula, Quod autem dicit, [*furtiuè,*] non malè exponit Chaldęus repẽte. Qđ verò dicit, [*Venas susurri eius*], [Clarius in Hebræo est וְאָזְנִי לָקְחָה שְׁמֶץ semez meneu. Id est, parum ex eo. In Græco vero obscurius id transfertur

Universidad de Deusto
Biblioteca

πότερον ἔστι δύσχημα μου ἐν ὑμῖν ἢ ἀσχήμων πως ἐντός. Idest. Num quid, non auris mea indecora ab eo susscipiet? Nam ערוה semez significat detractionem & ignominiam, idque vno tantùm scripturę loco, quòd alia non videt explicatio quadrare Exod. 32. vers. 25. Spoliauerat eũ Aaron ערוה, le sinza inter hostes eorum. Sed mihi videntur Hebræi prorsus huius vocis propriam significationem ignorare, quare causa accommodant eam significationem cuicunque loco, quæ magis apta verbis adiunctis eis videtur. Ex quo fit, vt non conueniat inter eos de explicatione illius loci Exodi citati. Sed difficilis eis videatur. Sed quantum ego conijcio, ex ex tribus locis, quibus in scriptura ponitur, attenuatum quid, & exiguum propriè significat. Ex quo fit, vt ad significandam detractionem, & ignominiam possit accommodari. Siquidẽ qui detrahit, & afficit ignominia, attenuare, & diminuere alterius famam videtur. Nam his locis apta est hæc significatio, ipsaque facilia redduntur. Nam hic locus (vt diximus) facilius, & planius ita redditur. Suscepit auris mea parũ quid, & exiguum ex illo nimirum verbo. Quoniam abscõditum, & furtiuum erat, vt dicit. Ita etiam conuenit in alium huius libri locum capitis sexti, & ita interpretatur vulgatus noster interpres cũ vix (ait) שמעתי דבר semez dabar, id est paruam stillam sermonis eius audierimus. Locus etiam ille Exodi valde difficilis, planus valde hac interpretatione efficitur, vt habeat hanc sententiam, nudauerat populum Aaron ad attenuationem inter hostes, id est, vt hostibus suis attenuatus, diminutus & despectus videretur. Ne de idolo, quod fabricauerat eis ex auro, quo populum expoliauerat,

uerat, gloriarentur, & eo duce conarentur ire per hostes interram promissam. Nam ipsi petierant Deum, qui præcederet eos. Qua fortè nullam planiorem meliorem què interpretationem reperies, licèt variè ab Hebræis, & Latinis circunferantur. Ex hac eius propria significatione fit, vt ad significandam detractionem & ignominiam possit accommodari, vt à vulgato nostro loco Exodi citato accommodatur. Et ad significandum etiam indecorum, vt hoc loco à septuaginta viris vsurpatur: nam indecorum est, quod attenuatum, & imminutũ fuerit. Ita, vt hãc habeat sententiam illorum huius loci translatio. Nunquid non auris mea audiuit, didicitque ex illo, quod indecorum erat? Quo mihi ad oraculum videntur alludere, quod sibi redditum fuisse Eliphaz narrat. Quo significatur, vt statim exponemus, indecorũ esse homine iustiorẽ, aut puriorem esse quàm Deũ. Vulgatus verò trãstulit [*venas susurri*], id est, verbum attenuatum, hoc est, non rectè expressum, nec prolatum, sed obscurè, cuius modi susurrũ esse solet. Quare vtraque trãslatio cadit in verba Hebræa, & aptam habet sententiam. Sequitur autem.

13 *In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines*, שעפים cehiph propriè ramum significat, siue arboris, siue rupis, què scopolũ vocamꝰ per trãslationẽ verò significat cogitationẽ, quæ cum corde ita comparatur, vt ramus cum arbore. Hinc fit, vt vulgatus, & septuaginta transferant hoc loco, horror visionis, specie pro genere. Nã horror cogitatio est timorè injiciens. Potest etiam clariùs ex Hebræo verti cogitationibus visionis nocturnæ, id est, cùm mecũ cogitarem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitarem visa, quæ nocte hominibus afferri solent. Ponit enim tẽpus, quo percepit oraculũ cuius mẽtionẽ facit, [*Quãdo solet sopor occupare homines*] Noctis descriptio est, de nocteque accepisse narrat oraculũ. Quod etiam alijs prophetis contigit, vt Danieli dicenti, Videbam in visione mea nocte. Et Zachariæ etiam dicẽti, Vidi per noctem, & ecce vir ascẽdens.

Daniel.7.

14 *Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.* Hac de causa superiori versu vulgatum, & septuaginta vertisse puto, In horrore visionis. Septuaginta verò aptè exponũt, quo pacto ossa fuerint perterrita, traducentes σωέσεισε concussit.

15 *Et cum spiritus.* Vehemẽter autem terrebantur olim prophetæ, & alij viri pij, cum visa à Deo offerrentur eis. Adeo vt narret Ezechiel prostratum iacuisse: ab angeloque erectum fuisse in illa visione, quam commemorat gloriæ Domini. Daniel etiam narrat, viso angelo perterrefactos fugisse eos, qui cum illo erant. Ipsumque adeò consternatum fuisse, vt viribus omnibus destitutus in terram cecidisset. Et quando vniuerso populo Deus in monte Synai apparuit, cunctus populis perterritus fuisse narratur. Adeò, vt dicerent Moysi, Loquere tu nobis, non loquatur nobis Deus. Ita ergo Eliphaz, in visis sibi oblatis exhorruisse narrat. *Et cum spiritus me præsente transiret: inhorruerunt pili carnis meæ.*

Ezech. 2.
Dan.10.
Exod.20.

16 *Stetit quidam, cuius non cognoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.* Quod dicit [*imago coram oculis meis.*] Significare videtur vulgatus noster aliquam imaginem oblatam esse Eliphaz. Valde tamen id ambiguum est in Hebræo. Nam

Hebræa

Hebræa verba possunt significare, & oblatam, & no oblatam fuisse, imaginem vllam ei. Nam sæpe vsuenit in Hebræo, vt negatio primi membri afficiat secundum membrum. Et ita illa verba. [*Cuius non cognoscebam vultum, imago coram oculis meis,*] possunt Hebræis idem declarare, quod nec, [*imago coram oculis meis,*] & ita ambiguè explicatur à Chaldæo interprete: licèt versio eius Latina è regione posita in Biblia Regia explicatè dicat imaginem vidisse. Septuaginta tamen viri, quorũ maxima est auctoritas, aperte vertunt. Nullam imaginem ei fuisse propositam his verbis, ἔιδον κὴ ὄκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου. Idest, vidi, & non erat imago coram oculis meis. Fortè verò Græci intelligũt imaginem coram oculis suis non fuisse, quã quidem cognosceret. Vel à vulgato ambigua relicta est Oratio, sicut est in Hebræo, & Chaldæo, vt negationis vis in secundam propositionem posset vel transire, vel non transire. Quod dicit [*cum spiritus me præsente transiret.*] Et vocem quasi auræ lenis, simile visum fuisse declarat eius, quod propositum fuit Eliæ, vt narratur in quarto Regum. Nam vidit primo spiritum grandem, & fortem, & vltimo loco sibilum auræ tenuis. Nam cum Deus, & ea quę Dei sunt primò tractantur difficilia, & molesta valde videntur: deinde verò facillima iucũdissimaque. Cùm ergo hoc visum quod commemorat Eliphaz simile fuisset eis, de quibus alij prophetæ narrant, & in eo, quòd illum terrefecit, & in eo quòd primo sensit spiritum vehementem, deinde vero auram lenem, non dubito, quin à Deo ei fuerit præsentatum: quod vehementer, vt diximus, eius dignitatem, & amplitudinem manifestam, atque testatã

4. Reg. 19

effice-

Universidad de Deusto
Biblioteca

efficit. 17 *Nũquid homo, Dei cõparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?* Id oraculi redditũ fuit Eliphaz, nõ illud quod putauit, (vt narrauimus) auctor Bibliæ Robert: iquod affert ad probandum illam propositionem, Iustus non perit. Quæ vt vera habeatur, quomodo sit intelligenda, explicauimus. Id est, funditus non perijt, & hoc modo benè hoc probatur oraculo. Quoniam iustificaretur vir pius cum Deo, si æternum acciperet interitum. Nam posset optimè de illo conqueri dicens, Quid in te peccaui? Quid comerui? quo merito meo tantum pendo supplicium? Et ita Dauid culpam suam cognoscens, à Deoque veniam petens ait, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Quod oraculum valde huius simile est, valdeque ab eo declaratur, id est, fateor me peccasse, pœnaque esse dignum. Vt iustificeris in sermonibus tuis in Hebræo est בדברך bedabrecha, דבר dabar autem, sicut & sermo in sacra scriptura rem, siue negotium significat, vt iustificeris ergo cum me condemnaueris, & supplicium irrogaueris. Non enim in probum, sed in improbum virum animaduertes. Et vincas cum iudicaris, id est, Cum impij supplicio affecti de te queruntur, & secum benè non agi iudicant. Estque in Hebræo id clarius, propriusque accedit ad secundam partem oraculi Eliphaz, quod in manibus habemus, תזכה בשפטך tizche besaphtecha purus sis in iudicijs tuis, id est Nulla culpa contamineris, cum pœnas à me expetieris, quasi nullo merito meo supplicium mihi fuerit constitutum. Ex hoc etiamloco optimè intelligitur illud Christi apud

Psal. 50.

Qua ratione iustificetur Deus, cum in impium animaduertit.

apud Matthæũ, Et iustificata est sapiẽtia à filijs suis. Vt sit Hebraismus מבני me banau à filijs suis similis eiꝰ, quem hoc loco dicit Eliphaz מאלוה me eloa a Deo suo. Id est, cum sapientia Dei omnem lapidem mouerit, omnique ratione conata fuerit filios suos, id est populum Hebræum, frugi facere ad pietatemque informaret, nec id fuerit assecuta: nulli iniusta videri poterit, cum pœnas fuerit persecuta, hos filios reijciendo, à seque expellendo, & alium populum sibi assumendo, & iure suo vendicando. Et hac de causa cunctos homines mundo consumpto Deum in iudicium vocaturum existimo. Vt, quia alij homines æternis addicentur supplicijs, alij vita beata perpetuis temporibus donabuntur, horum causæ, atque rationes omnibus manifestæ sint, Deusque (vt ait Dauid) in sermonibus suis iustificetur, purusque, & vacuus appareat ab illis maledictis, atque conuitijs, quibus illum iniqui iustis constricti cruciatibus appetent. Quam ob rem Paulus Corinthijs scribit, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, &c. Itaque nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Tunc laus erit vnicuique a Deo. Quare rectè dictum fuit: Eliphaz. [*Nunquid homo, Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?* Esset autem purior, si culpa ipse vacaret, & Deus illum cõdẽnaret. In culpa enim Deus esset, iniquum reddens iudicium, vir autem extra cuipam fuisset.] Licet autem hic locus non solum à vulgato interprete, sed etiam a septuaginta, & à

Matth. 11

1. Cor. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& à Chaldæo eodem modo per interrogationem reddatur, potest tamen ex Hebræo sine interrogatione verti. Ita vt ה ha non sit interrogationis, sed nominatiui signum, hac ratione homo iustificabitur à Deo, & à factore suo purus reddetur vir, habetque commodã sententiam ad probandum, quod proposuerat. Nam si á Deo iustificabitur, ergo nec condemnabitur, nec vllo supplicio coercebitur, nec denique peribit. Quæ interpretatio licèt nõnullis Hebræis magis probetur, prior tamen longè præstantior mihi videtur, cùm ei tam egregij interpretes simul assensi fuerint. Illud verò, [*Aut factore suo purior erit vir.*] septuaginta ita interpretantur, ἢ ἀ ποτῶν ἔργων αὐτὸς ἀμεμπτος ἀνὴρ. Idest vel à factis suis inculpatus erit vir. Ceditq; in Hebræa verba, si עשהו hesehu infinitiuum esse intelligamus. Nã eisdem consonantibus alia punêta aseribi possunt, vt in Zacharia diximus. Hoc loco vero magnopere animaduertendum est, Deo reuelante homines olim didicisse viros pios à Deo esse seruandos. Hoc enim, quoniam non satis natura constare potest, oportet eum religiosè credere, qui diuinam gratiam conciliaturus est, sicut dicit Paulus, Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit. *Hebr.* 11.

18 *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.* Hæc, & ea, quæ sequuntur, vsque ad finé capitis, ad oraculum etiam pertinere existimo, quod Eliphaz relatum sibi narrat. Est autem hic versus, vt mea fert opinio, valdé difficilis, nõ tam ad intelligẽdum, quàm ad contexendum cum superioribus, & sequentibus dictis. Quod hactenus ego pro dignitate explicatum fuisse non vidi. Etenim si ponatur hoc ad demon-

demonstrandum illud, quod proximè dixerat, Nullũ virum Deo collatam posse iustificari. Ita vt argumentum ex maiori peratur, ad probandũ, quod minus est. Hac ratione Angeli, qui hominibus præstant, non sunt mundi Deo collati: ergo nec homines esse possunt. Quò pacto id consequentibus cohærebit, quibus non dicit, quatò magis homines puri nõ erũt: sed quáto magis homines nõ consistẽt, sed facilè interibunt. Quare hic locus ita mihi tractãdus videtur, vt oraculũ totũ pertineat ad probãdũ illud cõiunctum, quod proposuerat, Pios viros non perire, impios verò perire. Probauit primũ ex eo quod sibi respõsum fuit. Nullũ hominẽ posse Deo cõparatũ iustificari. Probat modo secũdũ ex maiori. Nã Angeli, qui natura semper sunt: deprimi ad interitũ possunt: quò magis homines interire poterũt, cũ natura mortales sint. Dicit ergo. [*Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles.*] Chaldæus id refert ad Prophetas, virosque deditos Deo, quod mihi sanè nõ placet. Nam quod sequitur quantò magis qui habitant &c. & concluditur tanquàm minus ad omnes spectat mortales, cuiusmodi prophetæ fuerunt. Quare non debet pertinere ad id, quod tanquam maius proponitur. Igitur hoc ad Angelos totum attinere puto, quos stabiles non esse dicit. Quia omni prorsus bonitate præditi nõ sunt. At tradunt Metaphysici bonũ, & id quod est, ita inter se esse conexa, vt nihil vni desit, quod non desit, & alij. Quod si vacant Angeli aliquo bono: vacant & aliquo eius, quod est. Igitur non omnino prorsusque consistũt. Eòdem pertinet, quod est in Hebræo: & septuaginta viri atque Chaldæus conuertunt. Seruis suis nõ credet. Id est, seruis suis omne

Cur Angeli possint deficere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum non tradidit fideique comisit, hoc enim interest inter filiũ Dei, & angelos aliasque creaturas, quòd filio Dei omnia tradita sunt à patre suo, vt ipse testatur. Et in eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, vt auctor est Paulus. Angelis vero, & alijs creaturis multa, vel potius infinita bona credita non sunt. Sicut hoc loco dicitur. Et in Angelis suis reperit prauitatem. Vel, vt septuaginta vertunt σκολίον π. Id est, tortuosum quid atque malignũ. Quo significat infinitis eos commodis carere. Quare cùm infinitis modis eo, quod est, præstantissimę quæque creaturæ priuentur, infinitis etiam modis possunt non consistere, vt rectè dicatur stabiles non esse. Quam doctrinam satis planam facit exemplum illud seuerissimum in peruersis Angelis statutum, qui propter eorum nequitiam bonis maximis euersi sempiternũ interitum acceperunt.

Luc. 20.

Colo. 2.

19 *Quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?* Oprimè quidem colligitur homines iniquos interituros, si Angeli tam præstanti natura præditi occiderũt. Declarat autem hominis infirmitatem, & ex materia de qua corpus eius factum fuit, & ex causa efficiente senij, & consumptionis eius. Dicit ergo. [*Quantò magis qui habitant domos luteas.*] De corpore intelligit, quod est quasi quædam domus, & animi receptaculum, qua translatione vsus est etiam Paulus Corinthijs scribens, *Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur.* Quæ translatio perita est ex eo, quod narratur in Genesi, Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum

2. Cor. 5.

Gen. 2.

culum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Quod dicit, [*qui terrenum habent fundamentum,*] ad corpus etiam luteum refertur, quo quia hominis vita nititur, cum facilè fundamentum conuelli possit, quippe quod terrenum sit, facilè etiam hominibus vel potentissimis atque fœuissimis auferetur vita. Quod dicit: [*consumentur, velut à tinea,*] Quidam Hebræi existimant, ante tineam esse vertendum, quod in Hebræo sit לִפְנֵי כָּעָשׁ liphne has. Ad hanc sententiam consumentur antequam in sepulchro vermibus cõfecti contabescant. Alij Hebræi, quia עָשׁ has arcturum etiam, vt aliqui putant significat à verbo עָשַׁשׁ hus congregare, explicant consumentur, donec fuerit arcturus, idest semper. Sed meliorem esse duco versionẽ vulgati interpretis: cum ita & septuaginta viri, & Chaldæus conuertãt. Cohæretq; longè magis cum versu sequenti, quo modus commemoratur, quo quasi à tinea homo conteritur. Tangit autem his verbis elegantissimum argumentum, quo explanat quam facile homines a Deo extingui, & vita expelli possunt. Nam ipsi sua spõte, nulla externa eis illata vi quotidie contabescunt, senescũt, & quasi à tinea corroduntur, & cõficiũtur. Siquidẽ cùm homo ex semine fiat humida quadã re, ea est vis huic materię natura attributa, quæ in dies eã magis exiccet, vt ita humanæ naturę paretur: quæ vis nũquàm hominis materiã deserit, sed ei semper insita est. Quo fit, vt tãdiu siccior homo reddatur quãdiu viuit, quã vnã causam esse senectutis Galenus existimat. Cũ igitur homo per se senescat, cur nõ restatũ, & exploratũ erit homines oẽs in quos: quãtũuis viribus & opibus abũdare videantur: vitam non mul-

Senectutis causa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tùm producturos, sed morte esse mulctandos. Ex quo satis quidem constat quanta demētia, & stultitia sit ini quorum hominum, qui Deo non obtemperare, sed re sistere, & eius iussa violare audēt. Qua (malum) re homines infirmi nituntur? quidnā eorum effert animos? anne lutum, ex quo constant, spiritus eis, & audaciam

Psalm.1 affert ad repugnandum omnipotenti? At quidē erunt, vt ait Dauid, tanquàm puluis quem proijcit ventus à facie terræ. De qua re, vt certior fieret Adam, qui Deo æquiparari moliebatur ei è Paradiso expulso Deus dixit, Puluis es, & in puluerem reuertēris. Ob eamque rem eruditè quidam Poeta canebat.

τί γαῦρε σμικρὸν ὄλως ἢ ποσ' κακὸς μεγάνυμφε ὕλης
σόχασαι κατὰ σεαυτὸν ἐπβιωτικὸν νοῆσαι,
ἐκ πόνος ἐγένης, ἢ τίς ἐσσι ἢ τις πάλιν γένῃ.

Quid obsecro sumus tandem, aut ex qua materia nati, ex re ipso coniecturam fac, & tuæ vitæ genus considera, vnde natus qui nam sis, & quis futurus denuò.

Gene.3. 20 *De manè vsque ad vesperum succidētur.* Exponit quo pacto a tinea quasi corrodantur, & consumātur, quia de mane vsq; ad vesperā, id est singulis diebus senescunt, & morti propius accedunt. Itaque verè quotidie mo-

Gene.2. riuntur: sicut Adam dictum fuit. In quacunque die comederis ex ligno, morte morieris. Moritur enim quotidie, neque facit moriendi finem quousq; animā agat.

Psalm.102 Qua de causa Dauid ait, Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. [*Et quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Ex hoc loco constare videtur Eliphaz hactenus de interitu sempiterno fuisse locutum, cuius causam satis hic eruditè ponit, quia homines eū quotidie moriantur, se tamen mori non intelligunt.

Nam

Nam si intelligerent, quis tam stultus, quis tam esset mente captus, qui pro virili parte tantum malum sibi impendens auertere bona & religiosa vita non curaret? In quo non sine magna admiratione considerandū est, quàm præcipites libidine, & perturbationibus suis homines ferantur, vt non sentiant, non videant, quod toties experiuntur, quod assiduè ante oculos eorū versatur. Vt ergo ab interitu nos vindicemus æterno, oportet cognoscere nos semper mori, sicut illa dixit Thecuitis, Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram. Memoriam frequenter repetere necesse est volantis ætatis, vitæque senescentis. Quòd verò septuaginta vertunt hoc παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώλοντο. Id est ex eò, quòd non potuerint ipsi sibi auxilium ferre, perierunt. De illo intelligunt auxilio, quod pietas & vera religio hominibus afferūt, quo & perpetua morte liberētur, & verè beatam vitam consequantur, quibus officijs iniqui dare operam, perturbationibus sua culpa impediti, & in animis huius seculi curis implicati non potuerunt.

Oportet cognoscere quod sē per morimur.

2.Reg.4.

Vtramque vero versionem Hebræa verba patiūtur. Nā in Hebræo est מכלי משרים לנצח ראבו mibeli mesim lanezah iobedu, quod verbum de verbo transferentes ita possumus interpretari, Eò quòd nō est, qui ponat, in seculum peribunt. Illud autem non est, qui ponat doctissimè explicauit vulgatus, qui non ponat in corde, vel mente, id est non intelligat. Septuaginta verò interpretes cū לנצח lanezah cōiunxerunt, quod vulgatus traduxit in æternum: sed tamen significat etiam Hebræis fortitudinem siue potentiam, quam signification septuaginta spectantes intellexerunt,

qui non ponat fortitudinem, siue potentiam, id est, qui non seipsum adiuuet, vt illi transtulerunt.

2 *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis.* Explicat quantus interitus maneat iniquos homines, vt non solùm ad ipsos, sed ad posteros eorũ perueniat, vt omnis eorũ memoria deleat. Adeò illorũ Deo odio est, adeo magnũ ei stomachũ fecerũt. Quapropter Salomõ ait, Nomẽ impiorũ putresceet. Et alius propheta dixit verbis Dei vxori Ieroboã, Idcireo ego inducam mala super domũ Ieroboã, & percutiã de Ieroboã mingẽtem ad parietẽ, & clausum, & nouissimũ in Israel, & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet fimus, vsque ad purum. Quod [*reliqui*] dicit in Hebræo est יתר ieter, quod verbum quia res varias significat, ita variè hunc locum exponunt Hebræi. Significat enim excellentiam, & ita nonnulli exponunt. Auferetur excellentia eorum, id est anima eorum. Significat etiam funem, & ita quidam Hebræi declarant. Ablatus est funis eorũ. Ita enim in huius vitæ bonis hærebãt, vt existimare viderentur cum hoc seculo esse colligati. Sed vulgarior est illa huius nominis significatio, quã vulgatus, & septuaginta viri secuti sunt [*Morientur, & non in sapientia,*] duplicem mortem Ioannes in Apocalypsi distinguit, prima est mors iustorum, quam obire optabat Balaam, vt narratur in numeris. Quã boni viri, ita amant, vt in ea spes omnes suas posuerint, vt Salomon auctor est in Prouerbijs dicens, Iustus sperat in morte sua. Non enim pœna est, sed mortalis naturę finis, quem beata, & æterna vita cõsequitur. Hãc mortem viri boni sapienter oppetũt, quoniã se iam diu ad eam optimè pararunt. Alia est mors ad quam mittuntur

Prouer. 10
3. *Reg.* 14
Apoc. 20.
Num. 23.
Prou. 14.
Duplex mors.

tuntur impij, vt æternis cruciamentis apud inferos conficiantur. Hæc pœna grauissima est, qua Deus scelera vlciscitur. Et qua per Christum liberati sumus, si vitam cum iustitia colamus, sicut Salomon, ait iustitia liberauit à morte. Et Christus, Qui credit in me non morietur in æternum. De hac ergo morte loquitur, Eliphaz dicens, Morientur non in sapientia. Cur autem insipienter mori dicantur, dixerat doctissimè antè, quoniam nullus intelligit, nemo illorum de morte cogitat, neque se ad illam comparat: sed se eis ex inopinato semper offert. Et ob eam rem monet Ecclesiastes, Noli esse stultus, ne moriaris in tempore nõ tuo. Quo etiam loco animaduertẽdum est, Eliphaz inter mortem piorum, & impiorum distinxisse, vt vbi antea dixit, Quis vnquam innocens perijt aut quando recti deleti sunt? significasse sciamus viros pios non insipienter, nec interitu impiorũ perire. Quare hæc eius, capitis huius doctrina, cum in propositione tantùm Syllogismi persistat, verisima censenda est. Quod si ex hoc ipse concluderet, Iob virum esse impium, falsissimum esset. Quoniam assumptio ratiocinationis falsa etiam esset.

Prouer. 10
Ioan. 11.
Eccles. 7.

CAP. V.

VOca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. A

2 *Virum stultum interficit iracundia, & parunlum occidit inuidia.*

3 *Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.*

4 *Longè sient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.*

B 5 *Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.*

6 *Nihil in terra sine causa fit, & de humo non orietur dolor.*

7 *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.*

8 *Quam ob rem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.*

9 *Qui facit magna, & inscrutabilia & mirabilia absque numero.*

10 *Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.*

11 *Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.*

12 *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant.*

13 *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.*

C 14 *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.*

15 *Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.*

16 *Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum.*

17 *Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes.*

18 *Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.*

19 *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.*

20 *In fame, eruet te de morte, & in bello, de manu gladij.*

21 *A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatẽ cùm venerit.*

21 *In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis.*

23 *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.* D

24 *Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum: & visitãs speciem tuam non peccabis.*

25 *Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.*

26 *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.*

27 *Ecce hoc vt inuestigauimus, ita est: quod auditum mente pertracta.*

VOca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Eliphaz oraculo Dei suã cõfirmauit sententiam. Num quasi victor triumphans de Iob quærit ex eo, vtrum simili oraculo suam possit de hominum vita probare sententiam, quam tertio huius libri capite persecutus est. Rectè vero Eliphaz, & alij amici Iob hæreticos homines referre dicuntur, qui oraculis diuinis, & scripturæ locis Ecclesiæ valde infesti sunt. Quoties enim Lutherus, Melanćthon, Caluinus, & aliæ fęces cõgestis multis scripturæ locis nos reprehendunt, & vicissim clamãt? Incredibilẽ vero dolorẽ affert viro pio afflicto, & ab alijs vexato, cum eius aduersarij verbis Dei eum illo pugnare simulant, & quasi irridentes postulant, vt aliquod ex Deo quęrat auxilium. Id quod be- *Psalm.* 1

Amici Iob cur hęretici conferãtur.

ne declarauit Dauid dicens, Dum confringuntur ossa mea, exprobauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei. Id est non leuiorem cruciatum sustineo, cum mihi exprobrant inimici, quàm si ossa mea confringerẽtur. Quæ exprobratio cuiusmodi fuerit, declarans ait, Dum dicunt mihi per singulos dies vbi est Deus tuus? *Matt.27.* Qua contumelia etiam Christus laceratus est, dum de illo homines nequam dicerent, Sine videamus, an veniat Elias, & liberet eum. Ita Eliphaz, [*Voca ergo, & ad aliquẽ sanctorũ cõuertere, si est qui tibi respõdeat.*] vt mihi respõsum est. Quod septuaginta cõuertũt ἢ τινα ἀγγέλων ἁγίων ὄψῃ, ideſt si aliquem sanctorum angelorum videbis. Præterquàm quod eadem est sententia, quadrat etiam in Hebræa verba. Nam פנה pana, quod vulgatus conuertere, interpretatur, aspicere, etiam significat.

2 *Verè stultum interficit iracundia.* Videtur Iob impatientiæ reprehendere, quod illa verba protulerit. Quasi dicat licèt te ad Deum vel ad aliquem sanctorum conuertas, te non respicient, quoniam impatientia tua illos offendisti, magnumque detrimẽtum fecisti. Sed indignè ea culpa in Iob confertur, vt de verbis eius differẽtes demõstrauimus. Vera tamẽ est propositio, qua ad reprehendendum vtitur. Quare assumptio falsa erit. Ait ergo. [*Verè stultum interficit iracũdia,*] id est damnum ei maximum affert. Nam iracundia insanus, & mentis impos temere, & in consideratè agit. Est enim iracundia inimica consilio, & bonas mente collectas rationes disturbat, sic vt tanquàm amens se homo gerat. Siquidem prudenter Gato Maior dicit, Iratus homo

Iracundia quantũ malum.

mo tempore tantùm ab insano differt. Et Philemon, ait, μικρὸμὲν πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα, insanimus omnes cum irascimur. Ex quo illud Ecclesiastæ rectè intelligit, Ira in sinu stulti requiescit. Estque patientia in rebus aduersis ex dignitate maxima viri sapiẽtis, quã vnam pro muro ei, & propugnaculo relictã esse Christus declarauit: si calamitates & incommoda vrgeant. [*Et paruulum occidit inuidia.*] Pro paruulo in Hebræo est פתה pote, quod sicut varia significat, ita hic locus variè exponitur. Septuaginta transferunt πεπλανημένον deceptum. Chaldæus verò טעברא sebara stultũ. Quidã Hebræi inclinantem exponunt. Id est cuius animus inclinatur ad optima, & felicissima quæque, tabescit inuidia. Sed verbum פתה pata propriè mihi significare videtur declinare. Et quia vir, qui decipitur, declinat à vero, decipi etiam, & seduci significat. Sicut transtulit vulgatus noster Hieremiæ vigesimo capite dicens, Seduxisti me Domine, & seductus sum. Et hac de causa septuaginta viri conuerterunt eo modo, quo diximus. Et quoniam stulti est decipi, & ad ea facilè inclinari, quæ pulchra videntur, stultum expressit Chaldæus. Est etiam & hoc pueri, quod rerum sit imperitus. Sicut scripsit Paulus Corinthijs, Nolite pueri effici sensibus. Et hac de causa vulgatus paruulum vertit. Ex hoc tamen intelligitur hoc loco, non eum, qui pusillo animo sit. Sed qui rerum sit ignarus, significare. Quod [*Inuidia*] dicit. In Hebræo est קנאה china. Significat autem קנא chana, vt in Zacharia nostro pluribus declarauimus iracundia efferri, ex eo quod alius habeat,

Eccles. 7.

Hiere. 20

1. Cor. 14

Zachar. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat, quod ego' vehementer amo. Quod Græcis eſt ἑταῖρος, vt hîc ſeptuaginta viri conuertunt. Docet igitur locus hic hominem rerum ignarum, & quem facilè caduca bona ad ſe allicient, maximum incommodum ex inuidia accipere. Quare, qui fortunarum amiſsionem nimis ægrè fert ſuam indicat ſtultitiam. Cum ignoret quàm fugaces, & momentaneæ naturæ ſint, quàmque facilè euaneſcant. Rerum igitur humanarum contemptio, & animi magnitudo in rebus aduerſis, in eum tantùm cadit, qui res humanas probè cognoſcat. Sicut ille qui dixit, Omnia arbitror vt ſtercora. Earumque naturam nobis declarat Dauid, vt omnem tollat ex animis noſtris inuidiam, & dolorem in earum amiſsione dicens, Noli æmulari in malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Quo loco vtitur verbo קָמַל quara, de quo diximus, & rationem ſubiungens ait, Quoniã tanquam fenum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. Quam rationem etiã ſecutus Eliphaz dicit præterea.

Inuidia quos ſeducat.

Philip.3.

Pſalm.36.

3 *Ego vidi ſtultum firmas radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim.* Quod dicit, [*pulchritudini*] ita etiam vertunt ſeptuaginta ἐνεγίζεσαν. In Hebræo vero eſt נוה naue, quam vocé ſatis ambiguè conuertit vulgatus ſequens ſeptuaginta viros, pulchritudinem, ſpeciem, decus, paſcua, habitaculum. Proprié tamen omnibus Hebræis aſſentientibus habitaculum declarat à verbo נוה naua habitare. Nullusque locus (q̃ ego ſciã) ſacrę ſcripturæ eſt, in quem hæc non conueniat ſignificatio, ſed quia opes, & familiæ decus, pulchritudine, & ſplendore domeſtico in primis repręſentantur. Ita vt ſponſa

vt ſponſa in canticis ſpeciem, & pulchritudinem ſuã tabernaculo Salomonis conferret dicens, Nigra ſum ſed formoſa filia Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis, hinc ductam fuiſſe tranſlationem exiſtimo ad ſpeciem, decus, & pulchritudinẽ ſignificandum. Sed quoties in ſacra ſcriptura, ita conuerſum reperiatur, intelligenda eſt ſpecies, decusque domus, ſiue habitaculi. Ita hoc loco, [*Maledixi pulchritudini eius.*] ideſt ſplendido magnificoque habitaculo eius. [*Maledixi,*] autem, ideſt præſagiui quod futurum erat, vt citò tot opes funderentur, & tanta magnificentia labefactaretẽ, licet firmas radices egiſſe videretẽ. Id quod Dauid illuſtrius pronunciauit dicens, Vidi impium ſuperexaltatũ, & eleuatum ſicut cedros libani: & tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & nõ eſt inuentus locus eius. Ex quo loco diſcant diuites, & opulẽti homines, qui opibꝰ innixi nullas res aduerſas formidant, quid eis futurum ſit, & quam infirmis fundamentis vniuerſum eorum nitatur præſidium.

Cant.1.

Pſal.36.

Diuites quam infirmo nitãtur præſidio.

4 *Longè fient filij eius à ſalute.* Id eſt eorum calamitas, & miſeria ad filios, & poſteros eorum permanabit. Sicut dixit Dauid, Semen impiorum peribit. Cuius rei multa libri regnum exempla ſub miniſtrant, quibus ſæpe narratur Regnum præſertim Iſrael ab vna familia in aliam longè diuerſam eſſe tranſlatum, filijsq; propter parentum ſcelera ereptum fuiſſe. Vt de Baaſa dicitur, cùm regnaſſet, percuſsit omnem domum Ieroboam, non dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, donec deleret eum. [*Et conterentur in porta, & non erit qui eruat.*] Id eſt, palam, omnibus ſpectantibus, nemineque auxilium ferente. Id enim ſignificari puto

Pſalm.36.

3.Reg.15.

illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa ratione dicendi, [*in porta*] assidente ad vrbis portas, quæ omnibus patent, & quibus omnes vtuntur. Et ita intelligendum existimo illud Dauid, Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. *Psal.68.*

5 *Cuius messē famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & libent sitientes diuitias eius.* Hic locus licēt neq; in Græca, neque in Latina, neq; Chaldæa versione sit admodū difficilis: in Hebræo tamen fonte est difficillimus propter nomē צבאים zinim, quod arbitratus hoc loco vulgatus, septuaginta viii, & Chaldæus vertūt. Sed eius significationem non satis notā esse puto: ex varia tamē eius interpretatione, & ex locis in quibus in scriptura ponitur nonnullam coniecturam faciemus, cui potius versioni nobis assentiendum sit. Plerique Hebræi spinas significare putant, alij vero frigus declarāt, quod verbum צנן zanan, ex quia illud radice ortum fuisse propter literas radicis eius videtur, frigere declarat. Quæ declaratio parum certè aptè in nonnulla scripturæ loca quadrat. Cùm ergo Hebræi inter se de eius interpretatione non conueniant, ex ijs interpretibus, qui principem in hoc genere æstimationem habent, illum sequamur, qui & magis sibi cōstet, & cui magis reliqui assentiant, aptiusq; eius expositio in omnia loca conueniat. Chaldæus sibi non semper in hoc vertendo verbo constat. Nam Prouerbiorum. 22. versu. 5. vertit כשבא nisba rete, siue laqueus. Hoc verò loco פולמוס צבאנה זרעא pulemoçin bemaane zena, id est exercitus cum instrumentis bellis. Alijs vero duobus locis, quibus perfectum, id est cum omnibus literis radicis reperitur Numerorum. 33. versu. 55. & Iosue. 23. vers. 13. לצדעין נכשלין לחין leçihan natlam zen,

co-

cohortes sumentes arma. Vulgatus vero, & septuaginta viri vbique transferunt vel armatos, vel quod ad armatos pertineat. Nam licet περίοδοι vertant loco Prouerbiorum citato, quo vulgatus arma vertit, tribuli etiam ad arma spectant. Ita enim Vegetius de re militari libro tertio vocat stimulos ferreos, qui aduersus equitatum in terra spargi solent, quos vocant Latini murices. Reliquis locis septuaginta reddunt ἐνέδρας insidias, vulgatus vero lanceas & fudes. Cum ergo vulgatus & septuaginta viri in hac armorum interpretatione non discrepent, eisque Chaldæus tribus locis subscribat, hæc potius interpretatio amplectenda est, quā illa Hebræorū. Cū & ipsi de illa (vt dixim⁹) inter se nō cōsentiāt. Huc accedit, quod צנה zina ab eadē radice ortū omnibus Hebræis consentientibus scutum significat. His positis facilior erit huius loci expositio. Cum ergo dixerit Eliphaz se maledixisse pulchritudini habitaculi impiorum, id est præsagisse (vt exposuimus) euertendum esse. Declarat modò, quo pacto id accidet. Quoniam alieni diripient labores eius, vt alio loco vaticinatus est Dauid, id est, agros eius populabunt. Quos homines alienos in tres partes diuidit in fures, prædones, & armatos milites. Fures vocat famelicos, quòd ferè semper huiusmodi homines, egeni pauperes, viribusque sint destituti, ob eamque rem clam furentur, quia vi apertèque non possunt. Prædones vocat sitientes, quòd prædam inhient, & vehementer sitiant. De armatis verò militibus intelligit illud. Ipsum rapiet armatus, vt Synedocha figura sit singularis pro plurali. Sicut dixit Virgilius. *Psal.108.*

Armato

Universidad de Deusto
Biblioteca

Armato milite complent. Quibus verbis rationem forte dicit eius bonorum direptionis, quam Iob perpessus fuit. Vt prestringat sua culpa, vt alios diuites inquos illam calamitatem acceperit. Et hoc pacto hic locus difficilis satis planus fieri mihi videtur. Quem autor Bibliæ Roberti, dum subtilis videri vult, potius implicat, quàm illustrat.

6 *Nihil in terra sine causa fit.* Id est, has pœnas iniqui luūt propter sceiera eorum. Non enim casu, & temere (vt plerique existimant) fures, prædones, & acies hostiū infesta subripiunt, populantur, & prædas agunt: sed omnia magno Dei consilio administrantur, vt supplicio afficiat iniquos. Sicut dicit Esaias, Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc, sed paraphrasi, id vulgatus transtuliſſe videtur. Nam si verbum de verbo reddamus, ita vertemus, Non enim egredietur de terra labor. Ita enim vertunt septuaginta viri, & Chaldæus. Id est terra minimè causa est, quòd ita fortunis suis iniquus diues euertatur, vt nonnulli opinantur miseriarum suarum culpam in terram conferentes, quòd deserta sit, & multis syluis intercluſa. In qua cum multę latebræ pofligitatis hominibus sint, ritu in ea latronū viuitur, vt tantum vnicuique sit, quantum rapere possit. Quę omnes stultæ sunt de terra querimoniæ: non enim ipsa, sed peccata malorum causa sunt. Quod si intelligat Eliphaz, nemini vnquàm calamitatem obuenire, nisi ob eius sceiera, vt videtur intelligere, vt Iob pūgat: verum non est. Nam Christus, & alij sanctissimi viri in calamitates, & crumnas inciderunt. Sin autem significat homines vulnerib⁹ fortunę percuti propter

Esai. 24.

sua

sua, vel aliorum peccata, verissimum est. Nam in has plagas propter peccatum saltem primi parentis homines inciderunt. Postquàm enim ipse peccauerat dixit illi Deus, Maledicta terra in opere tuo. Esaias etiam dicit, Terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fędus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terrā, & peccabūt habitatores eius. Ad idem pertinet, quod sequitur in eodem versu, [*& de humo non egredietur dolor,*] sed de peccato potius In eádem sententiam transferunt septuaginta viri ἔσται ἐξ ὀρέων ἀναβλαστήσει πόνος, nec ex montibus germinabit labor

Pœnæ sūt propter peccata instituræ.

Genes. 3.

Esai. 24.

Prou. 27.

7 *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatū,* similitudo est sine nota similitudinis, cuius frequens vsus est in scriptura pręsertim in prouerbijs, vt illud. Ferrum ferro exacuit, & homo exacuit faciē amici sui. Idest sicut ferrū ferro exacuit, ita & homo exacuit faciē amici sui. Ad eūdē modū. Ita nascitur homo ad laborē, sicut auis ad volatum. In Hebræo tamen respōdet illi parti auis ad volatum בני רשף דגה עוף bene reseph iagbi hu huph, filiæ auiū se volando eleuant. Sed non bene constat inter Hebræos, quid רשף reseph significet. Pluribus placet prunas significare, qui locum hunc ita explicāt. Filiæ prunarū, ideſt, scintillę, quę excutiūtur è prunis, se volando eleuant. Alijs placet auem significare, quos hoc loco vulgatus secutus est, atque etiam septuaginta ita vertentes νεοσσοὶ δὲ ἀετῶν τὰ ὑψηλὰ πετασθῶσι pulli aquilarū ad sublimia volant, qui specie pro genere cōuertunt. Vulgatus tamen in canticis primis Hebræis assensus est, ita vertens illud octaui capitis vers. 6. רשפיה רשפי אש risspeha risspe es, lam

Universidad de Deusto
Biblioteca

pades eius lampadis ignis. Septuaginta verò hoc loco secunda perstiterunt sententia vertentes. Volatilia eius volatilia ignis. Primā tamen ipsi, & vulgatus sunt persecuti psalmo. 78. vers. 48. Tradidit grādini iumē ta eorum, & possessiones eorum לרשפים larsepim, igni. Alijs vero Hebræis magis placet diabolū significare, quibus hoc loco assentitur Chaldæus vertens filij dæmonum. Et vulgatus Abacu. 3. vers. 75. ęgredietur רשף reseph, diabolus ante pedes eius stetit, & mē sus est terram. Quod si hoc loco diabolum vertamus, vt ex vulgati sententia possumus, & quibusdam Hebræis placet, admirabilis est similitudo rem declarans in auditam ad eos vehementer, si sapient, retardandos, qui opes, & potentiam auidē querunt, id est, vt filij dæmonū, id est valde iniqui, & profligati homines nascū tur, vt hoc seculo clari, & eximij sint. Ita enim ab illis Hebræis, qui רשף reseph diabolum interpretantur, Hic locus explanatur. Non dubium tamē est, quin variē possit hic locus ex vulgati sententia reddi. Præsertim cum similitudo sit, quæ ex varijs rebus duci potest. Illud autem hoc loco nobis traditur, neminē posse laborem fugere, quāuis Rex, Princeps, Imperator, & homo sit excellentissimus. Siquidem labor est noster natura comes, atque pedagogus. Quippequi iræ simus natura filij, in terra maledicta nascamur, nudi, & subsidijs omnib⁹ destituti ad infinita mala, quæ per vitam manant, cauenda.

Dictū mirabile de profligatis hominibus

Laborem neminem posse fugere.

Ephes. 2.

ἐσθ' ὅστις πόνων δοκεῖς ἄνευ θνητὸς εἶναι, μακρὸς εἰ, θνητὸς μεγάς.

stultus es, si putas sine laboribus posse viuere, mortalis cū sis, Dixit in thyeste Euripides. Quare nihil est, quòd laborem timeamus, cum illum nullo modo fugere

gere possimus. Danda potius opera est, vt eum sic colocemus, vt magnos nobis beatę vitæ fructus ferat: sicut Iob hortatur Eliphaz dicens.

8 *Quamobrem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.* Hortatur Iob, vt ad Deum conuertatur, vt eius imploret auxilium, qui solus tot incommoda leuare, & omnino tollere potest. Nec habemus alium malorum, & laborum, tranquillum portum. Id quod docet Paulus Romanis scribens, Salui erimus ab ira per ipsum. Christusque tantis nostris ærumnis, & miserijs commotus nos vocat ad se diceus, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quòd si labores, & ærumnæ nobis præstant, vt tempestate iactati tam tutum, & tranquillum portum inueniamus: sciamus, non incommodum, sed commodum magnum nobis attulisse.

Rom. 7.

Matt. 11.

Laborem leuat Deus

9 *Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.* Quia Iob superiori versu monebat, vt se ad Deum verteret, & eius clementiam imploraret, ne ab hoc de sua disperans salute retardaretur, quòd omnes fortunas amissas, & insanabili se morbo affectum videret, doctissimē infinitam Dei potentiam commemorat, vt eum doceat nullas res tam afflictas, & desperatas esse, quas ipse restituere nō possit. Et licēt eadem sit omnium interpretum sententia, elegantissimē tamen Chaldæus hunc locum tradicit, Qui facit magna, quorum non est finis, & miracula vsque adeò, vt non sit numerus. Vt ex duabus rebus opera Dei mirabilia sint, & ex magnitudine,

Universidad de Deusto
Biblioteca

&ex eo,quod earum causa in occulto lateat. Vt vniuersitas,angelorum multitudo, cælorum moles,animalium,& aliarum rerum genera,quæ admiramur, non quòd causam ignoremus, sed quia tanta sunt,vt infinita videantur. Aliæ tamen res admirabilitatem faciunt, quòd earum causas non assequamur,vt miracula quæ vocantur,quorum non solum extra naturã,sed etiã in natura innumerabilia sunt, quæ licèt accutissimi, & dissertissimi philosophi totos dies accuratissimè persequantur, & inuestigent,earum tamen causas nunquam comprehendunt. De quibus dicit ille sapientissimus Salomon, Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Nõ satiatur oculus visu,neque auris auditu impletur. Hæc autem cogitatio operum mirabilium,& gestorum Dei vehementer leuat afflictum,ne desperatione torqueatur. Quæ in memoriam reuocabat Dauid in angustum oppidò coactus, & in tantam rerum difficultatem adductus, vt secum reputaret dicens,Nunquid in æternum proijcet Deus, aut non apponet,vt complacitior sit adhuc, aut obliuiscetur misereri Deus? Quem dolorem maximum, vt aliqua ratione mitigaret,adiunxit,Memor fui operum Domini, & memor ero ab initio mirabiliũ tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.

Eccles. 1.

Cogitatione operum Dei dolor mitigatur.

Psalm. 77

10 *Qui dat pluuiam super faciẽ terræ, & irrigat aquis vniuersa.*

Commemorat nonnulla opera Dei, vt quod generatim,& confusè dixerat,planius faciat. Mirabile autem opus Dei est, quòd maxima largitate aquam pluuiam per agros fundat, & quòd vniuersa terra fluuiorum aquis alluatur. Sic vt licèt nonnullæ terræ partes pluuiam

uiam non habeant,flumina tamen suppetant,quæ per agros, deriuentur. Quod opus Dei in his potest numerari,quorũ est occulta causa. Nam licèt philosophi pluuiæ causam conentur exponere,nihil tamen dicũt, in quo solers,& accuta mens acquiescat. Nam eius tãtùm docent materiam, quòd ex vaporibus calore solis exaquis, & campis excitatis fiant. Causa tamẽ quæ per se,viq; sua eius sit efficiens desideratur. Nõ enim exponunt,cur in Ægypto,& alijs regionibus vapores cum sint,& in nuues cogantur,in pluuiam tamen nunquàm abeant. Nec satis est dicere, quod à nimio calore solis prius exiccentur. Nam ea regio, quam nouam vocant Hispaniam,licèt magis quàm Ægyptus calore vrgeatur,quòd in ea orbis plaga sit inclusa,quę torrida dicitur, Ægyptus vero extra illam est: habet tamen noua Hispania imbres maximas. Nec etiam declarant, licèt multi acuti viri in ea re ingenij neruos contenderint,cur Nilus, qui Ægyptum alluit,vere q̃ hieme vberiori fluat aqua. Non possunt igitur hęc nõ haberi mirabilia,cum eorum causa nos fugiat. Quam obrem harum rerum consideratione se vehementer excitabat Dauid ad Deum laudandum, & extollendũ dicens, Benedic anima mea domino,&c. Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ. Rigans mõtes de superioribus tuis, defructu operum tuorum satiabitur terra. Sequitur autem.

Psalm. 103

11 *Qui ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate.*

Non solùm naturalẽ,sed etiam ethicum philosophũ. se præstat Eliphaz in Dei miraculis numerandis. Miraculum enim est,non in natura, sed in hominum moribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus, quòd homines abiecti, humiles, despecti, viribꝰ & subsidijs destituti, altissimum tandem dignitatis, gradū obtineant. Quis enim id non admiratur? Quis quo pacto fieri potuit, non quærit, ac dicit: quis crede
Luc. 1. ret? Qua de causa virgo sacrosancta dicit, Magnificat anima mea Dominum, quia respexit humilitatem ancillę suę, & paucis interiectis, Exaltauit humiles. Miraculum ethicum etiam est, quòd secundo loco dicitur, [*mœrentes erigit sospitate,*], id est homines luctu, & mœrore confectos, de quorum omnes salute desperant, subito recreat, reficit, & cūctis doloribus liberat. Quā rem esse maximam in se expertus Dauid secū ad Deo laudes canendas alios inuitat dicens, Magnificate Dominum meum, & exaltemus nomen eius in idipsum.
Psalm. 33. Et post pauca de se dicit, Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eū, & de omnibus tribulationibus eius liberauit eum.

12 *Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum, quod cœperant.* Mirantur etiam omnes, vbi iniquorum hominum, quibus nemo resistebat, conatus cōfractos vident. Ex eadēq; re Dauid Deū laudare
Psalm. 32. monet dicens, Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Quia Dominus (ait) dissipat consilia gentium, reprobat cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Illud [*manus eorum quod cœperant,*] septuaginta vertunt χεῖρες αὐτῶν ἀληθές manus eorum verum. Vox autem Hebræa, quam vterque reddere, & exprimere conatur, est תושיה, quam Hebræi multis alijs vocabulis non satis explicant: dicunt esse legem, præceptum, statutum, essentiam, sapientiam, opus bonum,

ac

ac rectum. Sed mihi vno verbo videtur satis aptè & eleganter declarari posse, vt sit idem quod ratio apud Latinos. Cuius verbi vim, Latinorum etiam vocabulistæ multis alijs verbis vix possunt explicare. Illud enim verbū Latini ad varios dicēdi modos valde eleganter accommodant. Si quis autem optimis quibusque Latinis auctoribus legendis huius vocis vim perfectè tenuerit, ex illa certè intelligit etiam vim nominis Hebræi propositi: ex illoque multa scripturæ loca, quæ variè exprimuntur difficiliaque iudicantur, intelligēter exponet. Ducitur autem תושיה tusia à verbo ישה iasa esse vbicunq; vero fuerit, explica, vt rationē in his Latinis dicēdi modis explicares. Cynicorum ratio est inimica verecundiæ. Mea est sic ratio. Tua ratio est, vt sic facias, mea autem vt sic. Hanc rationem in dicendo sequar. Magno studio in eam rationem incumbam. Qua explicatione haud nimis difficilis locus erit scripturæ, faciléque varias versiones conciliabis. Hunc ergo locum sic explica, dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum rationem suam, id est, ne possint exequi, quod instituerant, aut cœperant, vt dicit vulgatus. Aut verum efficere, vt dicunt septuaginta, quod molieban-tur.

13 *Qui apprehendit sapientes in astutia eorū, & cōsilium praua-rū dissipat.* Mirabile quidē est, quod dixerat, sed lōgē mirabilius est, vt nō solū cōsilia impiorū euertat, sed etiā quòd ea re ab eo irrita fiāt, qua ipsi firmāda, & stabiliē da fore putabāt. Vt filij Iacob quid inierūt cōsilij, quō Ioseph insomnia inania efficerent? vt eum venderent

Quid miraculi Deus faciat in euertendis impiorum consilijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ismaelitis: & ita factum est. Quo etiam factum est, vt Ioseph insomnia in effectu ponerentur. Optimam etiam inisse rationem principes sacerdotum existimarunt, ne gens eorum, & regnum à Romanis labefactaretur, si Christum seruatorem interficerent. At eius cęde effectum fuit, vt eorum respublica precipitaretur, & tandem conuulsa periret. Id etiam frequenter vsu euenire videmus, vt ea res magnum afferat incommodum eis, qui ex illa commodum ingens capturos se sperabãt, aut qua perniciem alijs parabãt.

Psalm. 9. Idcircò Dauid ait, Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt, In laqueo isto, quem absconderunt comprehensus est spes eorum: cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suorum comprehensus est peccator. Quæ res malignos, & peruersos homines vehementer terrere deberet, & eorum iniquos conatus reprimere, quò bonis viris infesti esse desinerẽt.

1. Corin. 3. Ex hoc etiam Paulus nos sapientissimè docet ridiculam, & stultam esse huius mundi sapientiã, vel potius astutiam, & caliditatem ita Corinthijs scribens, Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptũ est enim, Comprehendam sapiẽtes, in astutia eorum. Et iterum, Deus nouit cogitationes sapientium quoniam vanę sunt. Quare ille tantum verè sapiẽs habeatur, qui ex lege, & præceptis Dei sua petit consilia, eisque rationes suas, & instituta dirigit.

Quis vere sapiens.

14 *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.* Amplificat magis, quod dixerat de cogitationibus malignorum. Id est, facit prætereà Deus, vt in re clarissima vehementer errent, & facillima negocia ita tractent, vt in magnas incurrant difficultates.

Ita

Ita enim futurum esse vaticinatus est Dauid dicens, Fiant vię illorum tenebræ. Quod etiam adumbratum fuit, cum tenebræ crassissimæ offusæ fuerunt Ægyptijs, Fieri autem necesse est, vt in tenebras incidant ij, qui legem Dei, & doctrinam negligũt. Quæ vna certum hominibus lumen affert ad res prudenter, & inculpatè gerendas: sicut dixit Dauid, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Quam lucem; quòd non cernant, non sentiant iniqui, cæci sæpenumero in scriptura, & non videntes vocantur.

Psalm 34

Exod. 10.

Psalm. 118

15 *Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.* Sicut salus bonorum est cum improborum pernicie coniuncta: siquidem quod vni contrariorum obest, alteri prodesse necesse est, ita descriptissimè differitur, vt, postquàm euersionem improborum tractauit, de salute bonorum verba faciat. Ex quo etiam aliud Dei opt. Max. magnum miraculum declaratur, vt homines tenues, & orbati patrocinio, virtute tamen præditos (hos enim pauperes sacra semper scriptura intelligit) liberet è telis, & vi impiorum. Est autem animaduertendum, quod cum multa ab impijs in pios viros tela intenta sint, non vincula, non carceres, non ergastula, non gladios, non virgas, non cruces, & alia exquisita tormentorum genera commemorat, sed linguam tantum, Id quod etiam vsu venit in alijs sacrosanctæ scripturæ oraculis. Ex quo intelligi licet, à nulla re magis sanctos viros, quàm à petulanti, & dolosa lingua vexari. Cuius rei eam esse causam existimo, quòd cum ipsi nihil magis quàm scelera, & flagitia detestentur, & exhorrescant: nihil eos magis angit, quàm

Lingua quam acerbum bonorum virorum flagellum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd ſceleratí,& flagitioſi nominentur, & hoc no mine condemnentur, pœnis,atque ſupplicijs afficiantur. Quòd[manum]dicit,Hebraiſmus eſt, quo vis, & poteſtas ſignificatur. Magna ergo Dei benignitas, & potentia eſt, quòd hominem inopem ab amicis, & alijs hominũ præſidijs,& ab immani hoſtiũ vi liberet, & eorum venenata tela retundat. Qua de cauſa Dauid eiſdem verborum figuris vtens,& quanta linguæ acerbitas ſit exponens, maximas ei gratias agit dicẽs, Miſit de cælo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Eripuit animam meam de medio catulorum leonum. Filij hominum,dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Septuaginta interpretes totum hunc verſum ita transferunt, ἀπώλοιντο δὲ ἐν πολέμῳ καὶ ἀσθενὴς δὲ ἐξέλοιτο ἐκ χειρὸς δυνάστου pereãt in bello:inualidus autẽ è manu validi liberetur,ſententiã tantùm vertẽtes,qua victoria declaratur, quam pij viri ex impijs conſequũtur. Sicut dicit etiã Hieremias, Confundantur, qui me perſequuntur,& non confundar ego,paueant illi,& nonpaueam ego. *Hiere.17*

16 *Et erit egeno ſpes,iniquitas autem contrahet os ſuum.* Exitus etiam prælij,quod eſt inter pios, & impios aptè hoc loco ponitur:id eſt. Inopis ſpei Deus reſpondet:afferet enim ei auxiliũ,quod ſperabat. Impij autẽ tãtã aduerſariorũ ſuorũ ſalutẽ admirantes,cõſilij inopes,ſtupefacti,pudore affecti,quòd aduerſus tantos viros bellum ſuſceperint,ſceleratæ voces eorum faucibus hęrebunt,ceſſabuntque tandem cõtumelijs lacerare, & maledictis vexare viros pios. Cuius rei mentionem etiã fecit Anna in carmine ſuo dicens, Pedes ſanctorũ ſuorum ſeruauit,& impij in tenebris conticeſcent: id *1.Reg.2.*

eſt

eſt,facit,vt boni viri ſęuas manus impiorũ effugiãt. Qua fuga impijperturbati,quid capiãt cõſilij,neſciũt.

17 *Beatus homo,qui corripitur à Deo,increpationẽ ergo Dñi ne reprobes.* Bene concluditur id, ex ea ſalute,& eximia victoria, quã, vt expoſuerat,ſancti homines ex hoſtibꝰ ſuis reportãt. Pręliũ autẽ totũ,quod hoſtes cũ illis cõmittũt,vulnera,dolores,&labores,quos in eo perferũt correctionẽ Dei appellat. Sũt enim ſceleratí homines, quaſi quidam carnifices,& flagella Dei,quibus ſeruos ſuos coerceat,& in officio cõtinet. Nõ debẽt igit boni viri ea negligere:id eſt,pueriliter fugere,& à ſe depreCari,ſed potiꝰ officiũ,qđ huiuſmodi flagellis Deꝰ quęrit ab illis,ſtudioſius præſtare,magnã ex ea re cõiectura faciẽtes,qꝑ pro filijs habeãtur à Deo. Quod argumẽtũ luculẽter perſequit Paulus in epiſt.ad Hebræos, vt cõſoleꝰ eos,qui in magnis,qꝑ eſſẽt Chriſtiani,verſabãt anguſtijs,ſcribẽs. Et obliti eſtis conſolationis,quę vobis tanq̃ filijs loquit dicẽs,Fili mi noli negligere diſciplinã Dñi,nec fatigeris,dũ ab eo argueris. Quẽ em̃ diligit dñs,caſtigat,flagellat autẽ omnẽ filiũ,quẽ recipit. In diſciplina pſeuerate,tanq̃ filijs vobis offert ſe Deus. Quis enim filius,quẽ nõ corripit pater? Sequit in Iob. Labores bonorum correctionem Dei eſſe. *Hebr. 12*

18 *Quia ipſe vulnerat,& medetur, percutit,& manus eius ſanabunt.* Vchemẽs quidẽ hæc eſt ad afflictum conſolandum ſententia,quam pluribus in primo capite tracta uimus, vbi verba illa expoſuimus, Dñs dedit, Dñs abſtulit. Nõ debẽt ergo boni viri exiſtimare,cũ vulnera ab hoſtibꝰ accipiũt,cũ fortunis ſpoliantur,& contumelijs afficiũtur,hęc ab hoſtibꝰ,ſed à Deo eorũ parẽte eſſe illata. Id quod Chriſtꝰ Pilato dixit,vt Ioannes narrat,Non haberes in me poteſtatẽ, niſi tibi datum eſſet Pax piorũ. *Ioan.20.*

deſuper,

desuper,nec Christus vehementi dolore perculsus de
Matt.27. inimicis,sed de Deo querebatur dicens,Quare dereliquisti me?

19 *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Postquam pluribus explicauit Dei amicos tutos futuros ab insidijs,& suorum inimicorum impetu, nunc ab omni alia calamitate, & incõmodo reddit securos. Id est,licèt septies in calamitates incidas nullum detrimentum facies. Estque numerus finitus
Psal. 118. pro infinito,sicut illud, Septies in die laudẽ dixi tibi. Tanquã si diceret,Licèt te millies mala premant,nunquàm tamen obruent,neque tibi detrimẽtosa,sed vtilia erunt.Sicut enim est viri sancti in malis versari, vt à Deo corrigatur, ita etiam è malis emergere, vt Dei bonitas cognoscatur,quæ in bonis viris seruandis ma
Prou.24. ximè cernitur. Hanc etiam Eliphaz sententiam dicit Salomõ in prouerbijs,Septies in die cadit iustus, & resurget:impij autẽ corruẽt in malũ.Cæterũ quinq;,qui sequũtur versus cõtinui,in cõpendiũ videntur redige
Psalm.90 re psalmũ nonagesimũ, qui & hoc argumentũ copiosius,sed eodẽ artificio tractat.Nã ponit hãc thesim, & generalem propositionẽ dicens, Nõ accedet ad te malum,& flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo, quàm amplificat,& illustrat numeratis multis malorũ generibus,quod etiam facit Eliphaz sequitur enim.

20 *In fame eruet te de morte,& in bello de manu gladij.* Sicut
Psam.36. etiam dicit Dauid,In diebus famis saturabũtur.A bello futuros etiam securos tetigit psalmo illo citato di-
Psalm.90 cens,Non timebis à sagitta volante in die.

Flagellum lingua. 21 *A flagello linguæ absconderis,* Expositimus paulò antè quã acerba sit viris sanctis petulãs,& flagitiosa lingua quan-

quantuncunque sibi ab illa timeant, qua de causa Ec-
Eccles. 51 clesiasticus magnam Deo gratiã habet pro tanto eius erga eum beneficio,quòd eũ liberauerit à laqueo(ait) linguę iniquę,& à labijs operãtium mendaciũ.Quod beneficium,quia trabali(vt dicunt)clauo in eius memoria fixum erat, iterum post pauca repetit dicens, A lingua coinquinata, & à verbo mendacij,à Rege iniquo,& à lingua iniusta.[*non timebis calamitatẽ cùm venerit,*]Non intelligit totum calamitatis genus,nã singula modò malorum genera commemorat,sed eã calamitatem intelligit,quam bellum affert populans, diripiẽs,& omnia vastãs.Quod intelligitur ex nomine Hebręo שֹׁד sod, quod est vastitas ab hostib⁹ illata à verbo שָׁדַד sadad vastare,diripere,spoliare ac populare. Cuius rei exemplum ostensum in Hieremia fuit, qui Hierusalem euersa, & penitus cõuulsa bello Nabuchodonosoris, lõgè maioribus opibus auctus fuit ab eo,quàm vrbe integra habuerat.

22 *In vastitate & fame videbis.* Cùm huiusmodi mala vehementer omnes formident. Nam totas solent labefactare,non solum vrbes,sed etiam prouintias, [*& bestias terræ non formidabis,*]sicut etiam dixit Dauid, Super
Psalm.90 aspidem,& basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem,& draconem.

23 *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum.* Id est lapides pedes tuos non lędent,non offendent,cùm ambulaueris.Quo significat nihil, atque adeò leuissimo incommodo viris bonis esse posse. Quemadmodum & Dauid etiam dixit,In manibus portabunt te, ne fortè of-
Psalm.90 das ad lapidem pedem tuum,[*bestiæ terræ pacificæ erunt tibi,*]Cùm magnã cladem prouintijs attullerint. Quar-
4.Reg.17 tus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus enim Regum narrat Samariam à leonibus esse vastatam.

24 *Et scies quòd pacem habeat tabernaculũ tuum.* Id est, quòd integra sit domus tua, & nihil desit ei, sed omnia copiosè suppetant. Quod alio loco luculenter persecutus est Dauid dicens, Promptuaria eorũ plena eructatio ex hoc in illud, oues eorũ fœtosę abũdãtes in egressibus suis, boues eorũ crassę, non est ruina maceriæ, nec transitus, nec clamor in plateis eorũ. [*Et visitãs speciem tuam non peccabis.*] Species hoc loco non formę est, sed splendorem & pulchritudinem domus significat. Quoniã vox Hebræa est נוה naue, de qua egimus in principio huius capitis, cùm illa verba tractaremus ma ledixi pulchritudini eius. diximusq; propriè tabernaculum splẽdidũ declarare. Significat ergo Eliphaz, Cũ domũ tuã videris, lustraueris, & perquæsieris, eamq; tam splendidã, & diuitiarum plenam consideraberis, [*non peccabis*,] Id est, non de tuis diuitijs gloriaberis, nec in illis sperabis, sed Deo referes acceptas, & maximas ei gratias ages. Quo animo si fuerit diues, certè felix haberi debet. Eo tũ sublato, quod reliquũ diuitiarum fuerit, mera miseria est. Id q; Moyses populum monebat dicẽs. Obserua, & caue ne postq̃ comederis, & satiatus fueris, domus pulchras ędificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armẽta boũ, & ouiũ greges argẽti & auri, eunct. rumq; rerũ copiã, eleuet cor tuũ, & nõ reminiscaris Dñi Dei tui qui, &c. Ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manũ meę, hęc mihi omnia pręstiterũt: sed recorderis Dñi Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit. Sequitur in Iob.

Psal. 143.

Deut. 8.

25 *Scies quoq; quoniã multiplex erit semẽ tuũ, & progenies tua sicut herba terræ.* Numerat etiã filios in fortunis, quorũ multos, sicut & alias fortunas viri boni maximo Dei beneficio suscipiunt, sicut responsum fuit Abraham, Multiplicabo semen tuum: sicut stellas cæli. Pijs etiã viris pollicẽtur Dauid dicens, Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui, sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensę tuę.

Gene. 15. *Psal.* 127.

26 *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Id est. Non violenta, & matura morte, sed graui, & veneranda senectute confectus è vita migrabis. Quod in scripturadicitur, Mori senectute bona, plenumque dierum, vt dicit de Abraham, & de Dauid, & de Tobia. De viris verò iniquis Dauid ait, Viri sanguinũ, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Quod dicit, [*sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.*] Id est, cũ iam matura seges, & optimè constituta est. Aceruo autem tritici confert virum bonum, quia congregabitur in horreum Dei, sicut Ioannes dicebat.

Gene. 25. 1. *Par.* 29. *Tob.* 14. *Matth.* 3.

27 *Ecce hoc vt inuestigauimus, ita est: quod auditum mente pertracta.* Id est scies hoc, quod locutus sum, ita esse. Quo modo vero intelligenda sint ea, quę tractauit Eliphaz, vt vera habeãtur, iam exposuimus. Nec dubitandum puto quin verę propositiones sint totius eius disputationis, vt declarauimus: cùm & alijs sacrosanctæ scripturæ oraculis, quibus sine dubitatione religiosè credendum est, à nobis fuerint confirmatę: assumptiones autem falsę sunt, vt etiam docuimus, sed eas ipse reticuit. Quare lubricam, & ambiguam orationem composuisse videtur, nec ad subleuandum dolorem accommodatam.

CA-

CAPTT. VI.

A RESpondens autem Iob, dixit.

2 Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quam patior, in statera.

3 Quasi arena maris hæc grauior appareret: vnde & verba mea dolore sunt plena.

4 Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.

5 Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit?

B 6 Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur.

7 Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.

8 Quis det, vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus?

9 Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me?

10 Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus sancti.

11 Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineã? aut quis finis meus, vt patienter agam?

12 Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.

13 Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me.

C 14 Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.

15 Fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.

16 Qui

16 Qui timent pruinam, irruet super eos nix.

17 Tempore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo.

18 Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabũt in vacuũ, & peribunt.

19 Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.

20 Confusi sunt, quia speraui: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.

21 Nunc venistis: & modo videntes plagam meam timetis.

22 Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?

23 Vel Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? D

24 Docete me, & ego tacebo: & si quid fortè ignoraui, instruite me.

25 Quare detraxistis sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit, qui possit arguere me?

26 Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.

27 Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.

28 Veruntamen quod cœpistis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.

29 Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate.

30 Et non inueniêtis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

RESpondens autem Iob, dixit.

2 Vtinam appenderentur peccata mea, quibus irã merui: & calamitas quam patior, in statera?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi arena maris hæc grauior appareret? Licèt Eliphaz apertè non dixerat, Iob meritas penas tanta calamitate suorum peccatorum pendere. Quia tamen multis disseruerat de his iacturis, quas iniqui ob sua scelera faciũt: certè significabat eadè conditione Iob afflictum esse qua & alij iniqui homines in miserias incidẽtes. Quare Iob tantam a se contumeliam depellens respondit optans, vt delicta sua, & calamitates, quas patitur simul in statera appenderentur. Quas infinitis partibus maiores, quàm delicta futura significat. Id enim declarat, cum dicit, [*super numerum arenæ maris.*] Numerus enim est finitus pro infinito. Ex quo intelligitur huius seculi pœnas, nõ tantum esse constitutas ad scelera vindicánda, sed etiam ad alias vtilitates. Nam vt Christum seruatorem nostrum omittam, de quo posset dici vlta in eo fuisse omnium hominum flagitia. Virgo tamen sacrosancta in magnis fuit ærumnis versata, licet nullo fuerit peccato inquinata. Non dubium etiam est, quin Apostoli, & alij clarissimi viri nullo merito suo magnis cruciatibus fuerunt confecti. Ex quo Theologi piè, & religiosè colligunt hæreticis reclamantibus thesaurum indulgentiarum in Ecclesia esse: vt nos in libro nostro primo de vera religione multis persecuti sumus. Is autẽ fructus maximus pœnarũ est, vt viri pij per eas à voluptatibus, & delicijs coerceantur, vt pietatem etiam & maximam gratiam, quam à Deo consecuti sunt, laboribus exerceant, fortemque, & virilem reddant. Et vt multis pro Dei amore, & seruanda pietate exantlatis laboribus præmium, & mercedem eximiam, à Deo vita beata mereant. Ita Paulus scribit Hebræis.

Huius seculi poenæ nõ tantũ sunt constitutæ ad scelera vindicanda

Thesaurus indulgẽtiarum.

Omnis

Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Sed illud, [*Peccata quibus iram meruit*,] ita est in Hebræo כעשׂ cahsi. Significat autẽ כעס cahas propriè iram qua quis effertur dolore affectus, & ita septuaginta transferunt, ὀργὴν iram. Quare Chrysostomus in Polychronio, & quidam Hebræi aliter hunc locum explicant: id est. Nõ vobis videri debeo, grauius quã par esset casum meum ferre, rabiosèque, & nimis ira cundè diris imprecationibus in diem ortus mei inuectum fuisse. Namvtinam hæc ira, qua inflammatus videor, [*Et calamitas quam patior, in statera,*] penderentur, longè grauior calamitas appareret. Hoc est multo leuius irascor, quàm meus postulat casus. Nã impatientiæ reprehendere videbatur eum Eliphaz, cùm diceret superiori capite, Stultum interficit iracundia: vsusque fuit hoc eodem nomine כעס cahas, cui Iob respondere videtur ea, quam exposui sententia. Coheretque id, cum eo quod sequitur. [*Vnde & verba mea dolore sunt plena.*] In Hebræo est ילע lahu absorpta sunt, id est, non impatientia, & effrenata ira, sed dolore impulsus diei meo maledixi. Verumtamen etiam conuenit in Hebræum sermonem nostri interpretis versio, vt ira, non actiuè, sed passiuè accipiatur interpretando iram meam, idest ira Dei in me.

Hebræ. 12

4 *Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritũ meum.* Causę redditio est eius, quod versu superiori dixerat. Vocat autẽ calamitates, & dolores, quibus cõflictatur, sagittas Dei. Vel quia magnæ sunt, vt mõtes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei dicuntur,id est magni:vt quidam Hebræi interpretantur,vel potius,vt mihi magis placet, quia sunt à Deo coniectæ.Nam Deus sicut bellator in diuinis oraculis appellatur,ita arma,arcus,& sagittæ attribuũtur ei.Dauid enim ait, Arcum suum tetendit,& parauit illum,& in eo parauit vasa mortis:sagittas suas ardentibus effecit.Virique pij ac Deo deuoti quas patiuntur ærumnas,& calamitates,non fortunæ, aut vlli hominũi, sed Deo suo (aut iã expositum)asscribunt.Qua de causa Dauid doloribus cõfectus eadem vtens ratione dicendi,Deum precatur dicens,Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira tua corripias me.Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,confirmasti super me manum tuam.Quod dicit, [*Quarum indignatio ebibit spiritum meum.*] Id est,tam frequentes sagittæ sunt,vt me spirare non sinant, sed calamitas calamitatem consequitur,dolor dolorem. De quo etiam sequenti capite queritur dicens, Nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam Septuaginta vero hoc ita cõuerterũt.[*quorum indignatio ebibit,*] μὴ τὸ αἷμα,sanguinem meum.Sanguis enim sedes est spiritus,[*Terrores Domini militant contra me,*] Hebraicè vehementius dicitur, יערכוני iaharcuni ordinati sunt:id est,Instructa acie in me veniunt.Non solum vulnera,& detrimẽta,quæ accipiunt sancti viri,sed etiam terrores, atque formidines eos vehemetius exagitant,atque conturbant. Nõ enim possunt non vehementer timere, & expauescere ij,qui Deum,in quo vno spem præsidij sui posuerant,sibi aduersari cognoscunt. Qua de causa Dauid ait,Cor meum conturbatũ est in me,& formido mortis cecidit super me, timor, & timor venerunt super me,

Arma Deo attribuuntur.
Ierem. 20.
Psalm. 7.
Psalm. 37
Viri boni in rebus aduersis nonnunquam valde timent.
Psal. 54.

me,& contexerunt me tenebræ.De Christoque seruatore nostro narrat Marcus,Cœpit pauere, & tedere.Sed septuaginta viri hanc versus partem prætermiserunt:fortè quia continebatur altera,& loco eius posuerunt ὅταν ἀρξωμαι λαλεῖν κινεῖσθαί με, Cum cœpero loqui me pungunt:sagittæ inquam.Vt indicarent causam hoc versu poni eius,quod dixerat.Verba mea dolore sunt plena. *Mar. 14*

5 *Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam?aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit?* Acutè carpit amicos,qui cum iracundię,& nimij vlulatus argueret Eliphaz.Id est mirum non est,ita vos abesse a fletu,& queribunda voce,vt has meas lamẽtationes accusetis.Res enim vestræ integræ,& saluæ sunt, nulla re indigetis, omnia vobis suppetunt.Facile hoc pacto est à lamentatione esse alienos. Similiter enim, nec rudit asinus, nec mugit bos ad præsepe plenũ.Hoc illud est, quod in prouerbio versatur,facilè omnes,cùm valemus, recta consilia ægrotis damus. Ex quo intelligitur non bene de calamitatibus perferendis eos disserere, qui nullas pertulerunt calamitates. Etenim facilè loquimur id, quod difficile fit.Facilè quicunque diceret, quod dicebat Eliphaz, Ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum. Ita enim Petrus iactabat, Si oportuerit me mori tecum non te negabo,similiterque omnes Apostoli dicebãt.In ipso tamen discrimine positi aliter iudicarunt.Id quod optime in se expertus Dauid pronunciauit dicens, Ego autem dixi in abundantia mea,nõ mouebor in ęternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.Quapropter prudens illa est Philippi in Olinthia-

Facile est dare mœsto cõsiliũ.
Matth. 26
Psalm. 29

Universidad de Deusto
Biblioteca

thiaco Oratio qua nonnullis exéplis id declarat dicés,

οὐ χάλεπόν ἐστι τῷ κακῶς λοιδορουμένῳ
εἰπεῖν τὶ ἐσιόντα μὴ κακῶς ἔχειν
τὸν ἀκροατήν· ὥθεν μὲν δὴ ἐγὼ ἔργον μαχόμενον,
ἄνωθεν δὲ μάχεσθαι ἔκ ἐστι ῥάδιον
ἕτερόν τι τὰ λεγόμενα ἐστὶ παραπεπλάσθαι

Nõ difficilé eſt cui bene cibũ ſapit, faſtidiéti dicere ne doleas, comede. Et pugilé increpare eũ, qui ſe à certamine abſtineat, ipſũ vero pugnare nõ eſt facile. Adeo inter ſe differunt dictũ, & factũ. Primã autẽ verſ⁹ partem ita trãſtulerunt ſeptuaginta viri τί γάρ; μὴ διακενὴς κεκράξεται ὄνος ἄγριος, ἀλλ' ἢ τὰ σῖτα ἔχων τῶν; quid eñ? fruſtra rudet aſinus ſylueſtris, ſed cibũ quẽrẽs? Qđ ita intelligẽdũ eſt, Aſin⁹ nõ rudet fruſtra, niſi quia eget, quo magis intelligẽdũ eſt me nõ fruſtra hos clamores edere, niſi q⁹ ea res me defficiat, qua deficiente clamare cogor. Caditq; hęc verſio in Hebręa verba, ſi אם לא im lo .i. niſi ſubaudiamus: facilé verò Hebræi has particulas prętermittũt, carmine pręſertĩ. Cohæretq, cũ eo qđ ſequitur. 6 *Aut poterit comedi inſulſum, quod nõ eſt ſale cõditũ*. id eſt, ego etiam clamo, quia cibo egeo: ſicut cum rudet onager cibo carens: quoniam licet apponatur mihi, tamen iucundus non eſt. Quem verſum ſeptuaginta interpretes de oratione dictum fuiſſe tradunt, quam habuit Eliphaz. Ita enim conuertunt ἢ βρωθήσεται ἄρτος πρὸς ἀνέυ ἁλός, ἢ δὲ καὶ ἔστι μυῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς. Si comedetur panis ſine ſale, ſi eſt etiam guſtus in verbis vanis, id eſt, Quemadmodũ panis ſale vacans, ſicèt verè panis ſit, iucundus tñ nõ eſt, ita & oratio tua Eliphaz Licet vera ſit mihi nec iucũda, nec grata eſt. Nõ enim eſt ad tempus accõmodata, quòd potius poſtulat, vt le niatur, quàm vt refricẽt dolor meus. Nõ enim ſatis eſt docẽti vera dicere, niſi etiã oportuna ſint. Id quod prę cipit Paulus ſcribẽs Coloſſẽnſibus, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus, vt ſciatis, quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpondere. Ex quo intelligĩt ſeptuaginta interpretes, non ſolum verſionem, ſed paraphraſim etiam nonnũquàm facere. Quare noſter interpres vulgatus longè aliter reddit extremã huius verſus partem pro qua ſeptuaginta viri poſuerũt. Si eſt guſtus in verbis vanis. Ita enim ipſe reddit. [*Aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortẽ?* Quod accõmodari à vulgato noſtro videt ad probãdũ, quod propoſuerat, reprehẽdi nõ debere, quod angeret ſe animi, quod lamẽtareĩ, & querulas voces mitteret. Nã ſi homines tolerare nõ poſſunt, ſed reſpuũt cibũ inſulſũ, ſi indignè ferũt, clamátq;, ſi cibũ mortiferũ guſtare cogãtur: quid criminamini, qđ ego fremã, qui nõ cibũ inſulſum, ſed mortiferũ dolorẽ nõ guſtare, ſed capere & penit⁹ haurire cogar. Sed in Hebræo eſt אם יש טעם בריר חלמות im es tahã berir halamut, qđ ita exponit à recentioribⁿ Hebręis. Si es guſt⁹ in albumine vitelli. Nã רריר rir oui albumẽ ſignificare dicũt cuius rei illa tãtũ cõiectura eſt, qđ ſignificet ſalinã cuius ſimile albumẽ eſt. Saliuã autẽ ſignificare cõiectura capitur ex .1. Reg. 21. vbi de Dauide narrat. Et diſfluebat רר רירו ſaliua ei⁹ in barbã הלמות halamut vero vitellũ oui declarãt. Cuius ſignificationis nulla (quod ego ſciam) capi ex ſcripturis cõiectura põt. Nã hoc tantũ loco reperit, & radix eius חלם halã ſõniare propriè ſignificat: niſi fortè, quia ex Hebræorum ſententia pingueſcere etiã ſignifi cat, hinc fiat, vt nomen hoc vitellũ, id eſt, oui quaſi pin

Non ſatis eſt docenti vera dicere ſed oportet eſſe oportuna. *Coloſ. 4.*

1. Reg. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

guedinem significet. Ex hac igitur Hebræorum interpretatione, ita positus locus declarandus est, vt hoc pertineat ad id, quod dixerat. An potest comedi insulsum sine sale: cuius rei pro exemplo subijciet vitellū oui. Quod cum sit natura sua insulsum, non bene sapiet sine sale. Cum igitur de huius loci interpretatione nō conueniat inter vulgatū, & Grecum interpretē, Hebreiq; diuersam ab vtroq; sententiā sequātur, difficile quidem est iudicare, præsertim cùm Hebræa vocabula rara, & inusitata sint. Pio tamen viro satis esse debet, quòd & Græca, & Latina, & Hebræa sententia vera sit, & apta contextui. Sequitur autem.

7 *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Amplificat calamitatem suam, vt honestam luctus, & vlulatus causam sibi esse ostendat. Id est nō solùm gusto rem insulsam, atque mortiferam, sed etiā angustia compulsus nullo in tanta angustia vescor cibo alio, quàm eo quem antea adeo horrebā, vt vel tangere nollem. Saniem hoc loco cibum suum vocare existimo. Saniem autem quis nō horreat? quis nō tāgere renuat? Illud verò, quod dicit, [*Præ angustia cibi mei sunt,*] optimè explicare puto, quod obscurius in Hebræo ponit כדוד לחמי Kidue lahmi. Quod verbū de verbo reddēdo significat. Sicut egritudines cibus meę, id est sanies est cibus meus quoniā est tāquàm egritudines meæ, siquidem copiosè ex eius corpore profluebat. Quæ explicatio magis mihi placet, q̄ quorūdā Hebræorū, qui exponūt ægritudines carnis meę. Nā לחם lehem cibus est proprie, à verbo לחם lahā comedere. Quòd si aliàs pro carne, aliàs pro pane vsurpetur, tūc accidit cū vterq; cibus est. Nā quando per synedochā

species pro genere ponit, genꝰ etiā oportet cōuenire in eā speciē in qua dicit. Hoc berò loco, vt caro Iob cibus eius sit, nō cōuenit, nec id volūt Hebræi exponētes. Ægritudines carnis meę, sed vt declaret ęgritudines esse corporis eius. Sed difficilior est, septuaginta interpretū cōuersio κόπιάσασαι γὰρ μασᾶσθαι ἢ ψυχή βρῶμον χαῦρος τὰ σὰ μασᾶσθαι ὁμὸν λέοντος. qđ lōgè obscurius fecit interpretatio versionis Grecę in Biblia regia è regione posita, βρῶμον fętorē vertēs, cū neque id Grę cis significet: nec ad septuaginta virorū mentē huiusmodi significatio pertineat βρῶμος ergo sonitꝰ est, quē reddimus cū fame pressa nostra intestina crepāt. Id ergo septuaginta significant. Nō potest quiescere anima mea, sonitū em̄ video cibos meos, sicut odorē leonis. sententia quidem aptè cohæret, verba vero reddere verbis Hebræis difficilius est. Sed illud non potest, rectè declarat מאנה maana, quod est renuit, quiescere respōdet לגעת lingoha, quanuis נגע nagah tāgere pertingere propriè Hebræis significet. Magna tamen est septuaginta virorū auctoritas, vt quiescere etiá significare putemꝰ. Vel subaudierūt illi fortè quietē in hāc sententiā, Nō pōt aīa pertingere quietē. Sonitū vero cōuertūt המה hama à verbo המה hama sonare, sed ipsi cū alijs pūctis legebāt המה hama, qđ est sanitꝰ, כדוד Kidue aūt trāstulerūt odorē leonis ad significādā ęgritudinis magnitudinē. Ea vero est septuaginta virorū sententiā. Frustra me reprehenditis, quòd nimis meo casu cōmouear. Non enim possum quiescere, nā cibi mei nihil aliud sunt nisi intestinorum meorū sonitus. Certum enim est Iob dysenteria laborasse. Quod ipse declarat capite decimo sexto dicēs, Cōuulnerauit lūbos meos

Universidad de Deusto
Biblioteca

& effudit in terra viscera mea, efficitur autē dysenteria cum crepitu intestinorū ex cibis corruptis. Quare meritò dicit cibos eius esse sonitum intestinorum, nec posse quiescere. Qu òd magnis doloribꝰ, & torminibꝰ vētrē dysenteria exerceat. Excretionē verò sāguinolē tā fętere dicit, sicut odorē leonis, qui grauissimus esse solet, propter eū, quē leo natura sua injecit timorē. Ná dolorē & calamitatē suam Iob bestiæ cōparat immani c. 16. dicēs, Collexit furorē suū in me, & cōminatus est mihi infremuit cōtra me dentibꝰ suis. Hac igit ratione mihi videtur rectè hæc versio difficilis septuaginta & explicari, & cū vulgata editione & Hebręa conciliari.

Iob. 16.

8 *Quis det vt veniat petitio mea, & quòd expecto tribuat mihi Deus*, persistit sua sententia, ne temère, & præ dolore animi impos, quod prius dixerat tertio capite, protulisse videret: paucisq; idē repetit dicens.

9 *Et qui cœpit ipse me cōterat: soluat manū suā, & succidat me.* Quasi ligatā Deus manū suā habere videtur, quia nō percutit tota sua vi, cū nō extinguit, nec omnino interficit eū, quē vulnerat. Optat ergo Iob, vt soluat manū suā, & eū extinguat, vt ita finē faciat vulnerādi. Quod vt septuaginta explicarēt, secundā huius versus partē, quia prima cōtinebat prętermisserūt, vt quarto huiꝰca pitis versu fecisse diximꝰ, & hác addiderūt, ἐις τέλος δὲ μὴ με ἀνελέτω in finē ne excindat me, id est, lōgo tēpore ne me dolore conficiat, sed finē citò mea morte percutiendi faciat. Id enim hac ratione dicendi septuaginta viri declarāt, vt psal. 74. Vt quid Deus repulisti in finem iratus est furor tuus super oues paschuæ tuæ, id est, vt quid tam longo tempore nobis defuisti.

10 *Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat.* Id est cum morbo tam insanabili, & mortifero labo-

rem

rem nulla mihi reliqua est consolatio, nisi vt meus nō mitigetur dolor, sed vsque adeo augeatur, donec me morte absumat, vt tātis cruciatibus liberer. Manet in sua sententia, vt mortem sibi, quàm vitam, vtiliorē iudicet. Septuaginta virorum versio multum verbis differre videtur ita enim vertunt εἴη δέ μοι τοῦλις τάφος, ἐφ' ἧς ὠδὶ πηχέσαν κλόμην, ἕως ἂν ὑπῆς ὃ μὴ φάσωμαι. Sit aūt ciuitas mea sepulchrum, in cuius muris saltarem, nec in ea me cōtinerem, id est, vsq; eo me (vt dixerat) vulneret Deus, donec mortuus cadā in sepulchrū. Quod adeo opto, vt in eō præ lętitia saltarē: nec me cōtinerē, Idest mihi iucūdissimū esset sepulchrū, in quo à tātis malis liberatus aquiescerē. Ac עִיר hir, ciuitas pro עֵדֶר hod legisse videntur, sunt enim literæ valde similes, נֶחָמָה nehama vero, quòd est consolatio sepulchrū per paraphrasim interpretati sunt, חֵיל hail autē murum vrbis exteriorē etiam Hebræis significat, quod antemurale vulgatꝰ vertit thren. 2. vers. ד. צָלַד çalad vero obscurū verbū est, quòd hoc tātū loco in scriptura reperiatur. Quod licēt Hebręi vrere interpretētur, quos vulgatꝰ secutus fuisse videt, cū affligēs conuertit, idē cū illi fuit affligēs dolore, quod Hebręis vrēs dolore, nōnulli tū Hebręi septuaginta secuti, saltare prę lętitia exponūt, *Nec cōtradicā sermonibus sancti.* Id est Deo nōresistā precibus, si me extinguere voluerit, imo pro māgno beneficio ducam. Septuaginta tamē ad integros mores Iob id retulisse videntur, ita transferentes οὐ γὰρ ἐψευσάμην ἐγὼ μικτὰ ἁγίαθεοῦ μου. Non enim frustratus sum verba sancta Dei mei. Id est, eius præcepta non neglexi, sed tenui. Quare non est cur mortem magno opere formidem. Bona enim & inculpata vita, non graui

animo

Universidad de Deusto
Biblioteca

animo debet cum morte commutari: in qua officiorum digna merces reposita est.

11 *Quæ est enim fortitudo mea?* Causam reddere videtur, cur mortem meritò optet. Non enim mors distat, si quidem tanto dolori, ait, diu resistere nõ potero, sed me citò consumet, quia me iam vires deficiunt. Quæ ratio valet quidem ad demonstrandum miseram esse hominum vitam, nec vehementer amandam, quoniá breuissima est, quod planius Iob alio loco dicit. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit, velut vmbra. *Aut quis finis meus, vt patiẽter agã?* Id est quantum distat finis meus, vt patienter illum expectem. Eandem alijs verbis repetit sententiam. Quibus etiam significat citò tandem vitam suam finiendam, & ob eam rem non esse ab eo vehementer amandam: clariusque ponitur in Hebræo quis finis meus אארך נפשי aaric naphsi, vt producam longius vitam meam. Et vt septuaginta significarent ad breue vitæ tempus esse referendum, pro fine verterunt χρόνος tempus.

Iob. 14.

12 *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.* amplificat quod dixerat vires eum iam deficere ad tantum proferẽdũ dolorẽ. Nõ enim lapideus nec æneus est, vt diu tot tantaque verbera tolerare possit.

12 *Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei receßerunt in me.* Id est. Præterquàm quod meæ iam sunt exhaustæ vires, nullæ mihi vires externæ suppetunt. Nemo enim fert opem. Nam vel amici mei, qui mihi difficillimo tempore adesse debebant, me deseruerunt, quod erat quidem grauissimum, vt vitam reddederet acerbissimam. Solet tamẽ hæc calamitas vsu viris sanctis euenire, cùm in alijs versantur calamitatibus. Vt Dauid de se narrat, Elõgasti à me amicũ, & proximum, & notos meos à miseria. Fortè vt discant boni viri, nullas in hominibus atque adeo coniunctissimis, sed in Deo spes collocare. Quod Christus exemplo docuit insigni, cum ab inuidis, & inimicis suis oppressus, non solùm fuit ab amicis desertus, verumetiam turpiter, & valdè pueriliter negatus. Sed illud, [*Ecce, non est auxilium mihi in me,*] septuaginta aliter conuerterũt, ἢ ἐκ ἔστι βοηθεια αὐτῷ ἐμοὶ δοκεῖν? nũquid nõ in ipso spe raui. Quod facilè Hebræa verba patiuntur, sed בו bo pro בו bi septuaginta legisse videtur, quod facile erat nam ו, & ז sunt, vt diximꝰ, literæ valdè similes, quòd eadem forma sint, tantùm quantitate differant, quòd vna sit breuior alia. Tunc verbum de verbo transferentes ita reddemus, Nõne auxilium meum in eo? Cohæretque sententia cum superioribus verbis, hoc est, vires me deficiunt, quia non sunt lapideus. Præsertim cùm in Deo semper sperauerim, & mihi modò aduersarius sit, quare nihil nihi, quo nitar, reliquũ est. Illud autem, [*necessarij quoque mei receßerunt à me,*] ita conuertũt septuaginta βοηθεια δὲ ἀπο ἐμοῦ ἀπεστη auxilium mihi defuit. In Hebræo autem est תושיה נדחה ממני tusia nidha mimeni, ratio expulsa est ex me Diximus autem capite superiori versu. 12. תושיה tusia variè ab Hebrẽis declarari, nostrãque de eius significationẽ posuimus sententiã. Ratio ergo sua defuit ei, & quod erat ex re eius. Id autem vulgatus interpres eius amicos esse putauit. Septuaginta verò quodcunque auxilium. Aptèque vtrunque quadrat, vt ex sequenti versu

Psalm. 87

Universidad de Deusto
Biblioteca

su intelligitur:latius tamen patet verbum Hebræum.

14 *Qui tollit ab amico suo misericordiam,timorem Domini dereliquit.* Variè hic versus ab Hebræis exponitur:cùmque multi de illo verba faciant, nulli inter se conueniunt.Dubitaturque inter eos,vtrum מס maç toar an niphal,vt illi loquuntur sit, id est,vtrum actionem,an passionem significet. Sed non dubito,quin actionem significet,cum ita vulgato & Græco,& Chaldæo interpreti videatur.Estque facilis vulgati interpretis explicatio, cui assentitur Chaldæus pungitque amicos suos, qꝑ in eũ acerbi fuerint. Quos meritò dicit Deũ non veritos fuisse:cum in tantis ærumnis non solùm ab eorum fuerit officijs desertus, sed etiam vexatus.

Prou.3. A qua re nos reuocat sapiens in prouerbijs dicés, Ne moliaris amico tuo malum,cùm ipse in te habeat fiduciam.Sed septuaginta viri quádam lõgè ab hac, & Hebręorũ opinione diuersam sunt secuti sentẽtiã,ita vertetes ἀπέστακτο με ἕλεος ἐπισκοπὴ δὲ κυρίου ὑπερῖδέ μου renũciauit me misericordia,speculatio verò Dei inspexit. Caditque in Hebræa verba, si misericordia nõ accusatiuꝰ,vt placuit vulgato,sed nominatiuꝰ sit. מרעהו me reheu verò, id est à socio suo me,optimè paraphrasi potuerũt vertere,id est,à me,qui socius eius erã,quoniam tanta fuerat antè erga me vsus benignitate Deus vt me possẽ sociũ eius appellare. דראת irat autem,qđ vulgatus & Chaldęus,& alij Hebræi timorẽ interpretãtur,potest etiã significare speculationem, vt placuit Græcis á verbo ראה raha vidit. ת verò emãtica est,vt Hebręi dicũt,potestq; abesse,& ad esse,fortèq; abfuit in codicibus septuaginta virorũ.Quod vero ירדה ia hazob vidit conuerterũt, eũ relinquit significet.Ea de cau

causa factum esse puto, quia totũ versum in hanc partem acceperunt,Misericordia Dei renunciauit me, & speculationem eius mihi relinquit.Et vt explicarent, quid esset speculationem sibi esse relictã,conuerterũt speculationem Dei eum videre. Hoc ergo pacto puto verba Græca Hebræis verbis accommodari posse. Sententia verò aptè conuenit ad significandum desijsse Deum in eum esse benignum: & sibi esse iratum. Est enim acerbissimum,si Deus non conniueat, sed vitam nostram speculetur,attentèq; inspiciat cùm etatis nostræ errata eum latere non possint, nec possit vt ait Dauid, Omnis viuens in conspectu eius iustificari. Et ita Iob capite sequenti ait, Oculi tui in me, & non subsistam. Dauid etiam hanc Dei acerbitatem à se deprecatur dicens, Auerte faciem tuam à peccatis meis.

Terribile est valde Deum attẽte speculari.
Psal.142.
Iob.7.
Psalm.50

15 *Fratres mei prætergressi sunt me,sicut torrens,qui raptim transit in conuallibus.* Postquàm Iob indignationem suam excusauit à seque culpam eam dimouit,in qua eum amici ponebant, in ipsos nunc inuehitur, & in eis potius culpam consistere demonstrat. Quòd non in eum id officij munus præstiterint, quod amicitia quæ sibi cum illis erat postulabat. Et eos confert torrentibus, qui multa aqua pluuia, vel multa niue liquescente, cùm exundent,alueumque exeant, æstate tamen ita exaresc ũt, & exiccantur,vt penitus non appareant. Ita & ipsi,cùm Iob diues, esset prosperamque fortunam traheret,in eius se amicitia vehementer insinuabant,& amicorum operam, & studium ei pollicebantur. At cum Iob tanto miseriarum æstu vrgeretur, nõ solùm amicorum operam nõ exhibuerunt, sed

Amici veri qui nõ i.e.

sed etiam ei molesti, & acerbi fuerunt. De huiusmodi
Eccli.6. amicis Ecclesiasticus ait, Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et
Prou.14. Salomon in proverbijs, Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitum multi, & quidá poeta dixit.

ἔρημος ἐστ' ἄνθρωπος ὁ πονηρός.

Solitarius est homo inops.

16 *Qui timent pruinam, irruet super eos nix.* Quoniam superiori versu dixerat, Præterierunt me, quo ab amicis suis derelictū fuisse significauit. Id suæ calamitatis metu fecisse nunc innuit. Quod faciendū non erat. Cùm detrimenta, & incommoda vitę ita latè manent, vt ad omnes, vel valde securos homines pertinere possint, atq; adeò sæpenumero fit, vt in grauiora mala incidāt, qui leuiora fugiunt. Quam propositionem Synedocha vtens, id est specie pro genere hic ponit, pruinaq; leuiora mala indicat, niue vero grauiora: ita fieri poterat, vt ij, qui illum calamitate conflictantem fugiebant, in ipsam incurrerent calamitatem. Quare ita timore perculsi, & pusillo animo esse in Iob ęrumnis non debebant. Sed in Hebræo illis verbis, [*qui timent*] respondet קדרדם quodrim, קדר chadar autem, proprie significat nigrescere, sed quia nigrescūt, vestibus ve nigris, atq; pullis vtūtur, qui tristitiā habitu declarare volunt, fit vt tristem esse etiam significet, vt Hieremiæ. 8. vers. 21. Super contritione filiæ populi mei cōtritus sum, & contristatus) Hebraicè קדרתי chadarti. Et propterea hoc loco vulgatus cōuertit, [*Qui timent,*] Id est, qui tristes ob pruinam sunt. Sed Hebræi propriam verbi significationem, hoc loco vsurpant. Item illud

illud, quod per paraphrasin vulgatus vertit, [*irruet,*] יחעלם ithalem Hebræi proprie etiam explicant, Se abscondet. Ex quo fit, vt in aliam sentētiam totū hunc versum accipiant: vt explicet, quo pacto illi torrentes (quos dixerat) alueo pleno fluant id est, torrentes illi nigri ac turbidi fiunt ob pruinam, subaudi, liquefactam: in eis etiam se nix abscōdet, subaudi, liquefacta. Hoc est niue ac pruina, cùm liquescunt, diffluunt, & exundant. Ex quo accidit, ꝙ cum fonte perpetuo ac natiuo careant, facile exarescant. Septuaginta verò viri, non verbum de verbo conuerterunt, sed paraphrasi, & liberiori interpretatione sunt vsi, ita vertentes

οἱ τινές μὲ δισυλαβέντο νυνὶ ὡσπεπαγῶσι μὲ ὥσπερ χιὼν ἢ κρύσταλλος πεπηγώς.

Qui me reuerebantur, nunc in me irruunt, sicut nix aut gelu cōcretum. Id est, Amici mei, qui me antea diligebant, & obseruabant, nunc nō lenes, & suaues, sicut aquæ, sed duri & rigidi, sicut nix, & gelu in me sunt.

17 *Tempore quo fuerint dessipati peribunt, & cùm incaluerint soluentur de loco suo.* De torrentibus loquitur, quos facile æstus exhaurit, id est, tempore, quo exsiccati fuerint omnino peribūt, nec vllum alueo, æstate veniente, eorum apparebit vestigium. Quod vulgatus vertit dissipati fuerint, Hebraicè est דדרבו izorbu. Quod verbū hoc tantùm loco reperitur: quam ob rem variè ab Hebręis declaratur. Quidá exponunt, Tempore, quo fuerint multiplicati, id est, Tēpore, quo diffluunt subitò exarescunt. Alij, Tempore quo calefiat, idest, æstate, septuaginta verò, Liquefacti, exponere videtur. Quæ omnes declarationes ad eandem, quam posuit vulgatus interpres spectant sententiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuũ, & peribunt.* Quod inuolutæ dicit Hebraice est, תלפתם ilapethu propriè declinatæ sunt, id est, torrentes exundãtes, ac diffluẽtes de semita, ideſt, de alueo suo declinabunt, ac propterea puluere paleis, & alijs quisquilijs inuoluti, vt vulgatus ait, ambulantes in vacuum peribunt. Quibus verbis causas narrat, cur citò torrentes pereant. Quod quia satis explicatum videbatur, septuaginta prætermittentes loco eius similitudinem accommodant, ita vertentes ὅτως ἡ ἐγὼ κατελείφθην ὑπὸ πάντων, ἀπωλόμην δὲ καὶ ἔξοικος ἐγενόμην. Sic, & ego ab omnibus desertus domoque eiectus perij.

19 *Cõsiderate semitas Thema, itinera Saba, et expectate paulisper.*

20 *Confusi sunt, quia speraui: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.* Locus quidem obscurus est, in cuius enarratione multùm ab errant expositores Latini, Hebraicè verò non ita difficilem habet explicationẽ. Quare Hebræa verba explicemus, vt facilior aditus ad Latinum vulgatum exponendum relinquatur. Verbum ergo de verbo redentes, ita Latinè Hebræa verba vertemus, Viderunt viæ Thema itineraq; Saba, sperabant sibi. Confusi sunt quoniã spem[posuerunt,] venerunt vsq; ad ea, & erubuerunt. Vias thema & itinera Saba vocat, per metonymiam homines in thema, & Saba iter facientes: qui ad illos torrentes sitibũdi, vt biberent venientes, spe sua frustrati, quia exaruerant, confusi sunt, & erubuerunt. Persistit enim in similitudine declaranda. Quæ cum sit facilis explicatio, si Latina interpretatio ei coaptari poterit, satis, vt ego iudico illustrabitur. [*Considerate ergo (ait) semitas thema, & itinera Saba, & expectate paulisper*, Id est homines (vt di-

(vt diximus) in Thema, & Saba euntes, vt ex illis discatis horum torrentium naturam, [*Confusi sunt,*] ideſt huiusmodi homines confusi sunt, & rationem huius confusionis subijcit dicens, [*quia speraui,*] In nonnullis exemplis editionis vulgatæ est, Quia sperauerunt, & tunc facilius explicatur, id est, iter facientes confusi sunt, quòd sperabant se in illis torrentibus aquam reperturos, & non repererunt. Sed in Biblia Regia & pluribus vulgatæ editionis exẽplaribus est, [*speraui,*] Et tunc ita explicandum existimo, vt subitò Iob positam similitudinem accommodet, & suos amicos torrentium similes esse doceat: se autem iter agentibus, & sitibundis confert, quia speraui ait, opem mihi in tanta calamitate laturos, vt nostra exigebat necessitudo, at cum ad me vsq; venirent eos nostræ puduit necessitudinis, indignumque me amicitia sua, & ĩiquum iudicarunt. Ita enim plerunque calamitosis hominibus accidit, qua de causa Christus dixit. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Septuaginta viri, ita hunc locum conuertunt *Matth. 11* ὁδοὺς θαιμανῶν ἀγροικίας σαβὰν οἱ διερχόμενοι καὶ ὀφθαλμώσσουν οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τῷ χρήμασι πεποιθότες. Animaduertite Themanorum vias, diuerticula Sabeorum, qui vident, & pudori sunt obnoxij, qui in ciuitatibus, & pecunijs sperabant. Figuraque esse videtur synecdocha, vt Themanos, & Sabeos ponat, pro toto genere eorum, qui mercaturam exercent. Conĩungiturque cum eo quod ex versione septuaginta interpretũ dixerat. Ego ab omnibus desertus, domoque eiectus perij: ex me exitũ eorũ discite, qui diuitijs cõparandis incumbunt, ponuntque suæ salutis spem

Universidad de Deusto
Biblioteca

in pecunijs,& vrbibus,quas possident:hoc est,In me vno apparet fallaces esse diuitias.Sicut dixit Eccle- *Eccli. 5.*
siasticus,Noli attendere ad possessiones iniquas,& ne dixeris est mihi sufficiens vita, nihil enim proderunt in tempore vindictæ,& obductionis. Chaldæus vertit, Confusi sunt,qui sperauerunt in idolis suis. Vt ex varia huius loci interpretatione eius difficultas intelligatur,varieque posse reddi.

21 *Nunc venistis,& modo videntes plagam meam timetis.* Demonstrat ex effectis amicos suos amicorum operam, & officium sibi non exhibuisse: timuisseque meritò dicit: quoniam ei metum inijciebant dicentes (vt significauit Eliphaz)tot tantisque miserijs,quibus præmebat,scelerũ suorũ pœnas luere.Cùm potius ei animũ facere debuissent docẽtesDeũ tãquàm patrem bonorum virorum amantissimum in eos tanq̃ filios interdũ animaduertere solere. Sicut Paulus epistola ad Hebræos capite duodecimo luculẽter differuit,vt eos *Hebræ.12.* ab improbis vexatos,spoliatos,& ignominijs affectos consolaretur, dicens inter alia, Tanquàm filijs vobis offert se Deus.Quis enim filius, quem nõ corripit pa- *2.Thess. 1.*
ter?Et in epistola.2.ad Thessalonicenses .c.1.Si tamen (ait)iustum est apud Deum retribuere retributioné ijs,qui vos tribulant,& vobis,qui tribulamini requiẽ nobiscum.Est enim valde peruersa eorum agendi ratio,qui cum hominibus afflictis,& calamitosis,de ira, & odio Dei inscelleratos homines differũt. Præsertim si nullum aliàs eorum flagitium apertum, & testatum sit.In Hebræo autem est כי עתה הרדתם לא ci hata heitem lo,quod verbum de verbo significat. Quoniá nunc fuistis non,id est, Sic amici fuistis,quasi nõ fuis-

Cum afflictis de ira Dei non est differendũ

setis,vel sic mihi adfuistis quasi nõ adfuissetis. Quod vulgatus vertit,Nunc venistis,id est, nunc mihi adfuistis.Clariùs per paraphrasim Hebraismum explicarũt septuaginta interpretes ἀτὰρ δὲ οὐ ὑμεῖς ἐλεήσατέ μοι ἀνελεήμονες vos me visistis nulla misericordia cõmoti. Chaldęus etiam Hebraismum declarat ita vertẽs, Vos fuistis quasi non essetis.

22 *Nunquid dixi,Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?*

23 *Vel,liberate me de manu hostis,& de manu robustorum eruite me?* Videtur amicorũ suorum auaritiã notare timuisse que ne cogerentur necessitudine,facultatibus suis illius extremam inopiam subleuare. Et propterea dicit nihil est,quod timeatis:nihil enim vos postulo, nihil de fortunis vestris,quo me iuuetis,detractum esse volo. Hostem, & robustos fortè intelligit Sabæos, & Chaldæos, qui eius fortunas inuaserunt, & prædam egerunt,vt capite primò narratum est. Vel fortè hostes & robustos appellat calamitatem, & totam miseriam suam,de qua etiam capite.30.ita locutus est,Pha- *Iob.30.*
retram suam aperuit,& affligit me, & frenum posuit in os meum: dissipauerunt itinera mea,insidiati sunt mihi:& pręualuerũt,& non fuit,qui ferret auxiliũ.In quo loco vehementer animaduertenda est grauitas,& animi magnitudo sancti Iobi, qui nec tantis iacturis, & grauissimis incommodis adduci potuit, vt ab alio, quam à Deo opem,& auxilium peteret. Quo animo ecclesia, & eius præstantissimi duces omnes Christianos, & Deo deditos viros esse optant,cùm aduersa conflictantur fortuna, & multos iniquos homines infestos habent, vt autor est Zacharias de bellis eccle- *Zacha.12.*

In Deo spẽ rebus aduersis collocare debemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siæ verba faciens. Et dicent (ait) Duces Iuda in corde suo confortentur mihi habitatores Hierusalem in domino exercituum Deo eorum, id est solo Deo, & sanctis eius nitantur, & ex alio nemine præsidium quærant.

24 *Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignorani, instruite me.* Non recusat quò minus cum eo disputetur. Ex quo innocentia, virtusque summa eius facilè cognoscitur, cum lucem non vereatur: sed eã potius exoptet. Non enim boni viri argui timent, imo secum amãt de officio suo disceptari, parati ad operum suorum rationem reddendam. Ita Christus etiam dixit, Quis ex vobis arguet me de peccato? Contrà verò iniqui viri vehementer reprehendi formidant vitamque suam redargui. Siquidem lucem fugiunt quoniam sordidi, & inquinati sunt. Ex hoc enim factum est, vt euãgelium boni viri vehemẽter amẽt, iniqui vero vehemẽter abhorreant. Quòd illorum facta probet, istorum verò improbet. Id quod Christus declarauit dicẽs, Omnis, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucẽ, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucẽ, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Sequitur in Iob.

Boni viri argui non timent. *Ioan. 8.*

Ioan. 3.

25 *Quare detraxisti sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit qui possit arguere me.* Id est: cur reprehenditis verba, quæ de humana vita feci illam improbando, cum verissima sint, nec aliter rem habere ab vllo demonstrari possit. Persistit sua sententia, ex quo etiam veram fuisse cognoscitur, & viri grauis constantia declaratur, qui nullo modo à recta potest abduci sententia. Sed in Hebræo est, מה נכחו אמרך רעך ma nim

rezu

rezu imre ioser. Quod Hebræi exponunt, Quàm fortia sum verba recta, quę se per seipsa defendũt, à nullo que refelli possunt. Nam מרץ maraz roborare vbiq; exponunt Hebræi, aptêque quadrat. Vulgatus verò interpres vbique etiam iniquũ habere declarat. Ad hanc enim significationem omnes eius interpretationes, licèt variè videantur, reuocãtur. Vt cùm pessimum, molestum esse, & hoc loco detrahere interpretatur: & hæc significatio aptè etiam vbique conuenit. Cui septuaginta viri assentiuntur, sita enim hunc locum reddũt ἀλλ' ὡς ἔοικε φάυλα ἀλιτόντι ἐμὲ λελαλήκατε παρ' ὑμῶν ἰσχὺν αἰτέμαι. Sed quomodo vitiosa videntur verba eius, qui vera dicit: non enim à vobis vires peto. Notandumque est, quòd secundam versus partem aliter quàm vulgatus & Hebræi, & Chaldæus septuaginta transferunt: verbum autem quod in Hebræo ponitur est, יכח iacah, quod increpare, & reprehendere semper significat. Sed septuaginta viri (quod vehementer animaduertendũ est) hoc verbũ repertũ deriuatumque esse iudicarunt ex כוח coha, quod fortitudinem significat, & ad natiui nominis significationem deriuati significationem accommodarunt, sentẽtia verò versionis eorum facilis est, & apta.

26 *Ad increpãdum tamen eloquia cõcinnatis, & in ventũ verba profertis.* Id est sermonem inducitis non, vt veritatem tractetis, sed vt me reprehendatis. Quæ verba in ventum, id est, inania leuiaque esse meritò dicit. Nam verba, & orationes ad veritatem declarandam sunt comparata. Quem finem si quispiam loquendo non spectet irrita eius verba ventisque fusa existimanda sunt. Sed cũ [*profertis*] dicit in Hebræo est נואש noas,

tus accepisse videtur primam, & secundam huius versus partem, id est, Si syncerè disputauerîtis, intelligetis me nihil hactenus iniquè, nec stultè fuisse loquutum. Potest tamen secunda versus pars in aliam sententiam accipi. Nam הלה haua non solùm prauitatem, sed etiam contritionem vel calamitatem frequentius Hebræis significat, id est. A ne guttur meum, vel fauces non percipient calamitatem? Quo significat, quæ dixerat tertio capite ex vehementi dolorum, & miseriarum suarum sensu fuisse locutum. Tanquàm si diceret, Nunquid vos, qui meos vultis cohibere sermones, vultis etiam, vt tot detrimenta, totque tormenta non sentiam? non intelligam? Et propterea septuaginta viri ita verterunt καὶ ἔχει ὁ λάρυγξ μου μελετᾶν σύνεσιν, vel an non guttur meũ æstimauit prudentiam? id est, non senturet, quod prudenter sentiendum est? cuiusmodi tot dolores, & acerbitates sunt, quas prudens animus acerbè sentiri postulat

CAP.

CAPVT. VII.

Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij, dies eius. A

2 Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.

3 Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauimihi.

4 Si dormiero, dicã, Quãdo consurgã? & rursum expectabo vesperum, & replebor doloribus vsque ad tenebras.

5 Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris: cutis mea aruit, & contracta est. Б

6 Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.

7 Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus, vt videat bona.

8 Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & nõ subsistẽ.

9 Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.

10 Nec reuertetur vltrà in domum suam, neque cognoscet eũ amplius locus eius.

11 Quapropter, & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

12 Nũquid mare ego sum, aut cetus, quia circũdedisti me carcere? C

13 Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo:

14 Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.

15 Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

16 Desperaui, nequaquam vltra iam viuam: parce mihi, nihil D enim sunt dies mei.

17 Quid

17 *Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eũ cor tuum?*

18 *Visitas eum diluculo, & subitò probas illum.*

19 *Vsquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiã saliuã meã?*

20 *Peccaui, quid faciam tibi ò custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?*

21 *Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce nũc in puluere dormiam: & si manè me quæsieris, non subsistam.*

Militia est vita hominis super terram in Hebræo est צבא zaba. Quod Hebræi hoc loco, & decimo capite versu. 17. finem & certum tempus significare dicunt, & ita hunc locum explanant: finis & tempus certum est homini super terram constitutum: cæteris autem scripturæ locis, quæ plurima sunt, exercitum significare tradunt. Sed ex hac, & alijs Hebræis vocibus mihi videntur recentes Hebræi parum eleganter linguam suam tractare. Rudis enim illa ratio est declarandi Hebræam vocem, si propria eius significatio aliquo loco, primo quasi aspectu non quadret, aliam confingere, & ad locum accõmodare. Quare צבא zaba hoc loco, sicut alijs scripturæ locis exercitum significare dico, vt vitam ducere sit ex Iobi vel spiritu sancti sententia exercitum per terras hostium ducere. Quod aptissimè vulgatus interpres vno verbo explicauit Militiã cõuertẽs, & septuaginta auctores πεῖρον tentationem, vel tentationis locũ conuertẽtes. Tot enim nos miserię in hac vita premũt: tot nobis sunt inimicorũ, maleuolorũ, & inuidorũ insidiæ, vt semper vigilandũ sit, & ad certamẽ paratos nos esse oporteat.

Recentes Hebræi rudes sũt Hebraicæ linguæ interpretes.

Qua pace boni seruã tur.

Et

Et ita Paulus se pugnantem describit dicens, Sic pugno, non quasi aerem verberans. Sed hoc loco quęret fortasse quispiam, quo pacto sit intelligendum, quod Dauid dicit, & multis traditur scripturę locis, Pax multa diligentibus legem tuam. At licet probi, & improbi in bello sint, quandiu viuunt: quia tamen animæ vires libidinesq; viris probis à natura tributę inter se nõ dissident. sed omnes menti ac rationi obtemperãt, & ècontrario improbis viris accidat, adeò leuius bellum boni viri existimandi sunt sustinere, vt cũ iniquis cõparati pacẽ agitare videãtur. Nã iniqui propter perturbationes, & effrenatas libidines sunt quasi mare feruẽs, qđ quiescere nõ potest, vt auctor est Esaias. Rectè vero dicit, Exercitũ esse: q; licèt multis rebus ad mala vitanda instructi simus, illis tamen resistere nõ poteri mus. Exploratũ enim est in quãta mala incurrerint, vel ij, qui bonorum pleni esse videbantur. Quæ, cum ijs, quæ deinceps hoc capite dicit Iob, afferuntur ab eo, vt suam confirmet sententiam, meliorem esse mortem, quàm vitam. [*Et sicut dies mercenarij, dies eius.*] Hi vero dies cuiusmodi sint, explicat ipse subiungens.

1. Cor. 9.

Esai. 57.

2 *Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.* Quæ non bonorum virorum tantùm conditio existimanda est, vt reliqui expositores existimant, sed etiam de toto hominum genere dici, putandum est. Estque humanæ vitę elegantissima descriptio, vt homines semper certent, contendant, in laboribus versentur expectantes tranquillũ aliquem laborum finem, spe denique melioris fortunę semper lactantur, sicut seruus æstu fatigatus spe consolatur vmbræ, & mercenarius mercedis spe. Mercedẽ enim vocat

Humanæ vitę descriptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat finem operis sui. Hebræus verò פעלו pahalo opus suum auctores septuaginta μισθὸν αὐτῶ meredem suam.

3 *Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauí mihi.* Quod de toto hominum genere dixerat, in se expertum esse narrat: deterrima tamen ratione, nã cum feliciorem vitam expectaret, in miserrimam incidit. Id enim intelligit, cũ dicit [*habui menses vacuos,*] Hebraicè נחלתי nahalti hæreditate accepi: ideſt spei, quã habui, melioris fortunę, responsum est mensibus bonis omnibus vacantibus, [*& noctes laboriosas enumerauí mihi.*] Hebraicè כלו ירי minuli numerauerũt mihi. *Ierem. 8.* Quæ capite trigesimo clarius dicit inquiens, Expectabam bona & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Quod omnibus hominibus frequenter vsu euenire videmus, vt spe frustrati, cum bona sperant, accipiant mala, & vitam multi pro pagare cupiunt, vt ad magnos perueniant honores: è contrario tamen magnis notantur ignominijs. Sicut dixit Hieremias Expectauimus pacem, & non erat bonum, tempus medelæ, & ecce formido. Sequitur in Iob.

4 *Si dormiero, dicam, quando consurgam, & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.* Describit miserum vitæ suæ statũ, quo nec die posset nec nocte quiescere. Et tangere videtur etiá humanæ vitæ ratio nẽ. Nã homines in tẽpore præsenti fastidiunt, & tẽporum mutationem optant sperantes futuro tempore sibi melius futurum, cùm contra plerunque fiat. Quod doloribus dicit in Hebræo est נדדים nidudim commotionibus vel enagationibus, id est, multis curis, &

co-

cogitationibus meus distrahebatur animus.

5 *Inducta est caro mea putredine, et sordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est.* Quòd putredine dicit in Hebræo est רמה rima quod vermes etiã significat, & ita vertit vulgatus huius libri. c. 17. vers. 14. & c. 25. vers. 6. Sordes autẽ pulueris vocat scabiẽ, vel furfures, vel porriginem, vt Celsus dicit, quæ corpore, cùm se scalperet, decidebat. Quod septuaginta expresserunt vertentes πήκω βάλανος γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων liquefacio terrę glebas à cruore scalpens. Quod dicit. [*cutis mea aruit, & cõtracta est.*] clarius verti potest, cutis mea scissa, & despecta est.

6 *Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.* Id est, citiùs vita mea extincta est, quàm à textore tela succiditur. Sicut etiam Ezechias dixit, Præcisa est velut à texente vita mea, *Esai. 39.* dum adhuc ordirer succidit me. Illud autem à texente tela succiditur in Hebræo est, מיכר ארג mini oreg, quàm radius textoris scilicet, quo subtegmen stamini inserit, qui quidem velocissimè totum stamen pertransit. Ita ipsi velocissimè pertransisse videbatur totum vitæ curriculum sibi à natura circunscriptum. Septuaginta interpretes conuerterũt, λαλία quàm sermo. Sicut etiam Dauid, Omnes dies *Psalm. 89* nostri defecerunt, & in ira tua defecimus: anni nostri sicut aranea meditabunt in Hebræo est, כמו הגה chemo hege, sicut sermo. Ex hoc itaque loco intelligitur valdè exiguum nobis vitæ curriculum visum iri, Exiguum vitæ curriculum. postquàm ad vitæ terminum peruenerimus. Quod luculenter tractatur in sapientia, Transierunt (inquit dicent) omnia illa tanquàm vmbra, & tanquàm *Sapien. 5.*

nuntius

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuntius præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam: cuius quum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius influctibus. Aut auis, quæ tranſuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentū itineris illius, ſed tãtum ſonitus alarum verberans leuem ventum, & ſcindens per vim itineris aerem: commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius. Aut tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, diuiſus aer continuò in ſe reductus eſt: vt ignoretur tranſitus illius. Sic & nos nati continuò deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullam ſignum valuimus oſtẽdere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Quod dicit, [*abſque vlla ſpe.*] putabat ſe iam animam agere, actumq; eſſe de illo, quod morbo inſanabili vrgeretur. vt refutetur illud, quod ei dixerat Eliphaz in ſex tribulationibus liberauit te, in ſeptima non tanget te malum, &c. Propterea q; ad Deum, à quo dixerat Eliphaz liberandum fore, conuertitur dicens,

7 *Memento quia ventus es vita mea, & non reuertetur oculus meus, vt videat bona.* Quia poterat cum Dauide dicere, quæ non rapui, tunc exoluebam: Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcõdita, Ideſt, cùm ſciret Deus ea ipſum culpa vacare, quá in illum amici conferebant, præcatur eum pro eius benignitate, qua bonis viris in miſerijs, & luctu iacentibus fert opem, (ſicut dixerat Eliphaz) vt cùm iam ei vitam auferre decreuerit, neque bonis illis frui poſsit, quibus homines afflictos recreare ſolet, vt ſaltem lenius agat cum eo, nec tam intolerabili cruciatu eum velit extinguere.

Pſalm. 68.

Memento

Memento (ergo ait) *mei Deus*, &c. Id eſt, ne mei omninò memoriam deponas penitus me deſerens tot tantiſq; malis oppreſſum: quia ſi ſemel è vita migrauero, redire nõ potero, vt tuę ſim liberalitatis particeps boniſq; fruar ijs, quibus pios afficis viros. Id quod Dauid etiã grauiſsimis incommodis vexatus Deum precabatur dicens, Nunquid mortuis facies mirabilia aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? id eſt, nunquid me mortuo benignitatem, & liberalitatem tuam declarabis? qua vteris erga eos qui ſperant in te? Aut medici me ab inferis excitare poterũt? quò tuæ bonitatis particeps ſim. Quæ argumentatio, non dubito, quin Deũ maximè moueat inter cęteras in eius imploranda miſericordia. Pſal. 87.

8 *Nec aſpiciet me viſus hominis.* Id eſt ſi ſemel è vita migrauero, nemo me amplius aſpiciet, vt ex me ſubleuato tuã diſcat bonitatem. [*Oculi tui in me, & non ſubſiſtam.*] Id eſt diutiùs in vita permanere non potero. Vix me reſpicies, vt ſubleues, cùm animam efflauero. Quare maturandum eſt, ſi mihi auxiliari volueris. Vel poteſt aliter explicari, iram tuam, quæ oculis declaratur, amplius perferre non potero, ſi me vultu aſperiore, & ſeueriore inſpexeris, ſtatim occumbam. Hæret enim iam ad metas mea vita. Eadem ratione dicendi vſus videtur fuiſſe Dauid pſalmo. 9. Conteret brachium peccatoris, & maligni, quęretur peccatum illius, & nõ inuenietur: id eſt ſimul ac impium in iudicium vocaueris, & eius peccati quęſitionẽ inſtitueris, peribit, nec ſiſtere ſe audebit in iudicio. Pſal. 9.

9 *Sicut conſumitur nubes, & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos non aſcendit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 *Nec reuertetur vltra in domũ suã, nec cognoscet eũ amplius locus eius.* Exẽplo explanat nubis cõsumptæ eos, qui semel mortui fuerint ad vitam redire non posse, vt illustret illud, quod proximè dixerat, Vẽtus est vita mea nec reuertetur oculus meus, vt videat bona.

11 *Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.* Ex hoc facilè cognoscitur, quantum (vt diximus) efficacitatis habeat argumentatio hæc, quòd ea Iob vehemẽter excitetur ad Deum querelis de tanta eius seueritate implorandum atque precandum. Quare tales nos in vita præstare, & ita nos gerere debemus, vt hac argumentatione in magnis periculis, & grauibus temporũ casibus vti possimus ad iram Dei à nobis deprecandam, quæ sine dubitatione Deum uehementer placabit, & ad nos iuuandum vehementer commouebit.

12 *Nũquid mare ego sum, aut cetus? quia circũdedisti me carcere?* In carcerẽ marẽ cõiectũ fuisse videtur, cũ Deus dixit, Congregẽtur aquę, quæ sub cælo sunt in locum vnũ. De qua re ita loquitur Dauid, Ab increpatione tua fugiẽt, à voce tonitrui tui formidabũt, terminũ posuisti, quẽ nõ trãsgredientur, neq; cõuertẽtur operire terrã. De cete etiã, quem ballenam vulgo vocant, narratur non posse mare Mediterraneum intrare. Vel forte melius (quia cetus, & nomen Hebręum תנין tanin nomen commune est omnibus maioribus piscibus, quorum aliqui in Mediterraneo etiam inueniuntur) vt tot nimi ijdem huiusmodi piscibus qui, & mari constituti esse dicantur, id est litora, & oras maris. Carcere igitur retenti esse videntur, quia cùm vastissimi, & robustissimi sint, è mari egredi non possunt. Et quia in scriptura

Genes.1.

Psal.103.

ptura תנין tanin ceto comparantur superbi tyranni, & potentes homines, vt in Ezechiele, Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorũ, Hebraicè התנין tanin. De eodẽ Pharaone etiã ait, Assimulatus es draconi, qui est in mari. Ob eã rẽ, significare videt Iob, Nunquid ita me superbum, & arrogantem tibique resistentem cognouisti, vt me sicut mare, & cetum in carcerem conieceris, vt meos reprimeres conatus. Ex quo intelligitur vehemẽterà Deo homines superbos cohiberi, & coerceri solere, quare vehementer huiusmodi sibi timere debent, ne à Deo comprehendantur, & in custodiam tradantur. Ita Dauid Deo canit, Contribulasti capita draconum in aquis (Hebraicè התנין tanin) Tu confregisti capita draconis: quod de Ægyptijs, & Pharaone mari submersis dicit.

Ezech.29.

Ezech.32.

Superbos a Deo vehemẽter coerceri.

Psal.73.

13 *Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo:*

14 *Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.* Id est, Si dormitũ me cõferã sperãs nõihil sensũ doloris, me somno ablaturũ, me tñ dormiẽtem insomnijs perterrefacis. Itaq; neq; dormiẽs, neq; vigilans incõmoda mea vllo modo leuare possũ. Liceẽt verò ita natura ferat, vt somnus molestus esse soleat, & insõnia grauissima se offerant ijs, qui vehementi aliquo morbo afficiuntur, meritò tamen in Deum causam huius incommodi confert, tãquàm auctorẽ naturę. Quare ipso auctore calamitates, & incõmoda nobis semper accidere existimandum est. Mali verò quod scelus, & flagitiũ sit nos modò causa sumus: sicut dixit Oseas, Perditio tua Israel. Reliquorum autẽ malorum Deus auctor est,

Incommodorũ Deus auctor est

Ose.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt dixit Amos, Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Amos. 3.

15 *Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.* Concludit propositionem suam, de qua tota controuersia erat, Sibi potiùs esse mori, atque adeò violenta morte, quàm viuere: de quare pluribus in tertio capite disseruimus, illud, [*mortẽ ossa mea.*] Ex Hebræoita etiam transferri potest. Mortem quã ossa mea. Vel ex versione vulgati præcedens verbum aptè subaudiendum est, elegerunt, [*Mortẽ ossa mea,*] Id est, eligerem potius è corpore migrare, quàm in eo esse. Huius loci septuaginta auctorum versio est difficilis, ἀπαλλάξεις ἀπὸ πνεύματός μου τὴν ψυχήν μου, ἀπὸ δὲ θανάτου τὰ ὀστᾶ μου liberabis à spiritu animam meam, à morte verò ossa mea. Potest tamen sic in eandem sententiam explicari, vtinam liberares à spiritu animam meam. Id est, faceres, vt vitalem spiritum non posset haurire: vt sit suspendij descriptio. Quod dicunt, à morte ossa mea, Id est, hac ratione me nõ vita priuares: sed potius morte liberares: vt ærumnas, & acerbos dolores suos mortem appellet. Quorum sensu, si strãgularetur, careret, ossa dixerunt per synedocam partem pro toto. Sequitur autem.

16 *Desperaui nequaquàm vltra iam viuam.* Repetit quod proximè hoc capite dixerat, Consumpti sunt dies mei absque vlla spe, Quod [*desperaui*] dicit, ita etiam septuaginta conuertunt, μακροθυμήσω. Id est, magno animo esse non debeo, quod idem est, quod desperaui. Cum possit ex negatione vnius contrarij aliud concludi. In Hebræo est, מאסתי maaçti abieci, aspernatus sum, subaudi vitam. [*Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.*] In pauca confert

confert eam argumẽtationem quam multis tractauit, id est, Non tam seuerè acerbèque mecũ agas, sed benignus mitisq; in me sis hoc modico tempore, quo ero superstes. Nã postea locus nullus erit in me reliquus misericordiæ tuæ.

17 *Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eũ cor tuum?* Videtur Deus plurimi facere hominem eum cum quo contendit, quasi velit gloriam ex eius victoria reportare. Pugnat autem Deus cum singulis hominibus, quandiu hanc vitam agunt, cùm tantis miserijs vrgeantur, tam varioque diuersarum calamitatum bello tententur, cùm denique sit militia, vt huius capitis principio dixi, vita hominis super terram. Quam militiam Deum alere, & inflãmare putandum est. Quòd sit ipse (vt proximè diximus) auctor malorũ omniũ, quæ culpa vacent. Quare magnificere Deus omnes homines videtur, cùm tanto studio bellum aduersus eos suscipiat. Sed quantam sibi (ait Iob) ex hoc bello Deus gloriam pariet, quo potentissimo est cum infirmissimo certamen. Id quod planius alio loco expressit dicens, Contra folium quod vento rapitur ostẽdis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris? At certè nulli Deo gloriæ, & laudi est, quod hominẽ bello vincat: sed illa maxima eius laus & gloria est, quòd assiduo incõmodorum bello hominis tentata patientia vinci tamen, & superari non possit. Nã cum homo tunc non sua tantùm vi, sed Dei etiam ope Deo resistat, sicut dixit Oseas, Auxilium tuum tantum in me, nimis bonitas & amplitudo eius manifestatur, quòd tantum auxilij possit infirmissimę creaturæ præstare, vt Deo possit omnipotenti resistere. Quod dicit. Iob. 13.

Quam gloriam Deus reportet cum homine pugnas Ose. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *Aut quid apponis erga eũ cor tuum.* Id est, quòd tanto cũ studio persequaris, quod studium amplius declarat statim dicens [*Visitas eum diluculo, & subitò probas illum.* Visitare dicitur in scriptura Deus, & commoda, & incommoda inferendo, vt Dauid dicit, Visitasti terram, & inebriasti eã, multiplicasti locupletare eã. Et alio loco, vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quam plãtauit dextera tua. De incõmodis autem dixit idem Dauid, Visitabo in virga iniquitates eorũ. Et Esaias, Visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. De qua visitatione hic locus intelligit, sicut illud Dauidis, Probasti Domine cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti. Quòd [*diluculo*] dicit, Id est, citò diligẽtissimèque. Ita etiam intelligitur, cùm [*subitò*] dicit, Hebraicè est singulo mane, singulisq; tẽporis momentis, quod eodẽ modo intelligendum est. Septuaginta cõuerterunt, ἵνα ἐξαίσιον αὐτὸν ποιήσῃ ἕως πρωΐ καὶ εἰς ἀνάπαυσιν ἀνῦσον κρίνῃς & visitas eum vsq; mane: & vsque ad quietem eũ exerces, vel de eo quęstionẽ instituis. Vtrunque enim κρίνειν significat. Maximaque ratione ducti ita conuerterunt, quòd יגח regah, non solùm subitò, & temporis momentum, sed etiam requiem sonat Hebręis. Ita Targum illud Iob 21. vers. 13. & in puncto (quod vulgatus reddit) ad inferna descendunt, explicat, Et in quiete. Verbum etiã יגח regah, quod radix eius est, quiescere præter alia significat, estque aptissima sententia, id est à primo hominis ortu vsque ad mortem, quam quietem appellat, vt loco citato capitis. 21. hoc est tota vita eum exerces, seu bello tentas, cùm tota vita in miserijs versetur. Ex quo intelligitur, quàm vigilantes, & ad

Visit ad Deus vel commoda vel incommoda afferendo
Psal. 64.
Psal. 79.
Psal. 88.
Esai. 13.
Psal. 16.
Iob 21.
Vigilantes nos esse oportet.

tentos nos esse semper oporteat, cùm omni temporis momento Deus nobis cum pugnet atque contendat. Est enim Deus tanquam magister solertissimus, qui totos dies dat operam, vt nos in officio contineat, & ad veram pietatem vel flagellis, vel alia quauis ratione informet: quocunque enim modo fiat, ad huiusmodi pugnam spectat. Hanc disciplinæ rationem describit optimè Esaias dicens, Deus erigit manè, manè erigit mihi aurem, id est singulo mane, ut audiam quasi magistrum. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Quòd si hac ratione filium suum vnigenitum infinita sapientia præditum erudiuit, quid (malum) alia via nos doceri posse arbitramur. Caueandumque maximè est ne ita rudes, & vecordes simus, vt tanto Dei studio, & assidua solicitudine nihil proficiamus. Fiet enim illud, quod in Genesi narratur dixisse Deum, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. In Hebræo est, לא ידון lo iadon non contendet spiritus meus, vt doctioribus placet Hebræis. Ex quo factũ est, vt cunctos fere homines aquis obrueret diluuij. Ita etiã fiet, vt eos omnes perdat, & à se repellat, qui cùm eos quotidiè doceat, nunquam imbuat.

Esai. 50.
Genes. 6.

19 *Vsquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiã saliuã meã?* Solicitudinẽ suã, & anxietatẽ hac interrogatione vehemẽter exprimit, sicut Dauid, Vsquequo Dñe obliuiscèris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?

Psal. 12.

ā me? vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Quod dicit. [*Vt glutiā saliuam meā.*] Declarat quantis calamitatibus, & angustijs premeretur. Quæ tantę erāt, vt ei respirandi (vt dicunt Latini) locus non esset.

20 *Peccaui: quid faciam tibi ò custos hominum?* Non rectè quidam Hebræi hunc locū exponunt, id est, licèt peccauerim, incōmodo tibi nō fui. Esset enim peccati ineptissima excusatio. Nō enim Deus pœnas scelerū repetit, quia ei vllum incōmodum attulerint: cùm detrimentum ipse accipere nō possit. Sed quia cū æquus hominum iudex sit, debet iniquitatem vindicare. Iam verò Iob non dicit, Quid feci tibi ò custos hominū (vt illi exponūt) sed quid faciā tibi? Quare ita explicandū est, Quāuis peccauerim delictiq; mei pœnas pēdā, vt amici iactant, quibus tibi pœnis satisfaciā, nisi tua misericordia acedat: id est, licèt infinitas ex me pœnas sumas, satis à me nunquàm habebis, nisi mihi precanti pro tua clementia ignoscas. Quod vehemens argumentum est ad Dei clementiā implorandā, aptèq; cōiungitur, cū eo, quod superiori versu dixerat, *Vsquequo nō parces mihi, nec dimittis me.* Et quidē nulla re alia melius Deo homo satisfacit, quam crimē cognoscens, & veniā petēs. Quā satisfactionē ipse supplicijs, & alijs modis extorquere conatur. Qua ei satisfactū fuit à Dauide, vt narratur in. 2. Reg. 12. In eoq; vehemēter erauit Adam, quòd crimē apertissimum fateri recusauerit. Prudenter verò addidit, [*ò custos hominum,*] vt ostendat hac satisfactione cōtentū esse debere eū, cuius munus est homines seruare, & qui vult (vt Paulus ait) oēs homines saluos fieri. [*Quare posuisti me cōtrariū tibi & factus sum mihi metipsi grauis?*] Id est quare me ita ducis tibi cōtrariū, vt me tot iaculis ferias? & ita omni me præsidio spoliaueris, vt mihi ipsi grauis, molestus, atq; contrarius sim, cùm ita meā vitā detester, & abhorream? Septuaginta viri nō נלא, sed לא legisse videnē, ita vertentes ὥστε σοι φόρτιον tibi grauis, id est tibi grauis sum, quia mihi iratus es. Sicut Deus per Esaiam dicit, Calendas vestras, & solēnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. *Esai. 1.*

Quam satisfactionē Deus potius requirat.

2. *Reg.* 12.

2. *Thess.* 4

21 *Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in puluere dormiam, & si manè me quæsieris non subsistam.* פשע pesah quod vulgatus vertit peccatum, id semper Hebręis significat, עון hauon verò, quod iniquitatem transfert, significat etiam pœnā iniquitatis, vt in Zacharia nostro. c. 3. vers. 4. probauimus. Quocirca ita hunc locum intelligendum puto, Quare non ignoscis pecato meo, & pœnas, quas pro ipso pendo, remittis. Potest id iure suo quęrere, cùm toties veniam petierit, vt ex hoc capite constat. Nam qui ex animo veniam petit, eum peccati pœnitet: estque ea lex sceleratis hominibus scripta apud Ezechielem ex Dei sententia, Si impius egerit pœnitentiam à peccato suo, vita viuet, & non morietur. Et propterea Iob argumētando vrget dicens, [*Ecce nūc in puluere dormiā.*] Id est quia si semel è vita discessero, non poteris erga me esse misericors. Estq; eadem argumētatio, quā bis posuerat hoc capite. *Ezech.* 33

CAP. VIII.

RESpondēs autē Baldad Suhites, dixit.

2 *Vsquequo loqueris talia, et spiritus multiplex sermonis oris tui?* A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquid Deus supplantat iudicium? aut omnipotens subuertit quod iustum est?

4 *Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.*

5 *Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotẽtem fueris deprecatus.*

B 6 *Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddit habitaculum iustitiæ tuæ.*

7 *In tantũ vt priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.*

8 *Interroga enim generationẽ pristinã, & diligenter inuestiga patrum memoriam.*

9 *Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniã sicut vmbra dies nostri sunt super terram.*

10 *Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferrent eloquia.*

C 11 *Nunquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua?*

12 *Cũ adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante oẽs herbas crescit.*

13 *Sic viæ omniũ qui obliuiscũtur Deũ, & spes hypocritæ peribit.*

14 *Nõ ei placebit vecordia sua, et sicut tela aranearũ fiducia eius.*

15 *Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget.*

16 *Humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur.*

D 17 *Super aceruũ petratum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur*

18 *Si absorbuerit eũ de loco suo, negabit eũ, & dicet, Non noui te.*

19 *Hæc est enim lætitia vie eius, vt rursum de terra alij germinentur.*

20 *Deus non proijciet simplicẽ, nec porriget manum malignis?*

Do-

21 *Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.*

22 *Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.*

Espondens autẽ Baldad Suhites dixit.

2 *Vsquequo loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui?* Quod [*multiplex*] dicit in Hebræo es כבדר cabir, significat autem multum, & fortem, spiritum ergo multũ siue forte in sermonibus Iob Baldad esse dicebat, quòd audacter, & libere loqueretur: nec Eliphaz dictis, & argumentis cõcederet, sed eos potius ad disputandũ prouocaret, vtrũ falsi quidpiam dixisset, aut iniquè egisset. Cùm in fine sexti capitis diceret, Verũtamen quod cœpistis explete, prębete auré, & videte an mẽtiar, &c. Quę mihi magis probatur expositio, quàm quod ad varias res illud [*multiplex*] referatur, de quibus Iob fuerat locutus. Nã neque leuiter id Baldad offenderet: quoniam de ea re non erat disceptatio. Merito tamen Iob libere, & audacter loquebatur, quoniã veritas cum pietate, & integritate coniuncta spẽ magnã, & animũ faciũt viro. Obeamque rem dicebat Dauid, Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebar. *Psal. 118.*

3 *Nunquid Deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit, quod iustum est.* Melius est intelligi id pro fundamento poni eius, quod dicturus est ad refutandũ, quod dixerat Iob, Vtinã appẽderẽtur peccata mea, &c, q̃ vt hoc refutẽt id ipsum, Præsertim cùm aliã, vt diximꝰ, illius loci septuaginta viri sententiã expresserint, aliaq; possit ex Hebræo reddi. Oportet autem textum ita contexere, vt nulla vera, & probata versio repellatur. Quia igitur multis pronũciaturus erat Baldad, iniquas

malè

Universidad de Deusto
Biblioteca

malè, bonis autē benè esse, vt id demonstret huiusmodi propositionē ponit verissimam quidem, neque potest ex ea quidquam falsi concludi. Sicut enim nō potest seipsum Deus, ita neque iudicium, & æquitatē pervertere. Dicit enim Dauid, Iustitia & iudicium preparatio sedis tuę. Et Hieremias ait, peruertere hominem in iudicio Dominus ignorauit.

Psalm. 80.
Thren. 3.

4 *Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.* Id est iustas pœnas dederunt.

5 *Tu tamen si diluculò consurrexeris ad Deum,* id est, Si diligēter, totoq; pectore te ad Deum conuerteris. Petita trāslatione ex ijs qui solicitè, & solerter negotiū aliquod administrant, qui manè consurgere solent ad illud tractandum. Ita Salomon dicit, Qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. [*Et omnipotentem fueris deprecatus,* Id est veniā eum oraueris. Iobum hortatur sicut Eliphaz, vt cum peccatorum pœniteat.

Proner. 8.

6 *Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.* Id est mox tui miserebitur. Et beneficijs multis angebit. Persequitur eandē propositionē, quam & Eliphaz, Impijs mala, pijs verò bona euenire, adhibuit autē speciē pro genere, Iobi filios pro iniquis, ipsum vero Iob scelerum pœnitentē pro bonis, paucis autem interiectis in toto genere bonorum & miquorum versatur, Sic viæ omnium qui obliuiscuntur, &c. Ita & Eliphaz dixit, Recordare obsecro te quis vnquàm innocens perijt, &c. Quam ob rem eodem modo quæ dicit Baldad distinguenda sunt quo, & quæ dixit Eliphaz. Si enim putauit bonos homines in hoc æuo in miserias, & calamitates non incurrere, sed feliciter beatèque viuere, contrà verò iniquos homines in malis, & ærūnis versari, vera certè non sensit. Nam è contrariò sæpissimè accidit, vt auctor est Dauid, de sceleratis hominibus verba faciens, Zelaui super iniquos pacem peccatorū videns, &c. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. De se vero dicit, Castigatio mea in matutinis. Ac deniq; Christus, & eius apostoli vnà cum profligatissimis tyrannis facilè talē opinionem refellent. Nec in ea re Dei iudicium peruertitur, sicut quidam impiè opinati sunt auctore Abacuc dicente, Quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Nam huius vitæ bona, non debentur bonis viris. Siquidē pro præmio suorum officiorum nō sunt eis à Deo proposita: sed ea tantùm, quæ futura æterna vita speramus. Quę quidem toleranter crucem ferentes, & Christum caput nostrum imitantes: a Deo merebimus. Nec etiam huius incōmoda, & detrimenta vitæ pro pœnis sunt à Deo sceleratis hominibus instituta: sed ea tormenta, quæ futuro seculo eos manent.

Abac. 1

Iudiciū nō peruertitur propter bonorū incōmoda, & iniquorum commoda.

7 *In tantū vt si priora tua fuerint parua, nouissima tua multiplicentur nimis.* Id licēt aliquando contingat, vt beato Iobo, & Ioseph: semper tamen euēturum non est bono viro sperandū. Sed in futura vita rationes, & spes suas repositas habere debet. Quod Christus docuit dicēs, Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi neque erugo neque tinea demolitur. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.

Matth. 6.

8 *Interroga enim generationē pristinā, & diligenter inuestiga patrū memoriā.* Sicut Eliphaz oraculum sibi redditum ci tauit, vt capite quarto narrauimus, ita etiam Baldad ci tat

tat superiorum tẽporũ memoriã. Doctrina verò per manus piorũ, religiosorũq; virorũ ad nos traducta, de
Eccli. 2. bet etiã haberi pro oraculo. Ex quo fit, vt Ecclesia parẽs religiosè traditiones (quas vocat) meritò amplecta tur: de qua re nos pluribus egimus libro nostro 1. de vera religione. Similiter autẽ Ecclesiasticus traditione probat hanc doctrinam, quam tradit hoc loco Baldad dicẽs, Respicite filij nationes hominũ, & scitote quia nullus sperauit in Dño, & cõfusus est. Quis enim permansit in mãdatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum & despexit illum, &c.

9 *Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniã sicut vmbra dies nostri sunt super terram.* Id est, paucos dies viuimus, & ob eam rem non possumus per nos multã rerũ scientiam cõparare: fit enim scientia, præsertim de officijs experiẽtia, vt docet Arist. 1. Metaphysico: requirit autẽ experientia longũ rerũ vsum. Quocirca debemus in maiorũ nostrorum doctrina versari, vt docti simus, & vt ex multorũ hominũ experientia scientia cõstet. Eodẽ argumento, quo & Baldad docet in principio aphorismorũ Hyppocrates artẽ esse difficilẽ quoniã ὁ βίος (ait) ἔστι χὺς ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, vita breuis, ars vero longa. Theophrastusq; narratur animã agẽs naturam accusasse, q̃ tam exiguã vitam hominibus dedisset, vt non possent omnibus perfectis artibus, & doctrina eruditi.

10 *Et ipsi docebunt te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.*

11 *Nunquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere ca rectum sine aqua?* גֹּמֶא gome, quod scirpus vertit vulgatus hoc loco, & alijs Papyrus, arbor leuis esse videur
Exod. 2. apta ad naues fabricãdas. Exo. 2. Cumq; iam celare nõ posset

posset sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eã bitumine, & Esaiæ, Qui mittit in mare legatos in vasis papyri. גֹּמֶא ahu verò, quod hoc loco carectũ vertit, septuaginta vero ἕλος ον, & in Genesi. 41. loca palustria, Septuaginta verò nomẽ Hebræũ posuisse videt ἀχί vertentes, Hebræis significat pratum, siue gramen, qua significatione loca facilius exponuntur vbi sit. Parabola igitur Baldad declarat impios diu florere nõ posse: quia sunt ab omniũ bonorũ fonte Deo alienati, sicut etiã de ijsdẽ dicit Dauid, Tanquam fœnũ velociter arescent, & quemadmodum olera herbarũ citò decident. Contra verò virũ probum confert ligno, Quod plãtatũ est secus decursus aquarũ, quod fructũ suũ dabit in tẽpore suo, & foliũ eius nõ defluet. Quoniã Deus eũ gratia, & amore suo prosequit, quare nullo calamitatũ & ærumnarũ æstu arescere, aut decidere, aut suis foliis spoliari potest. Sũt igitur vera hæc verba Baldad: si tamẽ illis vult perstringere Iob, significãs eius culpa in illas miserias incidisse, vehemẽter errabat. Semper enim verũ esse reperiet, quod capite tertio de amicorũ Iob sermonibus diximus, propositiones ratiocinationis esse veras, assũptiones verò falsas. Imo ex eo quod Iob tã copiosos fructus ex sua calamitate tulit, vt in fine libri narratur, satis planũ fit plãtatũ fuisse (vt dixit Dauid) secus decursus aquarum.

Esai. 18.

Genes. 41.

Psal. 36.

Psal. 1.

12 *Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, antè oẽs herbas arescit.* Id est quãtũuis exultet ramis foliis floribusq; abũdet, tamen si sperè ei res oẽs eueniãt, arescet tñ, ac decidet, atq; adeò quãuis nullus ei homo infestus sit, nemo dãnũ afferat, vt Nabuchdonosor nobis satis aperto exẽplo fuit arbori magnæ & forti, & cuius proceritas cælũ cõtingeret

apud

apud Danielem comparatus. Dauid etiam ait, Vidi im
Dani. 4. pium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedrus liba-
Psal. 36. ni, & transiui, & ecce non erat, & quęsiui eum, & non
Psal. 128. est inuentus locus eius. Sunt enim impij tanq̃ fœnum
tectorum, vt Dauid alio psalmo ait, quod prius quam
euellatur exaruit.

13 *Sic viæ omniũ qui obliuiscuntur Deũ, & spes hypocritæ peribit.* Hypochritam vocat impium, quòd alijs felix videatur, cùm certè infelix sit. Spem autem eius perituram dicit: quia, vt ait Esaias, Posuerunt mendacium
Esai. 28. spem suá, & mẽdacio protecti sunt. Subijcit etiã eius rationem Baldad in fine versus sequentis dicens.

14 *Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.* Non sapiunt iniqui nisi cõstricti supplicio, cum vident spes omnes suas fuisse fallaces frustraq; susceptos labores. Tunc desiderium peccatorũ peribit (vt
Psal. 113. ait Dauid,) cùm nullum ex peccatis fructũ, sed damnum maximum accepisse videãt. Itaque seelus abhorrent, nõ quia indecorum, sed quia incommodum sit.

Fiducia impiorum. Telæ vero aranearum comparat iniquorum fiduciã, quia rebus leuissimis, & infirmissimis spes nititur eorũ. Quid enim leuius quàm sine Dei ope, atq; adeò in
Esai. 59. uito eo se felicẽ esse posse putare. De eisdẽ etiã Esaias ait, Telas araneę texuerunt. Telę eorum non erunt in vestimentum, nec operientur operibus suis. Opera eo
Matth. 7. rum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Christus etiam apud Matthæum, similes eos esse dicit, viro stulto qui ædificauit domũ suam super are nam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et ob eam rem sapienter addit

addit Baldad dicens. 15 *Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget?* Nihil enim firmũ, nihil fixum & stabile est, quod Dei sit præsidio destitutũ. Atque adeò ædem suã Deus, quam sibi in Hierusalem imperauerat, in qua ob eam rem Iudęi, cum essent scelerati spem maximam subsidij sui posuerant, vt vanam huiusmodi spem, & fallacem ostenderet, euertit voluit, sicut est per Hieremiam minatus dicens, Fa-
Hier. 7. ciam domui huic in qua inuocatum est nomen meũ, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo, & proijciã vos à facie mea.

16 *Humectus videtur antequàm veniat sol, & in horto suo germen eius egredietur.* Ab hoc versu vsque ad decimum nonum ambigua valdè sunt Hebræa verba. Nã possunt cõuenire, & in bonum, & in scelerat um virum. Et ita vulgatus & Hebręi de bono viro dici interpretantur. Septuaginta vero viri de iniquo. Vtrunque igitur explicare oportet, & cum Hebræo auctore conciliare. Quod dicit antequàm veniat sol in Hebræo est קדם liphne sames, verbum de verbo significat Ante solem. Quare potest declarari antequàm veniat sol, vt declarat vulgatus & Chaldæus interpres, vel corã sole, vt alij Hebræi, & septuaginta auctores exponunt, Quod verò dicit *]in horto suo[* in Hebræo est גנה gana, quod hortum semper Hebræis significat. Septuaginta tamen interpretes σαπρίαν putredinem vertunt, intelliguntque hortum siue terram horti putrefactam siue stercoratam, quò melius plantas alat. Iuxta interpretationem igitur vulgati eam habet hic versus sententiam, vt postquàm de viris iniquis verba fecit, de

O bonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viri boni plantę cõferuntur.

bonis sermonem inducat. Quos in plantarum compâratione persistens comparat plantæ natiuum habenti humorem, antequàm sol oriatur, quo orto propterea fit, vt non arescat. Ita viri probi nullo calamitatum æstu concidunt, neque arescunt, quia diuina gratia & firmâ virtute imbuti forti & constanti animo quoscũque exantlant labores, aliosque suæ virtutis exemplo ad pietatem informant, & ad officium incẽdunt, sicut & plantæ humor tepefactus in horto alias congerminat propagines. Ita enim intelligitur illud, [*Et in horto suo germen egredietur.* Vel potius quod nullo æstu impedietur, quò minus magnos ferat iustitiæ, & pietatis fructus, vt ex Simone Oniæ filio cognoscitur, qui licèt magno miseriarum, & afflictionum vrgeretur ęstu, in officio tamen permansit, & magnas rei publicæ suę attulit vtilitates. Qui propterea ab Ecclesiastico flori cõfertur rosarum in diebus vernis, & lilijs, quæ sunt in transitu aquæ, & oliuæ pululanti, & Cypresso in altitudinem se extollenti. Et quasi plãtatio cedri in monte libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ. Iuxta interpretationem verò septuaginta interpretũ, qui de iniquo viro hoc dici volunt, ita explanandum est. Vt postquàm spes eorum fallaces esse ostenderit, infirmissimisq; nixas fundamentis, declaret ita rem habere, licèt aliquando florere, & stabiles esse videãtur, Humidus ergo aliquãdo videtur coram sole, id est sole humorem eius tepefaciente: vt tempore veris sit. Quo tempore germen eius pullulat etiam. Sic florere iniquus, & potens esse videtur, cũ prosperam trahit fortunam, eoque tempore multos habet amicos, multi eius gratiam sequntur. Sicut dixit Ezechiel, Ecce

Eccli. 50.

Iniqui plãtæ conferũtur.

Assur

Assur quasi Cedrus in libano, pulcher ramis, & frõdibus numerosus, ex celsusq; altitudine inter condẽsas frõdes eleuatũ est cacumẽ eius. Aquę nutrierunt illũ, Abyssus exaltauit illũ, flumina eius manabãt in circuitu radicũ eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius sup omnia ligna regionis, & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius prę aquis multis. Sequit aũt in Iob. 17 *Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur.* גל gal noster interpres aceruũ reddit petrarum. Sed proprie significat aceruum siue lapidum, siue terræ, siue aquarũ, id est, gurgitẽ atq; fluctũ. Sic Esaiæ. 48. ים גל gele haiá fluctus maris. Hinc etiã fit, vt fontẽ significet, vt exponit quidã Hebræus Iosue. 15. Chaldæus vero vertit שקיא sequia irrigationẽ. Quare illud super [*aceruum petrarum radices eius densabuntur,*] ita exponunt Hebræi, secundum fluctũ aut fontem radices aget. Ex quo etiam noster interpres explicatur. Id est, Radices eius densiores erunt aceruo petrarũ: quippe quæ sint irriguæ, ob idq; valdè augentur, densæque fiunt. Rursus illud [*inter lapides commorabitur*] verbum Hebræum est גדר haza, quod ferè semper videre significat. Sed hoc loco & Danielis. 8. significat Hebræis implicare, & intricare. Fortè hâc, & illãc diffundi, & expandi verbum propriè significat. Et hinc in aspectum translatum est, quòd se latius diffundat, ac eadem de causa in arborum radices. Hinc קרן הזות queren hazut cornu perplexum & implicatum Hebræi dicũt. Quòd verò noster interpres legit [*inter lapides,*] Hebraicè est domus lapidum. Fortè loco בדת bet quod nunc est, id est

Ezech. 31.

domus legit ipse בית ben, id est inter. Nam valdè similia sunt, quòd vna tantum litera inter se differant.

Boni firmas agunt radices.

Quare hic locus, si verbum de verbo reddatur, ita ex Hebræis conuertendus est. Domum lapidum implicat, vel distendit: quod est magnas radices agit. Eandé noster interpres habet sententiam, hoc est tam firmas radices aget, quasi lapidibus esset munitus. Persistit enim optimè in versione acerui petrarum. Non dubium autè est, quin firmissimas viri boni radices agãt, quòd secundum aquas plantati, hoc est, Deo cõiuncti sunt, eiusque gratia viuunt, & recreantur. Cui rei ipse

Ose. 14. testimoniũ dat per Oseã dicens, Ero quasi ros Israel, germinabit quasi lilium, & erumpet radix eius, vt libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius, vt libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabũt quasi vinea. Septuaginta verò auctores ita hunc locum reddunt, ἀθροισμὸν λίθων κοιμήσεται, ἐν δὲ μέσῳ χαλίκων ζήσεται in aggregatione lapidum dormit: in medio autem silicũ viuet. גל gal verterunt ipsi lapidum aggregationem, sicut & noster interpres aceruus petrarum, ea de causa quam diximus. Per paraphrasin autẽ explicarũt, Dormit, id quod ad verbũ est in Hebræo, Radices eius implicabuntur, seu densabuntur: vt noster vertit interpres, hoc est, Securus dormit, pacem multam agit, si-

Psal. 4. cut de se dixit Dauid, In pace in idipsum dormiam, & requiescã. Ad idem pertinet, quod sequitur in medio silicum viuit: hoc est, vndique munitus, & benè tutus esse videtur. Volũt autem (vt diximus) septuaginta visi de scelerato id intelligi. Conuenitq; optimè in illos, cùm læti viuunt, multique eis amici, multæq; diuitiæ

suppe-

suppetũt. Sicut ex Ezechielis loco citato intelligitur.

18 *Si absorbuerit eũ de loco suo, negabit vũ, & dicet, Non noui te.*

19 *Hæc est enim lætitia viæ eius, & rursum de terra alij germinentur.* Plantæ similitudine docet, quod dixerat versu septimo, In tãtum, vt si priora tua fuerint parua, & noui ssima tua multiplicentur nimis. Hoc est viri boni damna facilè resarciri posse, & in longè maiorem dignitatem ipsum restitui. Nam quemadmodum si planta viriditatem, & radices habens è loco suo ita penitus conuellatur, vt nullum eius reliquũ sit vestigiũ, (hoc enim significat cum dicit, [*negauit eum,*] & dicet, [*Non noui te,*] Id est, si quispiam, ita explantet eam, vt locus eius dicat, [*Non noui te.*] Itaque se habeat, ac si nũquam ibi plantata fuisset) nullum ex ea re detrimetũ accipiet. Nã alio loco plãtata, & maiores radices aget, & vehementius germinabit: & ita intelligitur, quod dicit. [*Hæc est lætitia viæ eius, vt rursus de terra alij germinentur.*] Hoc est: eius natura fert, vt ex hoc emolumentũ accipiat, si altero scrobe depangatur. Vt ex virgultis intelligitur, qui terræ cõmittuntur, vt in arborem insurgant. Ita vir pius licet aliquando aduersa fortuna iactetur maximamque faciat iacturam, facilè Dei ope ita restituitur, vt non incommodum, sed commodum maximũ ex calamitate sua accepisse videatur. Ita Christus se comparat cum grano tritici, quod in terra mor- *Ioan. 5.*
tuũ multum fructum affert. Et Paulus ait, Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & *Rom 6.*
resurrectionis erimus. Quadrãt etiam hi duo versus in impios, de quibus (vt diximus) explicantur à septuaginta auctoribus: hoc est, quanuis iniqui securè viuere, & satis firmis præsidijs muniti videãtur, cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen Deus pœnas ab eis voluerit repetere, ita penit⁹ suis fortunis, & opibus euertẽtur, quẽadmodũ planta aliquãdo ita radicitus cõuellit, vt nullũ eius in scrobẽ, Psal. 36. vbi erat, appareat vestigiũ. Ita Dauid ait, Vidi impiũ su perexaltatũ, & eleuatũ sicut cedros Libani: trãsiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Illud autem, [*Hæc est enim lætitia viæ eius,*] quod ad verbũ ex Hebræo noster ex spressit interpres, Septuaginta ita traduxerunt ὁ τὴ κατασροφὴν ἀσεβῶς τοιάυτη quoniam subuersio impij huiusmodi, hoc est: huiusmodi exitum habebit lætitia, & prosperitas impij. Paraphrasi enim vsi sunt, vt id iuxta suam sententiam explicaret, cùm hos versus de viris iniquis (vt diximus) intellexerint, vt ex hoc loco cognoscitur. Quod sequitur autem, [*vt rursum de terra alij germinentur.*] Græcè ἐκ δὲ γῆς ἄλλον ἀναβλαστάσα è terra verò alium germinabit, subaudi impium, id est, Quanuis ita acerbè agatur cum impio, ita conuellatur, & penitus euertatur, tamen non deerit alius, qui eius peruersum sequatur exemplum. Proprium enim impij est, cum sit stultus non cauere, neque aliorum periculis sapientiorẽ fieri: vt ex tertio, & quarto libro Regum facilè patet. Qui maximas narrant clades Regum Israel: nemo tamẽ alterius misero, & calamitoso exẽplo cautior reddebatur. Hoc est, quod Salomõ dicit in Prouerbijs, Sapiẽs timet, & declinat à malo, stultus transilit, & confidit.

20 *Deus non proijcit simplicem, nec porriget manum malignis:* Concludit totius statum controuersiæ. Ita etiam dixerat Eliphaz cap. 4. Quando recti deleti sunt? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatẽ, &c flante Deo periisse. Non potest autem Deus (vt dicit Baldad) simplicem

plicem proijcere, cùm eius similis valde sit: & vnaquę que res sicut se, ita & sibi similem diligit. Præsertim cùm dicat Dauid, Tibi derelictus est pauper: orpha- Psal. 9
no tu eris adiutor. [*Nec etiã porriget manũ malignis,*] Id est eis non fauebit, nec erit adiutor, cum Deo ipsi repugnent, & valde contrarij sint. Dicit etiã de Deo Dauid, Conteret brachium peccatoris, & maligni.

21 *Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.* Persistit in eo quod dixerat, Euigilabit ad te, & eum tãtum, vt si priora tua fuerint parua, nouissima tua multiplicẽtur nimis. Ait ergo modo, Euigilabit ad te. Id est tibi aderit, tãtisque bonis in dies augebit, donec à malis omnibus recreatus vehementer læteris, maximasq; Deo gratias agas. Ita enim bonis accidit hominibus, vt post magnas calamitates consolationem, & lætitiam maximam accipiant dicente Dauide, In conuertendo Dominus captiuitatem Syon facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Septuaginta interpretes hunc, & sequentem versum non ad Iob secũdam personam, sed ad tertiam referunt, non os tuum, sed ἄνθρωπον verorum traducentes. Nam etiam in Hebræo transitur à tertia persona in secundam. Siquidem superiori versu de tertia loquebatur, non proijcit simplicem, neque porriget, &c. Et propterea septuaginta tertiam personam reliquerunt etiam sequentibus. Non enim transitus à persona in personã tam frequenter à Græcis atque Latinis, quàm ab Hebræis vsurpatur. Psal. 125.

22 *Qui oderunt te, induentur confusione,* Id est sanctorum virorum inimici conturbabuntur, & magno afficientur pudore, cum eos à malis vindicatos felicem vitã

Universidad de Deusto
Biblioteca

agere,& gloria florere videant. Id quod fortè Baldad, & alij Iob amici postea experti sunt, cum Iob, & è malis emersisset, & multis à Deo ornatꝰ fuisset benefi-
Iob. 42. ficijs, ipsi vero reprehensi fuissent, ꝙ non locuti fuerint rectum coram eo, sicut seruus suus Iob, vt in fine
Psal. 70. libri narratur. Et Dauid ait, Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mihi. [*Et tabernaculum impiorum non subsistet.*] Quantunuis ab eis pro viribus parte magnis munitionibus firmetur, quia super arenā semel fundatū fuit, vt est in Matth. Sicut etiā an-
Matth. 7. tè dixeratipse, Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget. Dauid etiam sceleratis hominibus imprecatur dicēs, Fiat habitatio eo-
Psal. 68. rum deserta: in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.

CAPVT. IX.

A ET respondens Iob, ait.

2 *Verè scio, quòd ita sit; & quòd non iustificetur homo compositus Deo.*

3 *Si voluerit contendere cū eo, non poterit ei respondere vnū pro mille.*

4 *Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?*

5 *Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo.*

6 *Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur.*

7 *Qui*

7 *Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.*

8 *Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris.*

9 *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora* B
Austri.

10 *Qui facit magna, & incōprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.*

11 *Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, no intelligam.*

12 *Si repente interroget, quis respōdebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis?*

13 *Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuātur, qui portant orbem.*

14 *Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?*

15 *Qui etiā si habuero quippiā iustum, non respondebo, sed meū iudicem deprecabor.*

16 *Et cum inuocantē exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam.*

17 *In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.*

18 *Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus.*

19 *Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, ne-* C
mo audet pro me testimonium dicere.

20 *Si iustificare me voluero, os meum condēnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.*

21 *Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.*

21 *Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit.*

23 *Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentium rideat.*

24 *Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit, quòd si non ille est, quis ergo est?*

25 *Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.*

26 *Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam.*

27 *Cùm dixero, Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.*

28 *Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.*

29 *Si autem, & sic impius sum, quare frustra laborauí?*

30 *Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ.*

31 *Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.*

32 *Neque enim viro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecũ in iudicio ex æquo possit audiri.*

33 *Non est qui vtrunq; valeat arguere, & ponere manũ suam in ambobus.*

34 *Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat.*

35 *Loquar, & non timebo eũ, neque enim possũ metuens respondere.*

Tresponsens Iob ait.

2 *Verè scio, quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo.* Concedit fundamentum, quod iecit Baldad ad disputandum cũ Iob, Deum non supplãtare iudicium, nec omnipotentem subuertere, quod iustum est. Quod planũ & cõtestatũ esse demõstrat ex eo q̃ homo Deo cõparatus nõ possit iustificari, iustificaretur autẽ, si Deus in eo puniendo supplantaret iudiciũ. Pro iure enim suo diceret

diceret ei, Cur me indignè punis? in quo peccaui? quid commerui? Cur inquus erga me es? Iustificatur autem Deus, cùm hominem vlcicitur, atq; vindicat, idque ingenuè homine fateri oportet (vt dicebat Esdras,) Et nunc quid dicemus Dñe Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua. Domine Deus Israel iustus es tu, quoniam derelicti sumus, qui saluaremur, sicut die hoc. Ecce coram te sumus in delicto nostro, non enim stari potest coram te super hoc. Vel vt Christus dicebat, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Semper enim existimandum est Deum æquum exercere iudicium, quæcunque in nos ratione animaduertat. Diximus etiam de hoc huius libri capite quarto, cũ illud Eliphaz tractaremus, Nunquid homo Deo comparatione iustificabitur? *1. Esdr. 8.* *Matth. 26.*

3 *Si voluerit contendere cũ eo, non poterit ei respondere vnũ pro mille.* Id est, si quispiam temerarius homo auderet se cũ Deo comparatũ iustificari, ac iudicio cum illo cõtenderet quærens, Quid commerui? ex mille criminibus, quę a Deo intenderẽtur ei, vel vnum nõ diueret. Estque numerus finitus, pro infinito, sicut dixit Dauid, Mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesterna. Quare non contendere cum Deo, sed tacere debet homo, in malis, & incõmodis, quę patitur, sicut narrat Amos monendũ esse eum, qui tot funera è domo sua efferre visurus erat, Et dicet, (ait) ei: tace, & non recorderis nominis Dñi, quia ecce Dñs mandauit, & percutiet domũ maiorẽ ruinis, & domũ minorẽ scissionibus. Dauid etiam de se scribit, obmutui, & nõ aperui os meũ, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas. *Psal. 89.* *Amos. 6.*

4 *Sapiens*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Sapiens corde est, & fortis robore.* Probat cum Deo minimè contẽdendum esse: nam si sapientia & equitate, cum illo contendamus, sapientissimus est: si viribus, fortissimus. Quare rectè addit.

[*Quis resistit ei, & pacem habuit?*] Id est, quis victoriam in bello cum eo consecutus fuit? aut non magnum detrimentum fecit?.

5 *Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo.* Probat ex effectis Iob Dei summã esse potentiã atq; sapiẽtiã, Ex eo, quod nescisse dicit mõtes, quos subuertit. Existimo autẽ hãc mõtiũ trãslationẽ aquis diluuij esse factã cuius erat multa, & recens tẽporibus illis memoria. Nõ enim dubium est, quin magnas tũc terra agitationes habuerit, alioſq; montes explanatos, aliosq; denuò altissimos esse factos. Ná si flumine exũ dãte magna per agros glebarũ, & lapidũ accidit commutatio, quid tanta inundatione, vt vniuersa terra tot dies aquis esset submersa, ita vt quindecim cubitis, altissimis montibus altior esset, non agitatum, & commotum fuisse putemus, Quem tunc totius maris æstum fuisse credemus: si Oceanus ipse per se æstu maximo feruet? Quare mihi persuadeo longè diuersam terræ faciem, atque formam diluuium reliquisse. Ita enim intelligo illud, quod narratur in Genesi de quatuor illis fluminibus Phison, Geon, Tigri, & Eufrate, quòd vno fluuio cuniuncti, qui vniuersum rigabat paradisum, postea in hos quatuor diuidebatur. Cũ Eufrates, & Tigris notissimi sint, qui tamẽ ex lõgè diuersis montium Armeniç partibus oriuntur, Babyloniçq; cõ.ũcti vno eodemq; alueo in mare Persicũ in trant. Suntq; longè ab eo dijuncti, qui Æthiopiã alluit, qui

Diluuium lõge diuersam terræ faciem reliquisse.

Genes. 2.

qui Nilus esse putatur, & ab alio qui terrã Abilad, qui Ganges esse creditur. Quæ flumina non nisi diluuio tam longè latèque modo separata sunt. Ex hoc ergo puto diuersam terrę formam post diluuium remansisse, & tunc hos montes esse translatos, de quibus hic loquitur Iob, præsertim cũ dicat ipse. [*Et nesciunt hi quos subuertit in furore suo.*] Quod de illa hominum multitudine, quæ Dei maxima ira obruta perijt, intelligitur.

5 *Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur.* Ponit alium Dei effectum ad eius summam potẽtiam cum infinita sapientia coniunctam demonstrandam. Q[redacted]

Eccleſt.

Motus ra non contra pturã.

cat

[redacted], poteũt tamen in terræmotus cõuenire, quibus nõnunquam terra conquaſſatur. Vel potius vt ſignificet reuerentiã maximã, quam exhibet terra Deo, timorẽq; quo illũ veneratur, & inſsis eius obtẽperat, vt nutu eius tota tremeſiat, atque diſcedat. Sicut quidã de Ioue dixit, Nutu tremefecit Olimpũ. Dauid etiam ait, Cõmota eſt, & cõtremuit terra: fũdamẽta mõtiũ cõturbata ſunt, & cõmota ſunt, quoniã iratus eſt eis. Ita enĩ in mõte Synai labes maxima facta fuiſſe narratur, eũ Deo in illũ, vt legẽ ferret, deſcẽderet. Vt alio loco canit ipſe Regius vates, Mõtes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouiũ. A facie dñi mota eſt terra ã facie Dei Iacob. 7 *Qui præcipit ſoli, & nõ oritur, et ſtellas claudit, quaſi ſub ſignaculo.* Poſſumꝰ locũ hũc interpretari de illa naturę lege, qua dies noctesq; inter ſe ordine ſapiẽtiſsimo ſuccedũt. Id eſt, Qui ſoli cõſtituit tẽpus, quo eũ oriri, vel nõ oriri oportet. Stellis etiã, quo vel apparere mortalibꝰ, vel nõ apparere debeãt. Quas clauſas quaſi ſub ſignaculo dicit alludẽs ad rationẽ agendi eorũ, qui ſuatãtũ volũtate volũt aliquid vel oſtẽdi, vel non oſtẽdi. Quod ſolet ab eis ſignari, vt literas ſignamꝰ, ne aperiãtur, niſi ab eis, ad quos mittũtur. Ita Deꝰ ſtellas claudit, quaſi ſub ſignaculo, quia ſua voluntate eas vel oſtẽdit homi-

Psal. 17.

Psal. 113.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus, vt nocte fit: vel celat, vt die contingit. Ex
Psal. 18. hac etiam dierum noctiumque vicissitudine Dei potē
tiam, & maiestatem prædicat Dauid dicens, Cæli enar
rant gloriam Dei, &c. Dies diei, Eructat verbū & nox
nocti indicat scientiam. Ex ortu etiam solis paulo post
dicens, In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tan
quàm sponsus procedens de thalamo suo. Et alio lo-
Psal. 103. co, Fecit lunam in tempore, sol cognouit occasum suū:
posuisti tenebras, & facta est nox, &c. ortus est sol,
&c. Vel potest locus intelligi de tenebris, quas aliquā
do Deus nonnullis regionibus obduxit ad homines
sceleratos vindicandos, vt in Exodo Egyptijs euenis-
se scribitur, & in Matthæo Iudæis Christo moriente.
Explicatur etiam à Chaldæo, de nubibus in cælo coa-
ctis. Prior tamen expositio mihi magis accommoda-
ta videtur.

8 *Qui extendit cælos solus*, id est efficit, atque creat, quos
extendere dicit, quia variores sunt natura sua cæteris
Psal. 103. vniuersitatis partibus. Sic etiam dixit Dauid, Exten-
dens cælum sicut pellem. Hebræique vocant firmamē
tum siue cælum רקיע raquiha, quod est propriè
expansum aut extēsum. [*Et graditur super fluctus maris.*
Id est imperat mari, & res mirabiles edit in illo, sicut
Psal. 103. dixit Dauid, Qui ponis nubem ascensum tuum, qui
ambulas super pennas ventorum: id est, nubes agis, &
impellis quò vis, & ventorum impetū coerces, vel ex-
citas, sicut eques equū, quo insidet, reprimit & impel-
lit. Ita Iob dicit Deū gradi super fluctus maris. Quia
eius voluntate, vel sedatur, vel agitatur mare, & mira-
bile videtur omnibus: dicente Dauid, Mirabiles elatio
nes maris: mirabilis in altis Dominus, & alio psalmo,

Qui

Qui descendunt mare in nauibus, ipsi viderunt opera Psal. 106.
Domini & mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit
spiritus procellæ. Et exaltati sunt fluctus eius. Sequi-
tur autem.

9 *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri.* Vt hunc locum, qui nonnihil habet dif-
ficultatis, explicemus, oportet primò animaduertere
non eodem ordine hęc stellarum nomina apud vulga
tum poni, quo sunt in Hebræo: quod latuit Pagninū,
& ob eam rē in sua versione huius loci, & in suo the-
sauro in dictione עיש hus nonihil errauit. In sua ver-
sione, quoniā עש has, Arcturum trāduxit. In suo the-
sauro, quod putauerit etiam vulgatum, qui Hierony-
mus est illi, ita hic traduxisse. עש has verò nō Arctur ū,
sed Hyadas significat, quæ tertio loco sunt in vulgato
nostro. Quod planum est, primò ex natura nominis,
nam oritur à radice עוש hus, quæ congregare signifi-
cat. Quare significabit congregationem stellarum, cu
iusmodi Hyades sunt. Tum quòd septuaginta viri nō
Arcturum, sed Pleiades cōuertūt, quę cædē, quę Hya
des à nonnullis esse putantur, vt mox dicemus: saltem
nemine discrepante sunt stellarum congregatio. Acce
dit ad hoc, quòd vulgatus noster כימה Chima, quod ter
tio loco hic ponitur in Hebræo, quod Hyades hic Pa
gninus vertisse putauit, in Amos capite quinto, versu
octauo Arcturum interpretatur. Non ita verò facilè
posset explicari vulgatus, si idem nomen hic Hyades,
& in Amos Arcturum explicaret. Quare coniectura
non leuis est inuerso ordine hæc syderum nomina
posita esse in vulgato, vt quod in illo, primo, in He-
bræo tertio loco ponatur, & quod in illo, tertio, in He

Universidad de Deusto
Biblioteca

bræo sit primo loco, & ita facilè hæc versio, cum septuaginta virorum versione, & cum Amos loco citato conciliatur. Sed huius libri. c. 38. vers. 31. כימה cima Pleiades transfert vulgatus, quare ambigua hæc vox ipsi fuisse videtur. Hyades igitur stellæ septé sunt in capite Tauri ἀπὸ τοῦ ὑεῖν Græcis dictæ, quod est pluere. Quòd pluuias, quando oriũtur, vel occidũt, afferre solent. Has Latini Suculas vocant ignorãtia Græcę linguæ, vt Tyro Ciceronis libertus opinabatur, quòd ἀπὸ τῶν ὑῶν, hoc est à suibus duci putarent, vt Gellius narrat lib. 13. cap. 9. Congruunt verò Hyades cum natura Saturni, & nonnihil cũ natura Mercurij. Licèt earũ maior, quæ est primę magnitudinis, sit natura Martis: quam Latini Palilicium Chaldæi Aldebarã Græci λαμπαδίαν nominant. Cuius longitudo temporibus Ptholomæi duodecim partibus Tauri cum latitudine Australi partibus. 5. scrupulis. 10. Septuaginta tamẽ viri πλειάδα trãsferunt, quæ easdem, quas Hyades Proclus de Sphera esse duxit: nam eas etiam collocat in frõte Tauri. Quidã tamen Vergilias, quas Latini dicũt esse credũt, quę ante genua Tauri ponunt, pertinętque ad naturam Saturni, & aliquantulum ad naturã Veneris. Quòd Oriona dicit in Hebręo est כסיל cheçil. Quod hoc loco, & in Amos, & vulgat⁹, & Hebræi Oriona declarant. Est autem nõ stella, sed Sydus Australe iuxta frõtem Tauri ex stellis. 38. cõpositum, quarum duæ tantùm sunt primæ magnitudinis. Vna quæ in humero eius dextro refulget subrussa Martique, & aliquãtulũ Mercurio attribuitur. Pertinebatq; Ptholomæi tẽporibus ad part. 2. geminorũ cum latitudine Australi par. 17. Altera splẽdida in sinistro pede, quæ est

quæ est ei cum fluuio cõmunis: estq; Iouialis, & nonnihil Saturnalis in Tauri partibus. 19. cum scrupulis. 50. Solent autem oriente Orione tempestates maximæ excitari. Et ita quidam poeta dixit.

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.

Septuaginta tamen auctores ἑσπερον vesperum transtulerunt, qui est planeta, quem Venerem Astrologi vocant. Ex quo apparet nõ satis exploratam esse huius nominis significationem, sed cum parum attineat ad Iob vel spiritus sancti sententiam assequendam, quæ nam hæc sydera sint exacte scire, leuiter id curadũ est. Quod significarunt septuaginta interpretes, cùm illud Amos cõuentẽtes facientem Arcturũ, & Orionẽ, Prætermittẽtes species, genus transtulerũt, sic ὁ ποιῶν πάντα καὶ κατασκευάζων faciens, & adornans omnia. Quòd Arcturũ dicit in Hebręo est כימה chima (vt diximus) tertio loco positum in Hebræo, & ita conuertunt septuaginta, & ipse vulgatus in Amos: sed huius libri. c. 38. vers. 31. כימה chima Pleiades transfert vulgatus. Quare ambigua hæc vox fuisse videtur ei. Dicitur autem à Græcis Arcturus παρὰ τὴν τῆς ἄρκτου οὐρὰν. Id est, ab Vrsinæ caudæ similitudine. Est enim quasi in cauda Bootæ signi. Nam describitur à Ptholomæo inter eius crura. Cuius longitudo temporibus Ptholomæi viginti septẽ Virginis partibus fuit: latitudo verò est Borealis partibus triginta & vna, scrupulis verò triginta. Estque primæ magnitudinis. Quòd si stellarum, quas nunc commemorauimus, longitudini partes addas. 27. & scrupulos. 2. quibus equinoctia præcesserunt, huius tẽporis loca dodecatemorijs cõstabũt. Arcturus igitur Bootæ syderis stella est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius ortus, & occasus tempestates solet commouere. Has ergo stellas per Synedochen pro toto genere posuit stellarum, ex quibus cognosci vult admirabilem potentiam, & sapientiam Dei, qui eas fecit, & per eas orbem terrarum gubernat, moderatur, & eius rationes procurat. Certum enim est, vt Aristoteles ait, Hunc mundum inferiorem regi vi, atque motu superioris. Hoc loco non prætereundum silentio est, quàm longè sit antiquior in ecclesia, & populo Dei Astrologiæ cognitio, quàm vel apud doctissimos quosq; paganos. Nã huius destributionis stellarũ in sydera primos mentionẽ fecisse legimus Esiodum, & Homerũ: quibus plus mille annis Iob antiquior fuit.

10. *Qui facit magna, & incõprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.* Conclusio est eorum, quæ dixerat, qua generatim enunciat, quæ speciatim pronunciarat. Declarauimus autem hunc versum capite quinto: eandem enim habet sententiam, eisdẽque apud Hebræos verbis elatam, quam ille, quem dixerat Eliphaz, Qui facit magna, & inscrutibilia, & mirabilia absq; numero. Quod magno mihi argumento est plurimi esse faciendos sermones amicorum Iob, cùm eos sibi vendicet ipse ad suam causam defendendam. Hoc etiam probat id, quod nos capite quarto posuimus propositiones eorum esse veras atque doctissimas, assumptiones tantùm ratiocinationis esse falsas. Ex quo fit, vt nihil concludant, quod Iob summæ dignitati deroget. Non solum autem verba, atque sententias Iob ab Eliphaz, sed etiam methodum, & rationẽ disserendi mutuatus est, vt ex sequenti versu constabit, ait enim,

11. *Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam.*

Quemad-

Quemadmodum Eliphaz quinto capite Dei summã potentiam disputauit, & ex effectis naturalibus, & ex effectis moralibus: ita & Iob eandem persequitur rationem. Positisq; rebus naturalibus, accedit modo ad morales, & in ea re versatur, quæ est totius suæ causæ firmamentum, & ad se defendendum, & ad refutandos aduersarios suos. Quoniam Eliphaz, & Baldad hominum pietatem, & voluntatem Dei erga illos ponderare videbantur ex commodis, vel incommodis, quibus afficiuntur à Deo, vterque enim ample disseruit bonis bene, impijs verò malè esse. Quod quomodo intelligi oporteat, vt verum sit, proprijs locis explanauimus. Sed quia in eo tantùm Iob detrahebant, si assamerent, ob eam rem Iob detrimentum fecisse, quòd esset iniquus. Ipse hoc loco ratiocinationis assumptionem refellens sapientissimè tractat, ex commodis, vel incommodis, quæ homines à Deo in hac vita suscipiunt, concludinõ posse, se cum illis Deum amicè, vel inimicè gerere. Nã ita Deus in hoc seculo cum hominibus dirigit amicitiam, vt eos beneuolentia Dei erga illos omnino lateat. In quo Dei eximia potentia cum summa sapientia coniuncta vehementer apparet, vt cùm tot singulis hominibus, & emolumenta, & detrimenta, quam diu viuunt, afferat: cognosci tamen non possit, vtrum, a maleuolo, vel beneuolo in eos animo proficiscantur. Ex hac etiam re Salomon admirabilem Dei potentiam commendat dicens, Et intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem, eorum quæ fiant sub sole, & quantòplus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse,

Eccles. 8. & 9. Dei sapientia & potẽtia ex officijs erga homines.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non poterit reperire. Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem. Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Tum hac doctrina vehementer refelluntur, & irrita fiunt Baldad, & Eliphaz, quibus in Iob inuehebantur, orationes. Tra ctauimus autem nos hunc locum, & quem citauimus Salomonis in libro nostro secundo de vera religione c. 19. vt probaremus aduersarijs nostris hæreticis, Bar. nihil certi nos habere posse vtrum in gratia simus cum Deo: & tota, quam tradidimus doctrinam, hoc loco implicata est. Ait ergo Iob. [*Si venerit ad me.*] Id est, si mihi benevolus adfuerit, [*Non videbo eum si abierit.*] Id est, si à me alienatus fuerit, mihique malevolus defuerit, [*Non intelligam.*]

Voluntas Dei erga homines non cognoscitur.

12 *Si repente interroget, quis respondebit ei? vel, quis dicere potest cur ita facis?* Quoniam superiori versu acutissimè funditus deiecit aduersariorum præsidium, ex quo illi erant infesti. Nunc refutat illud, quod superiori capite multis Baldad disputauit, suæque videbatur esse orationis status, Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem feceris deprecatus: Si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ. Nam si intelligat id de huius vitæ damnis, quæ resarciri existimet, simul ac quispiam Deum fuerit precatus, & eius clementiam implorauerit, id refellit Iob. Nam contingit nonnunquam, vt iram Dei, & pœnas, quas in hoc sæculo nobis imponit, nullis precibus, nullis lachrymis à se homo deprecari possit. Siquidem dubium non est, quin peccati sui pœnitentiæ

Adam, Deumq; fuerit precatus: pœnas tamẽ omnes, quas statuit ei, pependit, & ad hanc diem eius posteri persoluunt. Dauid etiam vehementer in scelere suo doluit: nihil tamen effugere potuit eius supplicij, quod ei Deus, vt Nathan prædixit, excogitauit. Ita etiam Moysi, & Aaron noxam quidem ignouit: pœnam tamen non videndi hæreditatem populo promissam sumpsit ab eis. Ita cùm Samuel nuntiaret Saul Supplicium ferendum, pro eo, quod non exciderit vniuersum regnum Agaga addidit, Porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: nec enim homo est, vt agat pœnitentiam: qui locus hac ratione de pœna in hoc sæculo soluenda optimè explicatur. Quod etiã non semper precibus venia impetrari posset à Deo supplicij in hac vita pro scelere constituti, vt Baldad significare videbat, satis demonstrant illa verba, quæ Deus Hieremiæ dixit, Si exiterint Samuel, & Moyses coram me, non est anima mea ad populum istum. Bijce illos à facie mea, & egrediantur. Id est, mecũ precibus suis non agent, vt in exilium eos non pellam. Hanc rem latius persecuti sumus in Zacharia nostro capite primo, versu duodecimo, & capite quinto, versu octauo. Et propterea dicit Iob. [*Si repentè interroget.*] In Hebræo est si יחתף iahatoph si rapiat, id est in supplicium. Et ita septuaginta transtulerunt ἁπτόμενος si deleat. Sed quia vulgatus rectè etiam intellexit, si rapiat in iudicium, vt coniungatur aptius cum eo, quod hoc capite dixerat, Si voluerit contẽdere cum eo, non respondebit ei vnum pro mille: id totum liberiore versione explanauit vertens, Si repentè interroget. [*Quis respondebit ei?*]

Genes. 3.

2. Reg. 12.

Pœnarũ in hac vita soluendarũ venia a Deo nonnũquã impetrari nõ potest.

1. Reg. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Hebræo quis השיבנו ieſibenu, reuocabit eũ, & ſic ſeptuaginta reddiderũ ἀθῆσει cõuertet. Id eſt, quis eius reprimet iram, & ſupplicio liberabit. Vulgatus verò [*reſpondebit ei?*] traduxit, vt melius coagmẽtaretur ſuę Paraphraſi, qua [*interroget*] proximè cõuerterat, [*vel quis dicere poteſt, cur ita facis?*] Id eſt, quis cum eo contendet, vt eum coerceat? cum triumphator ſit, & pœnitudine non flectatur, vt Samuel dixiſſe commemorauimus. Quod amplius ſequenti verſu ipſe Iob declarat dicens.

13 *Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt.* Quoniam ipſe omnium potentiſsimus eſt. Et idcircò ſcribitur in ſapientia. Quis dicet tibi, quid feciſti? aut quis ſtabit contrà iudicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes quas tu feciſti? Non enim eſt alius Deus quàm tu. In Hebræo verò eſt, ſi verbum de verbo conuertamus, Deus non reuocabit iram ſuam. Id eſt, ſi ſemel aliquem in hac vita vlciſci omnino decreuerit, vt ex multis ſcripturæ locis à nobis proximè probatum eſt. Et in hanc & vulgati ſententiam, ſeptuaginta reddiderũt ὁ θεὸς κ' ἀναπόστρεπτος ὀργή Deus cuius ira eſt irreuocabilis. [*Et ſub quo curuantur, qui portant orbem.*] Probat neminem ei poſſe reſiſtere. Nam ij qui videntur auxilium ferre poſſe, ei quę reſiſtere, quia potentes habentur, Reges ſcilicet, & Principes, qui ad gubernacula ſedent orbis terrarum. Et propterea orbem portare dicit: hi inquàm, [*curuantur ſub eo.*] Id eſt, ei victi cedunt, cùm eos ipſe aliquando infregerit, & vehementer debilitauerit. Vt in diluuio expertum eſt, & in exciſione Sodomæ, & Go-

Sapien. 2.

& Gomorrhæ, & Pharaonis. Et hac de cauſa ei canit Dauid, Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum, in brachio virtutis tuę diſperſiſti inimicos tuos. *Pſal. 88.* Septuaginta transferũt ſub ipſo curuantur ὑποκάτω αὐτοῦ ſub eo cete quæ ſub cælo ſunt. Doctiſsimè quidem, & huic libro aptiſsimè potentes homines parabolicè cete vocantes, ac Deus in huius libri capite quadrageſimo ſuam oſtendit potentiam, ex eo quod beſtias domet immaniſsimas, vt elephantem, & cete. Draconem etiam vocant Dauid, & Eſaias Pharaonem. *Pſal. 73.* *Eſai. 51.* In Hebræo autem vtroque loco eſt תנין tanin cetus. Hic verò locus Iob, de quo verba facimus, ita eſt in Hebræo, Sub eo curuãtur, יחרו רהב hozre rahab, adiutores ſuperbiæ. Reges etiam & principes ſignificat. Quos viri, qui tantùm humana ſapiunt, firmiſsimum auxilium ferre poſſe confidunt: eos tamen fallet ſpes, ſi Deus ſtomachum ſuum erumpere decreuerit. Nam tunc huiuſmodi ſolet adiutores proſternere, vt infirmiſsimum præſidium habere cognoſcamus: dicente Eſaia, Dominus inclinauit manum ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumentur. *Eſai. 31.*

14 *Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeam ei, & loquar verbi meis cum eo.* Concludit ex maiori ſe non poſſe Deum ſibi iratum pœnasque ſumentem ab ira reuocare, aut precibus vllo modo placare. Contrà quàm dixerat Baldad, Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, &c. Nam ſi nemo, atque adeò qui potentiſsimus videtur, ei reſiſtere poteſt quò, magis ego

miser atque afflictus non poterat. Putabat enim Iob non posse morbum suum depelli, qui pestilentissimus & insanabilis natura esset, seu diuinum esse decretum. Quare vanam, & inutilem dicebat consolationem, quam ei afferebant amici, valetudinem, si in Deum conuerteretur recuperaturum.

15 *Qui etiam si habuero quippiam iustum non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.* Id est etiam si iustus, & pius fuero non contendam cum eo, neque pro mea iure postulabo, vt me tantis malis, & calumniatoribus vindicet. Sed id tantum precabor, & eius clementiam, & misericordiam in hac re implorabo. Quo oratio confutatur Baldad dicentis, Si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te: & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: si in hac vita id necessario futurum esse intellexit. Nam possunt quidem viri sancti iusti que pro iure suo à Deo petere, vt supplicijs apud inferos constitutis liberentur, vt beata, & æterna vita donentur, vt in hoc seculo bonis spiritualibus augeantur. Nam id meritis Christi insunt is consecuti sunt, vt hæc verè à Deo mereri, & ad hæc habenda ius suum experiri possint. At huius commoda vitæ, opes, honores, amicos, integram valetudinem, sicut non promerentur, ita neque pro iure suo poscere possunt. Christus enim tantum, vt nos Deo reconciliaret, æternæque vitæ ius nobis restitueretur, res tam præclaras gessit, & tantas diuitias persoluit. Quare eius tantùm habent, & potestatem viri boni, vt Dei sint filij, & eius perpetui hæredes regni. Huius verò vitæ bona tantum abest, vt officij suis promereantur, vt ea potius de Christi ser-

Ioan. 1.

uatoris consilio negligere, & contemnere debeant. Et ita facilè intelliguntur septuaginta viri, qui illud, [*Non respondebo.*] paulò reddunt obscurius, ita traducentes οὐκ εἰσακούσεταί μου, non exaudiet me. Id est, pro iure suo poterit precibus meis non respondere. Animaduertendum etiam est, hoc & superiori versu septuaginta auctores primam personam, in tertiam conuertisse, & tertiam in primam. Et verbum Hebræum, quod respondere significat, audire interpretatos fuisse. Nam superiori versu illud, [*respondeam ei,*] ipsi Audiat me interpretati sunt. Hoc verò versu illud, [*non respondebo,*] interpretati sunt, Non exaudiet (vt diximus) Quod cum semel, & iterum simul ab eis factum sit, non temerè id, aut ignoranter fecisse, sed magno consilio credendum est. Forte Audiet conuerterunt, quod consequens sit eius, quid est, [*respondebo,*] id est, si me audiet concedendo, vt cum eo disputem atque disceptem. Nam respondere hîc, disceptare est, atque disputare. Tum etiam, quia respondere, cùm in Deum transfertur, audire est. Respondet enim ipse eis, quos audit, vt ex sequenti versu cognoscitur. Quo idem verbum exaudire interpretatur vulgatus, illud verò quod superiori versu vulgatus dicit, [*Et loquar verbis meis cum eo,*] verbum de verbo in Hebræo est eligam verba mea ad illum, id est accuratam, & studiosè compositam ad illum orationem habeam. Septuaginta verò primum etiam personam tertiam conuertentes traduxerunt, δώσει ῥήματα τοῦ μὴ ἐκλέξασθαί με, dicet mihi ipse facultatem faciat disceptandi veniendique in iudicium cum eo, ac meū ius persequēdi, oratio

nemque ad eam rem verbis selectissimis ego componam. Ipse tamen discernet. Id est ponderabit verba mea, vt cognoscat quidnam ego iuris habeam. Sequitur autem.

16 *Et cum inuocantem me exaudierit, non credo, quod audierit vocem meam.* Deus viros pios in luctu, & mœrore iacentes, vbi ipsius auxilium implorant, audit continuò, licet non statim malis liberet, dicente ipso per Esaiam, Eritantequàm clamẽt, ego exaudiam, ad huc illis loquentibus ego audiam. Et per Dauidem De viro pio in ipso sperante, Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eũ. Statim verò nõ eripit, quia commodius tempus expectat, & in quo maiores vtilitates patientia virtutis suę vir pius percipiat. Est enim (vt ait) Dauid, Adiutor in oportunitatibus. Et alio psalmo, In manibus tuis sortes meæ sunt, id est tempora mea (vt ait Hebræus) scis quibus temporibus mihi ferre auxilium oporteat. Licet autem aliquantulum permittat calamitatibus virum pium iactari, nullum tamen detrimentum ei, si in officio permanserit, sed magnum commodum afferent. Quæ cùm ita sint, sapientissimè dicit Iob. [*Et cum inuocantem me exaudierit.*] Id est, præsto mihi beneuolus adfuerit paratus ad oportuno tẽpore iuuandum. [*Non credo, quòd audierit vocem meam.*] Id est, certus non ero, nec religiosè credam audisse vocem meam: hoc est mihi amicum, & adiutorem esse. Persistit enim in ea, quam dudum posuit, sententia certos nos esse non posse amicitiam nobis esse cum Deo. Quod ex hoc loco apertissimè constat, nec vllo modo aduersarij nostri possunt tergiuersari, vt libro nostro

Esai. 65.

Psal. 90.

Cur Deus continuo precãti nõ respondeat

Psalm. 9.

Psalm. 30.

nostro de vera religione capite citato tradidimꝰ. Quare hęc verba Iob non sunt eius, qui de Dei bonitate diffidat, vt temerè auctor Bibliæ Roberti Stephani in scholijs suis quibusdam Hebręis assentiens mihi dicere videtur.

17 *In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.* Idoneam quàm maximè causam reddit, cur meritò possit non credere, quòd eum Deus audierit. Nam licet eum Deus audierit, eumque amet, fortè tamen continget, vt summis eum malis, & miserijs premat, vulneraq; imponat grauissima, & tãquàm turbine eum, & subita tẽpestate peruertat: vt in Christi seruatoris nostri indigna cęde videre licet, qui quãuis pater eum audierit ipso dicẽte, Ego sciebam, quia semper me audis. Angelum præterea ad eum cũ mandatis miserit, vt eum in acerbissima consolaretur tristitia. Tamen contumelijs onustus, grauissimis doloribus affectus, iniquissimo iudicio oppressus, tãquàm turbine breuissimo temporis spatio in crucem actus, & crudelissima morte consumptus est, vt prædixerat Esaias, De angustia, & de iudicio sublatus est, id est, vix vinctus, vix in iudicium vocatus in ipsa rerum angustia, cum hostes eius animis sęuirent, subitò extremo supplicio multatus perijt. Id quod etiam euenire potest alijs eius veris, & intimis amicis, vt contigit Apostolis, diuo Laurentio, & alijs. Quare rectè dicit Iob [*In turbine conteret me.*] Quod autẽ miseriæ, & calamitates vehementer cogant timere virum atque adeò sanctissimum, qui aliàs de sua cum Deo amicitia certus non sit, ne fortè fuerit ei immutatus, declarat apertè Dauid, In die tribulationis meę Deũ exquisiui, &c.

Ioan. 11.

Esai. 51.

Calamitates cogunt nõnunquã timere vt Deus sit alienatus.

Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Renuit cõsolari anima mea,&c. Et meditatus sum nõ
Psalm. 76 cte cũ corde meo. Nũquid in æternũ proijciet Deus, aut non apponet, vt complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet? &c. Vera igitur hæc causa est eius, quod dixerat Iob, [*Non credo, quòd audierit vocem meam.*] Quod dicit; [*Etiam sine causa,*] Id est nullo merito, sine vlla culpa eius, qui mala & detrimẽta patitur. Sicut secundo capite dixit Sathanæ Deus, Tu commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Non enim merentur officijs suis (vt posuimus) viri sancti, vt ab huius vitæ malis securi sint: imo è re illorum est, vt in eis versentur, quò Christum magistrum, & ducem suum immitantes tolerantia, & fortitudine sua hæreditatem regni cælestis promereantur. Quare [*sine causa*] & culpa sua possunt à Deo in miserias, & calamitates detrudi. Sequitur autem.

18 *Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus.* Potest id per futurũ reddidi, sicut est in Hebræo, vt clarior sit amplificatio eius, quod dixerit, [*In turbine conteret me.*] Id est tantis me premet, & vrgebit anxietatibus, & angustijs, vt extollere caput, & respirare non possim.

19 *Si fortitudo queritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere.* Solertissimè quidem, & acutissimè in thesi, & proposito suo manẽs probat se nõ posse Deum ab ira reuocare, neque cum illo pro iure suo agere, vt se in pristinam restituat dignitatem. vt Baldad futurum asseuerabat, si ad Deum conuerteretur. Quod certum non esse apertissimè probat. Nam si pietate id, vt aiebat ille impetrandum est, cum

cum certus esse non possit de pietate sua, vt dixit, [*Si venerit ad me non videbo eum,*] nec certum etiã habere potest de sua restituenda dignitate. Quod argumentũ pressit amplius addens, quod licèt de sua certus esset pietate, iure tamen suo à Deo non posset contendere, vt eius malis mederetur: quia pietas viri boni, huius vitæ non demeretur incolumitatem. Nunc amplius vrget docens, si suum ius persequi vellet Deum que in iudicium vocare, non posset tamen suam ei pietatem probare, vt ea æquum, & bonum ab illo impetraret. Quare omni ex parte oratio cõfutatur Baldad asserentis, si frugi fieret, salutem recuperaturum. Demonstrat autem se nihil effecturum, si Deum in ius auderet educere. Nã vel æquo, vel iniquo iure esset agendum, si iniquo, quòd vi & fortitudine fit, quis, [*si fortitudo queritur,*] eum cogere, aut vim afferre posset? qui [*robustissimus est,*] Sin autem æquo iure sit agendum, hoc est, [*si æquitas iudicij,*] quæritur, nullo pacto ei pietatem meam probare potero. Nam vel probanda est, meo vel alieno testimonio: si alieno, [*Nemo audet pro me testimonium dicere.*] Id est: nemo, nisi temerarius dicere pro testimonio audebit me pium esse? Cum id fugiat vi sua omnes, non solum homines, verum etiam angelos. Nam in Deum tantùm conuenit, quod dicit Dauid, Scrutans corda, & renes Deus. Et quod ipse per Hieremiam, Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Et ob eam rem Christus hominis atque adeò sanctissimi, & singulari virtute præditi testimonium non magnifacere, sed respuere videbatur dicens, Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non

Psalm. 8.
Hiere. 17.
Ioan. 5.
Christus cur Ioãnis testimoniũ de se non magnifaceret.

Laus hominum vana.

non ab homine testimonium accipio, ego autem habeo testimonium maius Ioane Quare vani, & futiles homines sunt, qui hominum laudem aucupãtur, & vehementer quærunt, eaque se claros esse opinantur, quæ sit popularis fama gloriosa. Vanaq; illa est, & adũbrata, non solida, & expressa gloria, quam summam atque perfectam quidam appellat, si constet ex tribus his, si hominum vulgus diligat, si credat, si admiretur. Quam vanam potius gloriam esse extrema mortaliũ dies planum atque exploratum faciet. Quare rectè dicit Iob, pietatem, & æquitatem suam bene alieno testimonio Deo probari non posse, nec etiam suo. Quia,

Cicer. 2. offic.

Gloriã nõ recte Ciceronem definisse.

20 *Si iustificare* (ait) *me voluero, os meũ cõdẽnabit me: si innocẽtem ostendero, prauum me comprobabit.* Acutissima quidẽ ratio ad infirmãdum, & excludẽdum testimoniũ suum. Hoc est, Si testificari audeam apud Deum me iustum esse, ex ipsa mea testificatione secus esse conuincerer: cum delictum non leue sit in tanto iudicio, quod quispiam ignorat, pro certo affirmare. Dixerat enim, Si venerit ad me non videbo eũ, & mox dicit, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Temeritatis etiam, & arrogantiæ meritò ex huiusmodi testimonio reprehenderet dicente Salomone, Quis dicere potest, mundum est cor meum, purus sum à peccato?

Prouer. 20

Iam vero testimonium, quo quisquam laudat, & commẽdat se ipsum, in hominũ vulgus negligitur, quo magis à Deo cõtẽnetur. Omnib⁹ enim exploratũ est, vnũquenque se ipsum amare: ac propterea non malum seducet, quem amat Præsertim cum suum sit (vt aiunt) vnicuique pulchrum. Et ob eam rem Paulus ait, Non qui seipsum cõmendat ille probatus est. Sed nullo magis

Laus in ore proprio vilescit.

2. Cor. 10.

gis id testimonio cõfirmatur, quàm eo Christi, Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Sed dicet fortasse quispiam, Quid sit, quòd testimonium, quo quisquã seipsum probat, & ex sua virtute gloriatur; adeò nullius sit ponderis ac momẽti, vt Christus eiusmodi gloriam nihil esse dicat: cũ tãti fiat ab Apostolo Paulo, vt scribat Corinthijs, Gloria autem nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Sed intelligendum est Christum, significare testificationem suam contẽnendam esse, si à Dei Patris esset testificatione seiuncta. Itaque si Pater eius nõ simul infinitæ virtutis eius ei testimonium redderet, ipsius Christi testimonium ad nihilum quidem recideret. Quod ipse significauit statim adiungens, Est pater meus, qui glorificat me. Et alio loco, vt responderet Iudæis eum accusantibus, quòd sibi ipsi testimonium daret, Si iudico (ait) ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, &, qui misit me Pater. Quod si testimonio conscientiæ nostræ certum esset Deum non assentiri, negligeret quidem illud, & non magnifaceret Paulus. Meritò tamen de illo (vt scripsit) gloriatur, quòd magnam fiduciam asserat cum Deo esse probatũ, quem eius conscientia probauerit, auctore Ioanne, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habeamus ad Deum. Non continuò tamen ille iustus est, quem eius conscientia sceleris non arguit, sed ob eam rem fiducia tãtùm erigitur, beneuolentiæ Dei, vt Paulus auctor est. Nihil mihi conscius sum, adiungit tamen, sed nõ in hoc iustificatus sum. In eoq; argumentatio Iob vim maximam habet, quòd in eo iudicio testimonium suũ de se ipso improbet, in quod Deum erat vocaturus.

Ioan. 8.

2. Cor. 1.

Ioan. 8.

Testimonium conscientiæ nostra cur magnę sit auctoritatis.

1. Ioan. 3.

1. Cor. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare cum ipsum haberet contrarium, huiusmodi testimonium futile prorsus, & innane esset.

21 *Etiã si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea*. Nam cum id non hominum, qui iudicant secundum carnẽ (vt ait Christus) sed Dei iudicio, qui vera regula boni
Ioann. 8. tatis & virtutis est, æstimandum sit, cui poterit Dei iudicium exploratum esse, nisi dicente, & patefaciente ipso? [*Et tædebitme vitæ meæ*,] concludit illud, de quo tota ei cum amicis erat disceptatio, meritò in vita sua fastidiri: mortemque sibi esse meliorem, cùm grauissimo desperatoque morbo laboraret, neque posset certa Deum ratione placare. Hoc ita transferunt septuaginta πλὴν ὅτι ἐκζήτηκά μου ὁ ζωή præterquàm q̃ mea vita auferatur. Id est mea me latet pietas, qua (vt Baldad ait) me Deum oportet placare: certus autem sum tam graui me morbo affici, vt mihi vitã auferat. Quare iure possum, vt tot fugiant dolores, vita mortem potiorem ducere.

22 *Vnum est, quod locutus sum innocentem, & impium ipse consumit*. Concludit suæ defensionis statum, vt confutet Baldad, qui contrà concluserat, Deus non proijciet simplicem, nec porriget manũ malignis. Quod in hoc seculo ita rem habere ex his, quæ dixit hactenus, & à nobis in eo declarando addita sunt satis aperte demonstratum est, Id quod etiam Salomon
Eccleſt. 9. cum eo coniungit, quod (vt retulimus) tradidit: Nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit continenter adiungens, Sed omnia in futurum seruantur incerta, eò quod vniuersa æque euenient iusto & impio, bono, & malo, mũdo, & immũdo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti, sicut bonus sic, & pec-

peccator, vt periurus, ita & ille, qui verum deierat. Quod igitur Iob generatim hoc versu dicit, Salomon ad maiorem amplificationem per aliquas etiã species persecutus est. Cùm ergo tam copiosè Salomon Iobi subscribat sententiæ, auctor Bibliæ Roberti præterquàm quòd hunc locum non intellexisse videtur parum pie, & religiosè quidem Hebræis assentitur dicens, hæc verba Iobi esse hominis derelicti à Deo. In Hebræo est, אחת הוא ahat hi, vna ipsa quod planissimè Chaldæus interpretatus est vna כחלא mechila mensura, quod Hispane dicimus, *van por vn rasero* boni, & iniqui. Septuaginta verò auctores hunc locum ita traducunt μέγαν καὶ δυνάστην ἀπολύει ἡ ὀργή, magnum, & potentem perdit ira, subaudi Dei. Et fortè magnum pium Græci appellant, quòd sit magnus, *Matth. 5.* vt Christus testatur, in regno cælorum: & de Ioanne Baptista dicitur, Hic erit magnus coram Domino. *Luc. 1.* Et verbum Hebræum, quod ita transtulerunt est, תם tam, quod propriè perfectum significat, quod est verè magnum. Potentem verò vocasse puto virũ profligatum, & ad scelus omne proiectum, vt in Ge- *Geneſ. 6.* nesi dicitur, Postquàm enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi. Quod & nomẽ רשע rasah, quod est in Hebræo significat.

23 *Si flagellat occidat semel, & nõ de pœnis innocentiũ rideat*. Semel occidit Deus, si subitò, vel repetè quispiã, nec diuturnis cõfectus doloribus moriatur, Ridere verò in pœnis innocẽtiũ videt, cùm illis diuturnis ærumnis, & angustijs cõflictantibus nullã ferat opẽ. Sicut ipse apud Salomonem loquitur cum sceleratis, Vocaui, & re-

renuistis ego quoque in interitu vestro ridebo. Idest si cut vos me recta monentem nō audistis, ita & vos ego intereuntes, & in repentinam calamitatem incidentes non audiam, quia vobis presto non ero. Iob ergo his verbis significat, quod sibi, & viris probis optabat, vt semel potius morte multarentur, quàm toties, diuque tot malis, antequàm animam efflarent, iactarentur. In Hebræo tamen est, si verbum de verbo transferamus, Si flagellum, occidet repente: in tentatione innocētiū irridebit. Quem locum, vt explicet autor Bibliæ Roberti Baldad dictū fuisse dicit. Quod ego in tota eius oratione minimè reperi: & præter hoc parū certe locū illa strat. Hebræi autem varie hunc locum explicant. Quidam sic, Cùm vult Deus pœnas à scelerat s homi nibus repetere, non eos multum tempus miserijs, & alijs laboribus excruciat, sed subitò necat. Quare scele ratus in ten tatione innocentium irridebit, quasi in ea re meliore sit conditione quàm innocentes, quòd non tot ante mortē dolores, & labores patiatur. Sed quen quàm hæc apta sit expositio aptior mihi aliorū videtur, ita vt illa duo verba Occidet, & Irridebit vno eodemq; suppositio, Deo scilicet dirigātur. Vt, postquàm dixit eodem modo innocentē, & impium in hac vita tractari, subiūgat, atq; adeò melius sepe cum improbis quàm cum probis agitur. Nā illi nullas huius vitæ gra ues cr̄umnas experti repentè occidunt. Vt Iob alio loco dicit, Ducunt in bonis dies suos, & in punēto ad infer na descendūt. At nullus vnquàm vir Deo valdè deuo tus sine tentatione ex hac vita migrauit, id est calamitatum, & miseriarum expers. Secus enim qua re fidem suam Deo probaret, dicente etiam Ecclesiastico, Fili accedens

Iob. 21.

Eccli. 2.

accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Ait ergo, Si flagellum, id est, si punire, & flagello impios coercere decreuerit, repentè interfi cit illos. At in tentatione innocentium, id est in malis, & calamitatibus grauissimis, quibus viros pios antequàm moriantur, conflictari vult, irridebit, Id est, quanuis eius auxilium implorent eos non leuabit. Septuaginta verò ita transferunt ὅτι φάυλοι ἐν θανάτῳ ἐξαίφνης ἅμα δὲ δικαίοις καταγελῶντας. Quoniā iniqui mor te indecenti, & boni irridentur, id est, absumit Deus viros iniquos, ea morte, quæ illos minimè deceat. Nā nimis quidem leuis, & parum molesta est. Boni ve ro irridentur, id est, diu, (vt diximus) ante mortem torquentur.

24 *Terra data est in manus impij, & vultum iudicū eius operit,* Impium diabolum vocare videtur, in cuius manus ter ram datam esse dicit, quia propter peccatum primi pa rentis orbem terrarum occupauit. Et ob eam rem Christus eum vocat apud Ioannem principem mundi huius, eumq; regno euersurum promittit. Paulus etiam Diabolos mundi rectores appellat in epistola ad Ephesios. Possumus etiam impium impietatem in terpretari, vt sit mœronymia, subiectum pro adiunc to. In cuius manus terra posita est, quia vim magnā habet impietas ad res in hoc quo administrādas. Impietate multi reges fiunt, & rerū potiuntur, diuitias & fortunas comparant, honores denique magnos conse quuntur, & prosperam fortunā trahūt, sicut dicit etiā Ioannes, Mūdus totus in maligno positus est. Impieta tis ergo, vel diaboli vi fit, vt eadē mēsura, eodemq; mo do, atque adeò multò melius cum sceleratis, quàm cū

Ioan. 12.

Ephes. 6.

Cur in hoc munda no bene cum bonis agatur.

1. Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonis viris agatur. Sed ratio, qua diabolus id, vel impietas consequi dicat, valde animaduertenda est. [*vultum iudicij eius operit,*] Id est, iniquitate, & improbitate Regij, & eorum, qui rempublicam capessunt, fit, vt eadem atque adeo deteriori conditione boni quàm iniqui sint. Nam mente capti nesciunt in honoribus mandandis, inter probos, & improbos distinguere. Quod etiá Salomon declarat dicens, Cum surrexerint impij, abscõdentur homines: id est iusti, vt statim exponit adiungẽs, Cùm illi perierint, multiplicabũtur iusti. [*Quòd si non ille est, quis ergo est?*] id est, quis nam alius esse potest tantæ iniquitatis, & deformitatis causa? nisi impius, & iniquus, siue diabolum, siue iniquitatẽ interpretemur. Eodem etiam modo cõuertunt Septuaginta auctores. Ita tamen possumus Hebræum verbum de verbo interpretari. Sin minus vbi quis ille id est si impius non est, quis alius esse potest? & vbi est?

Prou. 28.

25 *Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.* Cùm hactenus satis sapienter confutauerit orationem Baldad, & leuem eius consolationem esse ostenderit, lamẽtatur modõ casum suũ acerbissimũ: vt significet nihil sermonibus amicorũ impediri, quo minus id meritò facere possit. Lamentatur autem dies suos velociter fugisse, quòd putabat (vt sæpe diximus) instare iam suæ vitæ exitum: vt ex morbo illo desperato, quo erat affectus, pro certo id perelagiri poterat. Habẽt autẽ hic, & sequẽs versus eandẽ sententiá, quam versus sextus septimi capitis, de quo egimus.

26 *Pertransierunt quasi naues poma portantes,* in Hebræo est quasi naues אֳנִיֹּת ebe, quod variè quidem ab Hebræis exponitur: de sententia tamen conuenit inter omnes naues.

naues velocissimas celerrimasq; significari. Et ob eã rem Septuaginta viri id prætermiserũt naues tantũ cõuertentes. Vulgatus pomũ significare duxit à nomine אבה eb, quod arbor, & pomũ significat. Celeriter autẽ poma importantes nauigant, vt alios mercatores preuenientes citius, & carius vendant: aut forte ne situ putrescãt. Alij interpretãtur sicut naues hostis, siue piratæ, quæ expeditissimæ esse solent, vt celeriter fugiãt, nomen ducentes ab אבה aia ab inimicitias gerere. Alij planius dicere videntur naues voluntatis ab אבה aba velle, desiderare, naues, quæ pro cuiusq; voluntate moueantur, neque vllo modo resistant, [*Sicut aquila volans ad escam.*] Peracta enim iam nostra vita, tam cito tradu cta fuisse videtur, vt nihil citius esse putetur. Quas, & alias comparationes sapientia protulit loco à nobis septimo capite citato. Ex quibus concluserunt illi, sic nos nati continuo desinimus esse: virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere. Sola enim virtus non senescit, sed manet, stabilis est, & eas agit radices, quas nulla mortis, nulla vis temporis conuellet.

27 *Cùm dixero nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, & dolore contorqueor.* Id est, vlulatum, & sermones querelarum plenos reprimere non possum, vt amici reprimendos esse dicebant. Nam cùm id conor efficere, magno torqueor dolore. Certum enim est eos qui aliquo dolore afficiuntur nonnihil in clamore, & eiulatu acquiescere. Nam spiritus vehemens præcordijs dolore excitatur: si autẽ comprimãt, intus angustiã, & dolorẽ auget. Quod vero dicit, [*cõmuto faciem meã,*] Potest etiã sic ex Hebræo cõuerti, Relinquã iram

Universidad de Deusto
Biblioteca

iram meam,id eſtverba, quæ iræ videntur eſſe plena. Illud etiã.[*Et dolore torqueor,*] Poteſt cõuerti,& confir mabor.Nam חלל balag,licèt noſtro vulgato valdè ſit, ambiguum,num plangere,num ſubridere,num refrigerare: Hebræis tamen ſemper confirmare, & roborare ſonat, id eſt,ſi quando apud me ſtatui,Confirmabo ita me,vt queri,& lamentari deſinam. Et tunc ſequenti verſu terminatur ſententia. Septuaginta verò interpretes totum illud, Commuto faciem meam, & dolore torqueor, in eandem ſententiam ita verterunt συγκύπτω τὸ πρόσωπόν μου κλαίων deijciens vultum meum ſuſpiro.

28 *Verebar omnia opera mea ſciens,quòd non parceres delinquenti.* Aliam affert cauſam, cur non poſſet gemitum retinere,& intra ſe cohibere; quia vehementer timebat, ne Deum aliquando ita offendiſſet,vt eius iram placare non poſſet,& nonnihil ab eo temporis,quo a tantis malis reſpiraret impetrare. Ita enim omnibus ſanctis viris vſu euenire exiſtimo,cùm in graues miſerias, & calamitates veniunt,vt,ne propter ſcelera ſua acciderint,vereãtur:quod eos fortè magis quàm alia res vlla affligit atque conturbat. Sicut ille qui in magnum ſalutis ſuæ adductus diſcrimẽ dixit, Et meditatus ſum nocte cum corde meo:& exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum: id eſt,ne nonnihil intra ſe criminis, aut ſceleris lateret,quod tantas in eum iras excitaret. Poteſt etiam ita ex Hebræo verti, Timebat omnes dolores meos: vt ſit terminus ſuperioris verſus,ſecundum eam verſionem,quam eius poſuimus: nõ poſſunt me confirmare ac dolori gemituique reſiſtere:quia vehementer timeo dolores meos,cùm nunquàm remitti, ſed

Boni in malis timent ne Deum offẽderint.

Pſal. 76.

ſed in dies augeri videam. Timeo inquàm, ne me ad mortem vſque perpetuo cruciatu conficiant. Illud autem, [*Non parceres delinquenti,*] in Hebræo ad verbum vertendo eſt,Non me innocentem iudicabis.Id eſt, timebam dolores meos cùm pro certo ſciam, quod illos mihi non remittes. Ita enim ex illorum poterat natura iudicare,cùm(vt ſæpe diximus) eſſet eius morbus mortiferus.Innocẽtem vero aliquem iudicare Hebraiſmus eſt,pro eo quod eſt pœna liberare.Eſt enim pœna ſua natura quaſi culpę comes,& ita Dauid,cùm pœna conſtringeretur,precabatur,vt eius Deus miſereretur,id eſt, vt eum non ſolùm culpa,ſed etiam pœna liberaret,Miſerere mei(ait ille)quoniam conculcauit me homo. Et Chriſtus ex verſione noſtra, & ſeptuaginta interpretum verba delictorum ſuorum appellabat ea,quæ faciebat cùm in acerbiſsimum cruciatum ageretur. Septuaginta vero interpretes totũ verſum hunc ita transferunt σάθμαι πάσι τοῖς μέλεσι, οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ ἀθῷόν με ἀφήσεις membris omnibus concutior ſiquidem cognoui,quod nunquàm me innoxium dimittes.Concutior membris poſuerunt ad timorẽ eius vehementem exprimendum.

Pſal. 55. Pſal. 22.

29 *Si autem,& ſic impius ſum,quare fruſtra laboraui?* Acutè ex eo,quod dixerat ſuperiori verſu,hoc concludit. Nam ſi non erat innocẽs iudicandus:vel vt vertit vulgatus,ſi Deus delinquenti non ignoſcit.[*ſi autem* (ait) *impius ſum.*]id eſt, ſi tanquàm impius, & reus puniendus ſum,fruſtra me ad Deum conuertam,fruſtra eum precando, & implorando laborabo:vt cõfutet, quod dixerat Baldad, Si diluculo conſurrexeris ad Deum, & omnipotẽtem fueris deprecatus. Docuimus etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam frustra nonnunquàm, vel virum sanctissimum Deum rogare, & est flagitare, vt in hac vita pœnas ab eo non reperat. Contigit enim nonnunquàm, vt nullis huiusmodi Deus precibus cedat. Vt ex Dauide cognoscitur, qui licèt anxiè Deum filij vitam postularet, eam tamen impetrare non potuit. Auctor Bibliæ Roberti præterquàm, quod temerè dicit, hæc verba Iobi hominis esse à Deo derelicti: satis periculosè loquitur, & assentiri videtur nefarijs, & peruagatæ nostrorum temporum hæresi de fide sine operibus. Hîc etiam animaduertendum est, bona à Deo æterna, & quæ spiritum, & animum nostrum attingant, esse petenda: & tunc firmissimè speremus ipsum id præstaturum, quod Christus apud Ioannem pollicetur dicens, Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Reliqua verò bona in eius fidem, & arbitrium permittenda sunt, sicut Christus docuit Deum orare, Fiat voluntas tua. Ipseque precabatur dicens, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

Quæ bona sint a Deo petenda.

Iam. 14.

Luce. 6.

30 *Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint vel vt mundissima mea manus meæ.*

31 *Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.* Magna est hæc eius, quod proximo versu dixerat amplificatio, quod vehementer redarguit, atque vellit Baldad, qui dixerat, Si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit adre. At (dicit Iob) [*Si lotus fuero, quasi aquis niuis, &c.*] Id est, si omni culpa vacauero cãdidusq; & integer omni ex parte sim, [*Tamen sordibus intinges me, &c.*] Id est, ita me accipies, ita in hoc seculo animaduertes ac si vitijs omnibus corruptus, & contaminatus essem. Demonstrauimus enim iá nullam à Deo,

Deo vel sanctissimo viro iniuriam fieri, si in hac vita illum detrimentis, & malis omnibus oneret, eatque ei inhibeat supplicia, quæ atque adeo profligatissimo, & sceleratissimo viro essent idonea. Ex quo magnam huius æui vanitatem esse Salomon concludebat dicens. Est alia vanitas, quæ fit super terrã: sunt iusti, quibus mala prouenium, quasi opera egerint impiorum. Huius rei satis mirabile, & acerbissimum exemplum in Christo seruatore nostro fuit statutum, cum nullo suo merito perditorum inuidia indignissimè oppressus, crudelissimo, & contumeliosissimo supplicio fuerit addictus. Cuius forte Dauid personam sustinens dixit, Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Vanitas seculi.

Eccleſt. 8.

Pſal. 87.

32 *Neque enim viro, qui similis mei est respondebo, nec qui mecũ in iudicio ex æquo possit audiri.* Respondere in hoc capite sæpe pro disceptare ac iudicio contendere vsurpatur. Probat autem, quod dixit ex potestate, & maiestate infinita Dei. Nam vt in eum acerbissimus sit, & tanquam sceleratissimum supplicio crudelissimo afficiat, non potest ei sicut alteri posset homini item intendere, & in ius, vt illum conuincat, vocare. Quo argumento paulò ante bis fuit hoc capite vsus, cùm diceret, Si repente interroget, quis respondebit ei? & iterum, Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, nemo audebit pro me testimoniũ dicere, quibus locis a nobis satis expositũ fuit. Itaq; homo homini iniuriã facit, si percutiat illũ, aut eius bona diripiat: & propterea potest in iudicio vocari, Deus verò minimè, cùm omnium Dns sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit. Neque huius vitæ sicut æternæ vitæ bona ab illo mereri possumus.

33 *Non est qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum suã in ambobus.* Ad idem argumentum hoc pertinet, vt probet Deum in ius educi non posse, quia nemo (ait) est, qui ius ei dicere queat, & ab eo quod faciat, reuocare. Si autem de bonis æternis disceptatio esset, est quidem aliquis, qui valet inter nos, & Deum iudicium facere, atque illum ab ira, & supplicio, quod nobis excogitauerit, reuocare, Christus Iesus Deus, & homo verus, qui ex plurimorum Theologorũ sententia vitam nobis æternam summo, & equissimo iure meruit.

34 *Auferat à me virgã suã, pauor eius non me terreat.* Quamuis concesserit Deum nullam ei iniuriam facere, neque iniquum esse, quòd tantis cum pœnis afflecerit, negat tamẽ huiusmodi supplicium culpa sua ferre. Nam si de hoc esset controuersia, auderet ius suum cũ Deo experiri, quinmodo tormenta, quibus cum pro iure, & potestate sua constrinxit, leuaret, vt leuatus cum eo disceptare, & suam posset apud eum causam dicere. Virgam, & pauorem Dei vocat eas quas ferebat calamitates. Et propterea subijcit.

35 *Loquar, & non timebo eum, neque enim possum metuens respondere.* Id est, non possum tantis malis oppressus cum eo litigare. Quod verò dicit, [*Neque enim possum metuens respondere*,] in Hebræo ad verbum est, Non sic ego mecum: & ita interpretatur Chaldæus, id est, non enim talis sum, qualem me tot calamitates significant vobis, & alijs hominibus, qui animi conscientiam ex commodis, vel incommodis externis æstimant,

æstimant, quod etiam septuaginta viri intelligunt ita transferentes ἐγὼ δὲ οὐκ συνεπίσαμαι. Nõ enim sic mihi conscius sum, id est mihi conscius non sum talem esse, qualem vos me putatis. In quo maximè considerandum est tantam habere vim conscientiam bene actæ vitæ, vt homo infirmus natura sua, & culpę obnoxius audeat cum Deo infinita potentia, & bonitate prædito, de sua integra, & inculpata vita disceptare, ac denique dicere, quod hîc Iob ait. [*Loquar, & nõ timebo eum.*] Vt illud verissimum esse constet, quod Ioannes ait, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habeamus ad Deum. Optãdum quidem maxime est eiusmodi vitam agere, vt, cùm aduersa & calamitosa fortuna fuerimus oppressi, nullius nobis conscij criminis simus: cuius pœnas Deus à nobis, ne repetat vereamur. Ita enim magno, & erecto animo molestijs, & ærumnis conflictabimur. Non enim dubium est, quin optimorum consiliorum conscientia firmissima sit rerum incommodarum consolatio. Hanc ergo puto vehemẽter Iob in tot tantisq; malis cõfirmasse, ne desertus ab omnibus, circũuentus à multis, animo, & spe caderet.

Conscientia bene actæ vitæ.

1. Ioan. 3.

CAP. X.

TAEdet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.

2 *Dicam Deo, Noli me condẽnare: iudica mihi cur me ita iudices.*

3 *Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues?*

4 *Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis?*

5 *Num-*

5 *Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora.*

6 *Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutaris?*

B 7 *Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.*

8 *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me?*

9 *Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.*

10 *Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti?*

11 *Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & nervis compegisti me.*

C 12 *Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.*

13 *Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris.*

14 *Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?*

15 *Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria.*

16 *Et propter superbiam quasi leænam capies me, reuersusq; mirabiliter me crucias.*

17 *Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.*

D 18 *Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret.*

19 *Fuissem, quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.*

20 *Nunquid non paucitas dierum meorũ finietur breui? dimitte ergo me, vt plangã paululum dolorem meum.*

21 *Antequam vadam, & non reuertar, & ad terram tenebrosam,*

sam, & operetum mortis caligine.

22 *Terram miseriæ, & tenebrarũ, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.*

TAEdet animã meã vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. In fine superioris capitis dixerat, quòd non dubitaret cum Deo de meritis, & studijs suis agere, si tantũ ipse dolores & angustias, quibus eum affecerat, leuaret: quoniam non merito suo, vt eius amici insinuabant ad eas veniſſe miserias existimabat. Et quia in hunc de vita sua sermonem incidit, excitatus optimorum factorum conscientia tanta Dei ira perterritus, & eius grauissimo iudicio oppressus aggredi audet, quod non ausurum superiori capite significauit, nisi Deus nonnihil de tanta seueritate remitteret. Audet inquam cum Deo disputare vtrum merito suo ad tantum cũ supplicium depresserit. Tanta enim vis est bonæ vitæ conscientiæ, vt neque miseris funestisque casibus, neque prauis hominum opinionibus, neque summa Dei seueritate infringi, & debilitari possit [*Tædet (ait) animam meam vitæ meæ,*] id est, licèt eò sit mearum rerum status deuolutus, vt me viuere pœniteat, vitamque cupiam abijcere. Vel vt alij proprius verbum Hebræum significare putant, Anima mea excisſa est in vita mea: Id est, quanuis tantam calamitatem acceperim, vt eùm ætate, & opibus florerent, fuerim conuulsus, è vitaque discedam: tamen mittam queri, loquique de casu meo grauissimo, ad Deumque licet morbo, & anxie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

anxietate impeditus sermonem meum conuertam.

2 *Dicam Domino, noli me condemnare, indica mihi cur me ita iudices.* Deo videtur litem inferre, cùm superiori capite fieri posse multis negauerit. Sed animaduertendum est, modò non incolumitatem, & fortunas suas lite ac iudicio persequi, nam id fieri non posse probauit; sed innocentiam, & integritatem suam. Petit ne reus culpe fiat, cùm inculpate vixerit, quod pro suo iure vnusquisque experiri potest. Nec enim in diuinam bonitatem cadit, vt innocentem sceleris condemnet, sicut in Sapien. 12 Græca sapientiæ editione dicitur. *δίκαιος ὢν ἐν δικαίοις πᾶσι τὰ ἐπ' ἄλλοις ἀνεξέταστον μισθὸν ἀπέδου τὰ κόλασιν ἔχοντα κατὰ σοῦ κατανοῶν μὲν ἀρχὴν ἔχων ἐπιεικῶς κρίνεις μετὰ φειδοῦς δεσποτεύων,* iustus cùm sis iustè omnia administras; & eum, qui puniri nō debet condemnare, alienum à tua virtute ducis. Et ob eam rem Iob nō ait noli me affligere, sed [*Noli me cōdēnare*] Deus videbatur illis Iobum cōdēnare, ac reum criminis ducere, quòd eum tam acerbè puniret. Hāc igitur condemnationem Iob à se deprecatur, &, ne fiat, pro iure suo postulat. [*Indica mihi* (ait) *cur me ita iudices*,] Id est quonam meritò meo sceleſtus videor à te haberi, cùm in me tanquam hominem iniquum animaduertas? Non sibi persuadebat Iob, quòd Deus illū, vt amici eius opinabātur, iudicaret, nec credebat merito suo tot accepisse vulnera, cùm nullius flagitij sibi cōscius esset. Quare interrogat id, nō q̄ dubitet, aut secus opinetur, sed vt spe bonitatis, & æquitatis Dei confirmetur. Est enim hæc interrogatio negatione explicanda, sicut illa, quę post pauca, sequit. Nūquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis? Felix auē ille, qui peruersis hominum sermonibus vexatus: fretus

tus conscientia sua id à Deo petere, & ita cum illo possit expostulare. Plus enim eum eius conscientia consolabitur, q̄ iniqui hominū rumores animo angent. Huiusmodi sibi consolationem attulisse videtur Dauidi dicens, Iudica me Deus, & discerne causam meā, de gente non sancta ab homine iniquo, & doloso erue me, quia tu es Deus fortitudo mea. Quare me repulisti, quare tristis incedo dum affligit me inimicus. Psal. 42.

3 *Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues?* Argumentatur virgēdo incōmodo ad probādū, quod proposuit, Noli me cōdēnare. Quibus argumētis eum spē auget quā illi optima conscientia subministrabat, seq; aduersus amicorū conuitia, atq; calūnias cōfirmat. Nō potest autem Deus illum condemnare, cùm in consilium impiorum hominum, quos execratur, venire nō possit. Quod iniquum eorum consilium vertitur in eo, vt pios opprimāt, & innocentes viros. Cuius consilij rationem explicat Salomon in prouerbijs dicens, Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra. Huius etiam consilij mentio fit in sapiētia, qua impij hoc inter se communicare narrātur, Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Quod Deus probaret consilium, si Iob innocentem condemnasset: fieri autem nō potest, vt id probet Deus, quod vehementer detestatur. Qua re Iob condemnare nequibat. Iam verò Deus neminē calumniari potest, hoc est per fraudem, & subdolam iuris interpretationem aliquem iniquo iudicio opprimere, Consilium impiorum Sapien. 2. Prouer. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mere:quia non potest vllo modo iudicium peruertere,vt planum demonstratione fecimus,cùm illa verba
Iob.8. Baldad tractaremus,Nũquid Deus supplantat iudiciũ: quare minimè Iob damnabit insontẽ, quia esset aperta calumnia.Quod argumentum ponit hoc loco Iob dicens,[*Nunquid bonum tibi videtur,si calumnieris,& opprimas me?*]cùm verò dicit,[*opus manuum tuarum,*]pronunciat aliud etiam firmissimum ad idem probandum argumentũ,ex quo hęc posita duo longè firmiora fiunt. Non enim tantum damnum cuiquã afferret Deus,vt eum iniquo iudicio,vel consilio opprimeret: nisi quia
Sup.10. eius esset odio:at opus manuum eius odisse non potest,dicente Sapientia,Nihil odisti eorum quæ fecisti: non enim si odisset faceret.Quo argumẽto se Dauid
Psal. 88. etiam in malis consolabatur dicens, Vsquequo Domine auertis in finem:exardescit, sicut ignis ira tua. Memorare quæ mea substantia:Nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominũ. Frustra enim Deus fecisset homines,si perdere voluisset illos.

4 *Nunquid oculi carnei tibi sunt?aut sicut videt homo,& tu vi videbis ?* Certissimis vrget argumentis ad se consolandum. Nam si Deus condemnaret Iob, & ita de illo iudicaret,vt amici iudicabant, vel sciens & prudens, vel imprudens faceret. Prudens & sciens probauit, fieri non posse,quia nec calumniaretur, nec impiorũ consilium sequeretur. Nunc probat imprudenter id facere non posse.non enim oculos habet carneos,aut sicut videt homo,ipse videt, quò falli aut decipi possit.Homines ex ijs rebus alios æstimant,quæ foris apparent,ex quo fit,vt vel ex aduersa,vel prospera fortuna,aut pluuiui, aut nihili faciãt: vt ex Iob amicis cognoscitur,

cognoscit,At cùm Dei oculi carnei nõ sint, ad animũ penetrãt,scrutatur enim corda, & renes Deus, sicut ait Dauid:quare qui mente syncera,& animo integro est,non potest non benè de Deo sperare.

5 *Nunquid sicut dies hominis dies tui,& anni tui sicut humana sunt tẽpora.* 6 *Vt quæras iniquitatẽ meã,et peccatũ meũ scruteris?* Cùm demonstratione decreuerit aperire fieri non posse, vt tot illum cruciatibus Deus confecerit, quò eius scelera vindicaret, omnes vias intercludit, quibus secus opinantes elabi possent,cùm argumentis eius vrgerentur. Posset enim concedi, quod neque iniquo Deus consilio, neque peruerso iudicio illum impium duceret, neque illum ignoranter condemnaret: sed antequàm ferret de illo sententiam, verberibus, & tormentis quæstionem criminum eius haberet,vt illum cogeret cõfiteri.Quod refellit:nõ enim Deo quidpiam dies affert,neque temporum progressu eius augetur sapientia,sicut hominum, qui rerum vsu,& experientia sapientiores fiunt. Quare fieri non potest,vt tormentis quidquam Deus, quod ignoret, scire quærat.Et propterea dicit.

7 *Et scias,quia nihil impiũ fecerim,cũ sit nemo,qui de manu tua possit eruere,* id est,an fieri potest, vt scire tempore studeas me nihil egisse impiè?ob eamque rem me torquere non cessies,nec valeat me quisquàm precando acerbitate tua liberare,qui me quasi corripuisse, & in cruciatum egisse videris.

8 *Manus tuæ fecerũt me,& plasmauerũt me totũ in circuitu:& sic repente præcipitas me.*

9 *Memẽto quæso,quòd sicut lutũ feceris me,& in puluerẽ reduces me.* 10 *Nonne sicut lac mulsisti me,& sicut caseũ me coagulasti.*

Amplificat illud,quod posuit,argumẽtũ illis verbis, Opprimas me opº manuũ tuarũ:hominisq; creationẽ describit,vt ex illo admirabili artificio,quo fuit âDeo compositus intelligatur nequaquam fieri posse, vt velit Deus excidere,quod tam accurate fabricauerit. Et propterea ad absurdum compellens(ait) [*Et sic repente præcipitas me?*]Deinde directò argumentatur,ea beneficia narrans,quæ à Deo,cùm crearetur,accepit,vt ex illis à Deo se amari concludat,nec futurum esse,vt eum perdere,& penitus velit conuellere. Non enim illũ tã accuratè faceret,nec tantis augeret beneficijs, si graui & iniquo animo erga eum esset. Idem significauit Da- *Psal.88.* uid,cùm dixit. Memorare quæ mea substãtia, nũquid enim vanè constituisti omnes filios hominum? id est, in memoriam reuoca modum illum mirabilem, quo, vt extarem fecisti: idemque argumentum attulit di- *Psal.137.* cens,Opera manuum tuarum ne despicias. Quod dicit,[*sicut lutũ feceris me,*]id est, sicut ex rudi indigestoq; luto figulus vas fingit,atque cõcinnat,ita tu me ex rudi,& impolita materia conformasti. Quod dicit. [*Non ne sicut lac mulsisti me,& sicut caseũ me coagulasti?*] Ad semen alludit,ex quo primò gignitur, & concipitur homo. Sicut Gellius dicit,Semen in vtero mulieris primis septem diebus conglobatur,coagulatur, fit ad capiendum figuram idoneum. Aristoteles etiam,quem Galenus sequitur,ait,semen hominis spumã esse quãdam ex ampullis,quæ sensu percipi non possint,effectam: multò enim abũdat spiritu. Vndè acutam fabulã illam iudicat,quæ narrat venerem ex spuma fuisse factam. Ex quo fit teste Hyppocrate,vt corporis agitatione emittatur: humidæ enim rei agitatio spumam facit.

cit. 15 *Pelle,& carnibus vestisti me:ossibus, & neruis cõpegisti me.* In eadem persistit hominis creatione:quem locum,Dauid imitatus fuisse videtur,cùm diceret, Mira- *Psal. 613.* bilis facta est scientia tua ex me,confortata est, & non potero ad eã,&c.quia tu possedisti renes meos,suscepisti me de vtero matris meæ,Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es. Mirabilia opera tua,& anima mea cognoscet nimis. Nõ est occultatum os meũ â te, quod fecisti in occulto, & substãtia mea in inferioribº terræ:imperfectũ meũ viderũt oculi tui. Quibº verbis canit rationẽ mirabilẽ qua ossa,& singula ipsius membra à Deo in vtero matris discriptissimè compacta,& coagmẽtata sunt. Aristoteles autem cũctarũ corporis humani partiũ mẽstrua materiã esse opinat, semẽ autẽ tãtùm causam esse efficiẽtẽ. Hippocrates autẽ,cui subscribit Galenus,aliter iudicat,mẽstrua sanguinis tantũ, & carnis esse materiam,venas verò,arterias,neruos,ossa,pellẽ,& alia ex anguia ex semine viri gigni tradens. Quodmultis argumẽtis probat Galenus: Præsertim illo,qp hęc semel amissa recuperari non possunt,illa verò recuperantur amissa. Vt autem fœtus formationẽ in pauca cõferam, Extrema venarum,& arteriarũ vuluæ cum arterijs,& venis eius membranæ, qua fœtus cõtinetur,quam chorion nominãt, coniungũtur,quę vlterius procedentes inter se cocunt, atq; ita latiores factæ progredientes,rursus copulãtur,atque ex ijs itẽ aliæ,quod cum sæpe fiat, duę venæ dueq;, arteriæ tantùm ex tot collectis fiunt, quæ ad fœtus vmbilicũ pertinent, vna cum eo meatu, quem appellant vrinaculũ, in fundũ vesicæ infantis perforato. Per arterias & venas infans alimentũ attrahit, per vrinaculũ autẽ excremen-

crementa purgat in eam membranam, quam intestinalem vocant ex ipso vrinaculo constitutã. Placet autem Galeno ita totum cõflari puerum, vt postquàm semen vulua suscipit, ipsius fœminæ semini miscetur, ac propterea cum eo confunditur ita, vt in partes diuidatur, ex altissimis autem quibusque ossa, venas, arterias, & alias exangues capitis partes cõfici, deinceps q; reliquorum membrorũ. Primus autẽ omniũ coagmẽtatur Hepar, atque venę, per quę viuit infans vitã plãtæ, sic vt venæ tenuis plãtæ radices referant, deinde verò cor cũ arterijs, per quę vitã viuit animalem vel spiritualem. Tertio & vltimo loco cerebrum cum neruis, qui vitam ei tribuunt sentientẽ, atque res ęstimantem. Sequitur in Iob.

12 *Vitã, & misericordiã tribuisti mihi.* Postquàm de corporis compositione locutus est, de anima loquitur, cuius corpus domicilium est, quapropter prius apparari, & componi oportet, & deinde animam induci, eodemq; ordine de vtroque verba facit. Sicut in Genesi, *Genes. 2.* Formauit Dñs Deus hominẽ de limo terrę, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ. Quod [*misericordiã tribuisti me,*] dicit, sensus & reliquas animæ facultates ad vitã agẽdã necessarias intelligere puto, quas dono, & beneficio Dei sine vllo merito nostro cõsecuti sumus. Est enim misericordiã tribuere Hebręis, liberaliter beneficia cõferre, vt in Reg. 2. Benedicti vos â Dño qui *2. Reg. 2.* fecistis misericordiã hãc cũ Dño vestro Saul, & sepelistis eũ. Et nũc retribuet, vobis quidẽ Dñs misericordiã, & veritatẽ. Id est, præter eã mercedem, quã vestris meritis debet pro sua in faciendis promissis veritate, alia gratis pro sua misericordia beneficia præstabit.

Et

[*Et visitatio tua custodiuit spiritum meum,*] Id est cura quã mei suscepisti. Dei enim beneficio non modo sumus, sed etiã salui in naturæ statu cõseruamur: simul enim atque ipse nostri curam abijceret ad nihilum recidere mus. Quod Dei singulare beneficium Dauid prædicat dicens, Quid est homo, quod memores eius aut fi- *Psal. 6.* lius hominis, quoniam visitas eum. Cõmemorauit igitur Iob Dei in se beneficia, vt eius in se beneuolẽtiam planam faceret, quæ nullare magis, quàm beneficijs declaratur: vt tantorum beneficiorum memoria rectè de Deo speraret, neque crederet vllo modo res suas â Deo perdẽdas, & omnino labefactãdas esse. Est enim hoc singulare consilium (vt iam diximus) ne rebus ad uersis animis cadamus, & ita monet Ecclesiasticus, In *Eccli. 11.* in die malorum ne immemor sis bonorum.

13 *Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio, quia omnium memineris.* Celare videtur Deus, quod illis longè cõtraria faciat: cùm non beneficia conferat, sed damna inferat, cùm perdat potius, quàm seruet, vitam tollat, quàm afferat. Septuaginta viri ita cõuerterũt πάντα ἔχων ἔκρυπτες ταῦτα· οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδύνατόν σοι οὐδέν, cũ hæc tecum habeas, noui quod omnia possis, nihilq; tibi sit impossibile. Quoniam est in Hebræo, si verbũ de verbo transferamus, hæc abscondisti in corde tuo. Quare potuit Græcus intelligere, hæc habuisti tecum, & tanquam apud te reposuisti, & Latinus in corde tuo celasti. Quod reliquũ huius versus est, ita ad verbum ponitur in Hebręo, Noui quòd hoc tecum. Potuit igitur etiã Græcꝰ intelligere, Hæc omnia in tua sunt potestate, atque inde ad magis explicandum concludere nihil horum tibi esse impossibile. Potuit etiam Latinus in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligere, Tecum recorderis. Aptissima etiam est contextui Græca sententia, id est, cùm hæc feceris, vt me totum compegeris, scio quòd etiam restituere possis. Est igitur vtraque versio, & apta cõtextui, & Hebręis verbis.

Eccles.5.

14 *Si peccaui ad horã pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris.* Et si nullius culpæ, in qua esset, cõscius sibi vir sanctus sit: veretur tamen, ne vllas olim animi labes susceperit, quarum Deus tunc pœnas sumeret. Est enim propriũ id hominis afflicti, vt in vtrũque latus se cõuertat, & vndique sibi timeat. Sicut etiã Dauid precabatur dicẽs, Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, & ipse Iob. c. 13. Consume re me vis peccatis adolescentiæ meæ. Ait ergo si peccaui, id est ante, ad horam pepercisti mihi, id est tunc in me non animaduertisti. In Hebræo est שמרתני seruasti me. Et ita transferunt septuaginta φυλάσσεις custodis me, id est, illius delicti pœnas in hũc diem reseruasti. Seruasti me, id est a pœna, vt me tunc non castigares. In quam sententiam accepisse videtur vulgatus. Possumus etiã ita explicare, Me nũc, ob eam rem asseruasti, & in custodiã dedisti. Vt morbum, & alias calamitates vincula vocet in quæ fuerit coniectus. [*Cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?* Significat, iniquitas hoc loco, sicut in multis alijs (vt sæpe, præsertim in Zacharia nostro docuimus) iniquitatis pœnam, id est, cùm mihi nunc ignoueris, cur modo impunè ferre non pateris? Potest etiam sine interrogatione exponi, vt exponitur ab auctoribus septuaginta, id est, me custodis, ne scelus meum abeat in inultum. Hoc loco non rectè, sed temerè quidem auctor

Psal. 22.
Iob.13.

Zach.1.3.

auctor Bibliæ Roberti assentitur Hebræis Iob impiè impatientiæ accusantes.

15 *Etsi impius fuero uæ mihi, & si iustus non leuabo caput saturatus afflictione, et miseria.* Cõclusio esse videtur eius, quod dixit hactenus, id est siue impius, siue pius sim, iræ tuã nõ effugiã. Sicut dixit superioriori capite, Innocentẽ, & impiũ ipse consumit. Non leuare caput habitus est mœrentis, & afflicti hominis: quem etiam expressit Dauid dicens, Miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finem, tota die contristatus ingrediebar. Explicuimus autem iam neque pios, neque impios homines ab huius vitæ malis esse securos.

Psal.37.

16 *Et propter superbiam quasi leænam capies me, reuersusque mirabiliter me exercucias.* Id est, sicut immanẽ leænam, quã propter eius superbiam, & ferociam multis modis venatores circunuenire student, vt eam capiant, me venari videris, cùm me tam varijs detrimentis exerceas, neque ea re contentus, postquam me feris vena tus, mirabiles mihi cruciatus admoues. Eadem comparatione apud Ieremiam ipse Deus vsus est ad declarandum quantis malis, & miserijs oppressurus erat Hierusalem. Reliqui (ait) domum meam dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manũ inimicorũ eius, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in Sylua. Qd verò propter superbiã dicit in Hebræo est תגאה ige. Significat autem גאה gea extollere, erescere superbire: & propterea vulgatus, [*propter superbiã*] interpretatus est, septuaginta verò interpretes hoc prætermittẽtes, quo versus difficilior reddebatur, plenius totum versum ita conuerterunt, ἀγρεύομαι γὰρ ὥσπερ λέων ἀς φαγύν, πάλιν δὲ μεταβαλὼν θηρεύεις με ὀλέκοις

Ier.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut leo capior adiugulationem, rursusque mutãs me perimis, id est crucias. Cùm verò illud דגאה igue sit futurum, quidam Hebræi totum versum optationem esse existimant. Id est, vtinam ita meus creseat dolor, vt me tanquam leonem venetur, & cito deinde confi ciat. Chaldæus verò interpretatur ארים ידיך arim ie daich extolle manum tuam. Quæ optima mihi versio videtur, vt sit mutatio apud Hebræos personæ, quod frequenter vsu venit. Id est extollat Deus ad me feriẽdum manũ suã: & tanquã leœnã me ò Deus veneris.

17 *Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.* Amplificat calamitatem suam, vocat autem vulnera, & detrimenta sua testes Dei, quòd eius in se grauem, & acerbum animum testentur, vt quidam dicunt. Vel potius, vt ego puto, quod explorent, testentur, & manifestent, quo animo Iob erga Deum sit. Et ob eã rem septuaginta viri mihi peritissimè vertisse videntur ἀνανεάζεις δὲ ἐπ' ἐμὲ πεῖραν μου reuocans inquisitionem meã in me. Alii qui dicunt עדים hedim plagas etiam significare, quia עדיא hedaia plagas Chaldæis sonat. Quod mihi quidé non placet: non enim probo illam Hebræorum differendi rationem, qui significationes vocibus accommodant, quæ aptius in loco quadrare videntur. Tũ quod Chaldaicus interpres סהדיך çihadaiach testes tuos vertat. Quòd dicit, [*pœnæ militant in me.*] Id est, variæ me calamitates simul exagitant: quod obscurius ponit Hæbræus, quem ita verbum de verbo traducemus, Mutationes exercitus mecum. Sunt enim verba soluta hominis afflicti, atque perturbati: sicut illa lunonis apud Vergilium in primo Æneidos Græci planius

nius transtulerunt ἐπάγαγες δὲ ἐπ' ἐμὲ πεῖραν θλίψεως in duces tentationes in me. 18 *Quare de vulua eduxisti me? qui vtinã consumptus essem, ne oculus me videret.*

19 *Fuissem, quasi non essem de vtero translatus ad tumulum.* Manet in ea sententia, in qua præsertim tota cum amicis disputatio versabatur: quam pluribus tertio capite expressit, ibique fuit à nobis multis exposita.

Præstare mori potius quam viuere.

20 *Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui, dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum.* Postulat idẽ, quod capite septimo postulauerat eodemque argumẽto ductus dicẽs, Parce mihi, nihil enim sunt dies mei. Et paucis interiectis, Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferes iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam. Quæ cùm à nobis suis locis tractata sint, nihil est, quod eadem iterum repetamus, Quod dicit, [*vt plangam paululum dolorem meum*,] Jin Hebræo est, אבליגה מעט abliga mehath. Possumusque etiam declarare, Paululum recreabor, vel confirmabor: sicut Græci traducunt ἀναπαύσομαι μικρὸν acquiescere parum, idemq; vulgatũ interpretem significasse puto. Memoria enim præteritorum malorũ cùm acquiescimus, lachrymas effundimus, quas vehemens dolor comprimere solet. Verba etiam fecimus, quę oportet memoria repetere, cap. superiori vers. 27 de hoc verbo בלג balag, quod variè ab interprete nostro explicari diximus, cùm Hebræis semper roborare vel confirmare significet. 21 *Antequã vadã, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.*

22 *Terram miseriæ, et tenebrarũ vbi vmbra mortis, et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.* Rationem sequitur poetarum in describenda morte. Sic quidã, ait poeta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

σιγὰ δ' ἐν νεκύεσσι κατὰ σκότος ὄσσε κατείδη

Mortis descriptio. Silentiū inter vmbras, & oculis offundunt tenebræ. Et quemadmodum Vergilius corpus famæ attribuit, vt eius melius adiuncta declararet. Ita Iob, vt mortis aptius rationem exponat, eam in loco ponit, alludens fortè ad sepulchrum. Vt etiam dixit de mortuis Salomon, Omnia pergūt ad vnū locū; de terra facta sunt, & in terrā pariter reuertentur. Fit etiam, vt quid accidat mortuis prorsus ignoremus, & quisnam sit vniuscuiusque rerum status, sicut Salomon etiam dixit, Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, cuncta subiacent vanitati. Quis nouit si spiritus filiorū Adam ascēdat sursum: & si spiritus iumētorum ascendat deorsum? Quia igitur mors tantas rebus omnibus tenebras obducit, tanto verborum pondere hic dicit Iob locum illum mortuorū obscurissimum esse. Id enim verbis illis declarat. [*Terram tenebrosam, et opertam mortis caligine vbi vmbra mortis.*] Mors etiā omnia cōfūdit, neq; vllā inter reges, & priuatos homines inter doctos, & in doctos distinctionē relinquit.

Ecclesi. 3.
Ecclesi. 3.
Ecclesi. 2.

πάντα γὰρ μία νὺξ κατάγει λοισθήμα χάρυβδιν
αἱ μεγάλαι ἀρεταὶ καὶ ὄλβιστος

Omnia ad vnam diram peruehiunt voraginem, & magnæ virtutes, & diuitiæ, dixit Simonides. Quod etiam docet Ecclesiastes, Et didici, ait, quod vnus vtriusque esset interitus. Non enim memoria erit sapientis similiter, vt stulti in perpetuum: & futura tempora obliuione cuncta pariter opperient: moritur doctus similiter, vt in doctus. Et alio loco, Nec opus, nec ratio, nec sapientia, neque scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ideirco Iob

Eccles. 9.

dicit,

dicit, Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat Quanquàm ordinem post mortem non esse quidā interpretati sunt, quòd nulla sit temporis varietas, non dies & noctes, non hyems & ver, æstas & autumnus, sed melius primo modo explanari existimo. Miserū etiam est mori, est enim peccati pœna. Et quia dicit Ecclesiastes, Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuerteretur. Et propterea hic Iob vocat mortis locum terram miseriæ. In Hebræo tamē est עפתה hepata, quod etiam tenebras, & caliginem Hebræis significat. Vt multis nominibus mortis locū caliginosum, & tenebricosum appellet: quia non satis explicari quit, quam obscura, quàm cæca, quantis tenebris obsita sint ea, quæ post mortem contingunt. Illud etiam, quod noster dicit interpres, [*Sempiternus horror inhabitat,*] in Hebræo est תפעת כמו אפל topah chemo opel, lucens sicut caligo. Quam caliginem horrore explicauit vulgatus, vt maximam esse declararet. Septuaginta vero interpretes, illud [*nullus ordo, sed sempiternus horror,*] ita traduxerunt ὅδ' ἔκειτο φέγγος, ἔδ' ὁρᾶν ζωὸν βροτῶν, in qua scilicet mortis terra, neque splendor vllus est, neque videre mortaliū vitam. Quæ omnia pertinent ad mortis explicandam caliginē. Quod vero Iob dicit, [*Vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam,*] minime existimandum est mortuorum resurrectionē vllo modo negare. Sed illud enūciauit, quod Græcos modò conuertisse diximus, quòd non esset ad mortalium vitam reuersurus. Id quod etiam sapientia docuit dicens, Quum exierit spiritus non reuertetur, neque reuocabit animam, quæ recepta est.

Ecclesi. 5.

Sapien. 16

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit.
2 Nunquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus iustificabitur?
3 Tibi soli tacebunt homines? & cùm cæteros irriseris, à nullo confutaberis?
4 Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mũdus sum in conspectu tuo.
5 Atque vtinã Deus loqueretur tecũ, & aperiret labia sua tibi.
B 6 Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius, & intelligeres, quòd multo minora exigaris ab eo, quam mereatur iniquitas tua.
7 Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?
8 Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?
9 Longior terra mensura eius, & latior mari.
10 Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei.
C 11 Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat?
12 Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.
13 Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.
14 Si iniquitatẽ quæ est in manu tua abstuleris à te, & nõ mãserit in tabernaculo tuo iniustitia,
15 Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.
D 16 Miseriæ quoque obliuiscêris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, recordaberis.
17 Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cùm te consumptũ putaueris, orieris vt lucifer.

18 Et

18 Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.
19 Requiescês, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.
20 Oculi autem impiorũ deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ.

RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit.
Tertius in amicis Iob numeratus secundo capite fuit, & ita tertio loco disputat cum Iob.

2 Nunquid qui multa loquitur, non audiet: aut vir verbosus iustificabitur. Multa Iob locutum fuisse amicis videbatur, quia sermonibus eius nõ assentiebãtur. Frustra enim dici putamus, quæ fidem nõ faciunt. Quare loquaces, atque verbosi videri solent sancti viri, vbi de vera pietate ac religione disserũt, ijs, qui huiusmodi doctrinã aut negligũt, aut leuiter amplectũtur: ita Paulus Athenis σπερμάλογος, & garrulus habitus est. Quod [non audiet] dicit, in Hebræo est non לעגה ielhane respondebitur, quod clarius idem significat. Id est, nunquid multis, & inanibus verbis de tua iustitia conuicti non audebimus respondere? Id est minimè quidem. Nam viri docti non verbis, sed veritate conuincuntur, dicente Salomone, Qui tantùm verba sectatur, nihil inueniet.

Sancti quibus loquaces videntur. Act. 18.

3 Tibi soli tacebunt homines? aut cùm cæteros irriseris, à nullo confutaueris? Id est, tu solus tres doctos homines disputando vinces? Cùmque tuis sermonibus eos vilipendas, irrideas, & ignaros rerum ostendas, nemo tuã audebit orationem refellere. Quod [Tibi soli] dicit. In Hebræo est בדך badecha, & septuaginta viri

Prouer. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

ברוך baruch legisse videtur, nam ἐυλογημένος benedictus transferūt. Neq; mirū, ná. ר. valde simile est. ר. & ד. valde simile est. ו. Præterquá verò quod בר bad à ברר badad solùm indicat, indicat etiam בדים badim mendacia, vel mendaces, vt Esa. 44. vers. 24. irrita faciens signa בדים badim diuinorum, vel mendacium. Et ita hoc loco interpretatur Chaldeus כדבך chid bonaich, mendacia tua, quæ aptè cōuenit interpretatio, nam cōtinuò sequenti versu huiusmodi ponit mēdacia. Quod verò dicit ā nullo confutaberis septuagin ta conuertunt non est ἀντιπολεμήσει σοι, qui tibi respondeat. In Hebræo tamen idem vehementius dicitur אין כלמיך en maclin nō est, qui te pudere cogat. Humanū id est, vt potentes homines liberius, & asperius in pauperem, & præsidijs orbatum hominē pro se loquentem inuehantur, vt ecclesiasticus auctor est, dicens, Humilis locutus est sensatè, & non est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbū illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt, Quis est hîc? Et si offenderit subuertēt illū. Eccli. 13.

4 *Dixisti enim purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.* Has duas propositiones hic Sophar refellere conatur, primam dixisse videtur Iob cum capite sexto versu. 30. dixit, Nō inuenietis in lingua mea iniquitatem: neque in faucibus meis stultitia personabit. Secunda verò colligitur ex eo, quòd capite decimo cum Deo audet de sua iustitia, & innocentia in disceptationem venire dicens, Noli me condemnare indica mihi cur me ita iudices?

5 *Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.* Si Iobus fuisset impius, vt temerè putabat Sophar optan-

optandum quidē erat, vt Deus cum illo desceptaret, qui solus superbos, & arrogantes homines bonis infestos conuincit atque coercet. Ita Adam, & Cain cum Deo de criminibus suis loquentes conuicti tacuerūt. Et propterea hoc idem Dauid optat atque precatur dicens, Exurge Domine, non confortetur homo: iudicētur gentes in conspectu tuo, constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gētes, quoniam homines sunt. *Psal. 9.* Quia vero non impius Iob, sed religiosus erat, meritò, quod Sophar reprehendit, optabat. Nam piorum virorum causa, si agatur apud Deum, facilima est, cùm in magnas sæpe apud homines acta incidat difficultates. Et ob eam rem Dauid etiam dicebat, Iudica me Deus, & discerne causam meam. Qua verò ratione Iob à Deo, conuincendum esse putabat Sophar subijcit dicens.

Piorū causa si agatur apud Deū facillima.

6 *Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius, & intelligeres, quòd multo minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.* Quod multiplex dicit in Hebræo est כפלים chiphlaim: duplicia docuimusq; in Zachariam c. 9. numerū esse finitū pro infinito. Sicut illud Esaiæ, Suscepit de manu Dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Quo loco ponitur eadē vox: cuius ibi rei causam attulimus, ex quo intelligitur longè aptiorem esse nostri interpretis versionem, quàm Hebræorū, qui duplicia interpretantur, duosq; diuinæ sapientiæ modos commemorāt. Quòd verò legem dicit in Hebreo est תושיה tusia, quod verbum valde ambiguum esse narrauimus huius libri cap. 6. versu. 13. rectissimèq; explicari, & eius omnem ambiguitatē tolli hac voce Latina Ratio. Probat igitur Sophar Iob conuincendum *Zachar 9.* *Esai. 40.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse si cum Deo de sua integritate disputaret. Quoniam infinita est agendi ratio diuinæ sapientiæ, quæ si semel infinita sua secreta detegeret, facilè intelligeret Iob longè diuersa ratione Deum de nobis, quàm nos ipsos iudicare. Quia multa in nostrorum pectorum recessibus nos latent, quæ Deo aperta, & manifesta sunt. Quam Dei infinitam sapientiam, quòd Paulus reuereretur prudètissimè scripsit, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. Et in epistola ad Romanos vehementer diuinam sapientiam admiratur dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Dauid etiam ait, Iustitia tua, sicut montes Dei iudicia tua abyssus multa. Quare dubium non est, quin scientia atque sapientia infinita Dei vehementer, vel virum debeat terrere sanctissimum. Qua de causa dixit Dauid, Non in tres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs. Et ipse Iob postquam Deum secum loquentem audiuit reuerẽtior, & formidolosior factus quosdam suos loquendi modos à rectę voluntatis conscientia profectos reprehendit dicens, Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam. Audi & ego loquar, interrogabo te, & responde mihi. Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. Ideirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Non dubium igitur est, quin sapientissimum sit argumentum Sophar: ex

1. Cor. 4.

Roman. 11

Psal. 35.

Psal. 142.

Iob. 42.

ex illo tamen nõ concluditur, quod ipsi cõcludi vult. *Et intelligeres* (ait) *quod multò minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua,*] Id est quòd minores, quàm promeritis pœnas pendas: certum enim est Iob non ob scelera sua tot accepisse vulnera. Sed vt eius eximia, & constantissima virtus omnibus plana, & manifesta fieret: ita vt neque tetra diaboli inuidia quidquam calumniari posset. Quare si Deus tunc sapientiæ suæ secreta detegeret, vt optabat Sophar, potius ipse quàm Iob pudore confectus suffunderetur, vt postea planum factum fuit, cùm Sophar, & alij amici, Dei iussu Iobum precati sunt, vt eis à Deo stultitiæ suæ veniam impetraret. Quoniam non ita rectè, sicut ipse Iob locuti essent. Ex quo intelligitur non minus admirabilem esse infinitam diuinæ sapientiæ rationem in ijs probandis, qui hominum iudicio condemnantur, quàm in ijs damnandis, qui multorum sententijs probi, & integri habentur. Imo profectò longè maiora indicia immensæ magnitudinis suæ illo, quàm hoc modo exhibuit. Vt ex Iesu Christo Saluatore cognosci licet, qui vna populi voce ad supplicium depressus, & iniqua iudicis sententia tam nefariæ libidini permissus, dei tamen iudicio, non solum innocentissimus fuit, sed etiam eximia eius innocentia ad omnium reorum salutem per se vique sua manauit. Quem hominum in re tanta errorem nonnihil amicorum Iobi error retulit, narraturque ab Esaia, Nos putauimus (ait) eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est, propter iniquitates nostras attritus est, propter scelera nostra. Quocirca

Mirabilis Dei sapientia in ijs probandis, quos homines condẽnant.

Esa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moderate de alijs est ferenda sententia.

valde moderati homines esse debent inferēdis de aliorum improbitate sententijs. Quod verò dicit, [*Minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.*] Quoniam נשה nasa, & exigere, & obliuiscì, significat possumus etiā vertere, Tui Deus oblitus est propter iniquitatē tuam. Et ita Chaldæus vertit לך אנשך anselach, obliuione obruit te Deus, propter iniquitatem tuam. Sequitur autem.

Rom.11. Psalm.76

7 *Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?* Id est minimè quidem. Quia inuestigabiles vias eius Paulus esse dicit. Et Dauid Deus in sancto via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.

8 *Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?*

Dei sapientia incōprehensibilis.

9 *Longior terra mēsura eius, & latior mari.* Vt omni ex parte Dei sapientiam infinitam, & incomprehensibilem esse doceat, omnibus mensuræ rationibus numeratis excelsitudine, profunditate, longitudine, & latitudine cum ijs eam rebus comparat, quæ maximę nobis vidē tur, quibus longè maior esse dicit: vt nostros ante oculos eius infinitam magnitudinem ponat. Ita Paulus in

Ephes.3.

epistola ad Ephesios, ad hunc etiam modum infinitam Dei maiestatem quasi describēs ait, Vt positis comprehendere cum omnibus sanctis, id est intelligere, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundū.

10 *Si subuerterit omnia, vel in vnū coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis?* In Hebrēo est, si subuerterit, claudat, & cōgreget. Itaque genus est subuertere, omnem excisionis, & euersionis modum comprehendēs. Et propterea id tantum cōuerterūt septuaginta

ginta ἐὰν καταστρέψῃ τὰ πάντα si euerterit omnia solūmodo traducētes reliqua duo verba tāquàm hoc vno cōprehēsa prætermiserūt, vulgatus verò interpres, & genus, & vnum præterea verbum transtulit, alterum prætermisit, nimirum, Et claudat, quod & genere, & subiecta specie continebatur. Oportet igitur intellige re quem euertendi modum Sophar subijciat, Si cōgreget atque claudat. Nam rerum distinctione compositus & ornatus fuit orbis terrarum, quòd si omnia in vnum locum ab eo cōpellerentur, fieret illa indigesta molles, & rerum confusio, quam chaos Græci nominarunt, quæ magna esset orbis terrarum euersio. Quā præstare facilè potest is, qui destinxit, & informauit vniuersum. Declarat igitur Sophar scientiam Dei infinitam cum infinita etiam potentia esse cōiunctam, ac proinde temerarium esse cum eo velle iudicio decerta re. Quod Iob non ignorabat, imò luculentius de summa Dei scientia, atque potentia capite nono disputauit dicens, Sapiens corde est, & fortis robore, eiusque fortitudinem è rerum creatione demonstrauit. Quare hoc argumentum minimè refutat eum, qui non potentia, & scientia sua, sed veritate, & honestissimorum consiliorum conscientia fretus, audet apud optimum, & æquissimum iudicem suam causam tractare.

11 *Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat?* Vanitas, & mendacium idem sunt, & vtrumque nomen שוא sau significat, Vanitas igitur alicuius rei in eo cognoscitur, quòd mentiatur, non est, vel non est, vel non habet, id quod esse, vel habere videtur. Vnde omnia vanitas dixit Ecclesiastes, Quòd nihil præstat, id quod præstaturum videtur, vt

Vanitas in eo cognoscitur.

Ecclesiast. 6.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinde ipſe declarat dicēs, Dixi in corde meo vadam, & affluam delitijs, & fruar bonis. Et vidi quod hoc eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Deindeque res multas quæſiſſe dicit, quæ iucunditatem ei allaturæ videbantur, vidiſſe tamen in omnibus (ait) vanitatem, & afflictionem animi. Dicit igitur Sophar Deum, cùm ſapientiſſimus ſit, hominum vanitatem cognoſcere, hoc eſt tales non eſſe homines, quales ſibi videntur. Quare nō verebitur, cùm illis diſceptare, quos arrogantia inflatos ac deceptos eſſe cognoſcit, neque vanis, & ventoſis eorum verbis eſſe credendum, quod & Ioannes de Chriſto Ieſu narrat dicens, Ipſe autem Ieſus non credebat ſe ipſum eis, eo quòd ipſe noſſet omnes. Et quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Quod dicit, [*videns iniquitatem nonne conſideret?*] quæ verſio magis mihi placet, quàm quorundam Hebræorum, qui ſine interrogatione intelligendum putant, in hanc ſententiam, Videns iniquitatem!, & eum qui non intelligit. Sed illo modo vertit Chaldæus, & Septuaginta interpretes intellexerunt vertentes ἰδὼν δὲ ἄτοπα ὁ παρόψεται videns indecora non conniuebit. Id eſt, hominum crimina iudicio reſeruauit. Quare in quo iudicio ea protulerit, quoſcunque homines vincet in eo. Quod valde horribile Dauidi videbatur, cùm diceret, Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit. Non poteſt tamen in huiuſmodi iudicio non vehementer conſidere is, qui nullius delicti ſibi conſcius eſt, qualis erat Iob. Et ob eam rem nihil hoc argumento conuincebatur.

Iohan. 6.

Pſal. 129.

12 Vir

12 *Vir vanus in ſuperbia erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat*, Id eſt, homo arrogans, & cui ſuperbia maiores ſpiritus, quàm pro viribus afferat, cum Deo de ſua virtute diſceptare audet, adeòque ſe liberum, & legibus ſolutum eſſe putat, vt quemadmodū onager vinculis vllius domini liber per montes errat, ita ipſe nullis iudicij laqueis conſtringi poſſe credit. Eſt tamen hic verſus in in Hebræo valde difficilis, valdeque de eius explicatione differunt inter interpretes. Chaldæus ita totū verſum conuertit גבר הרוך יתהנם בלהון עירא סרדרא נברנש דזכי אהדרד guebar hariph ithaccā libe vehila merodz ce bar nas iome itilid, homo acutus ſapiens ſit, animo ſuo, & pullus onagri eſt, ſicut hominis filius, in diebus quibus naſcitur. Id eſt, homines bona in doctrina præditi ſapientes fiunt, licèt quando naſcuntur, rudes, ſicut onager ſint. Septuaginta verò interpretes ita transferunt, ἄνθρωπος δὲ κλῶψ ὁρμαθήσεται λόγοις. βροτὸς δὲ γενηθεὶς γυναικὸς ἴσα ὄνῳ ἐρημίτῃ homo autem fruſtra verbis animatur, mortalis mulieri genitus ſimilis eſt aſino deſerti. Id eſt, fruſtra hominem verbis monemus, cùm mortalis muliere natus tam ſolutus naſcatur officij legibus, quippequi ſit earum ignarus, quam aſinus deſerti. Quibus verbis non ſolum Iobum officij rudem, nulloſque feciſſe in virtute progreſſus ſignificat, ſed etiam ad pietatem verbis informari non poſſe. Quæ verba in Iobum quidem contumelioſiſsima ſunt: apertioribus tamen contumelijs Sophar, quàm alij in Iobum hactenus inuectus eſt. Variè igitur, hic locus redditur propter duo verba valde obſcura, quæ in eo ſunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

נבוב nabub, & נבב libeb quibus raro ſacroſancta ſcri ptura vtit, variéq; exponũtur, נבוב nabub ducũt ex breiex radice בוב bib, ſed neq; radix, neque alia ab ea radice ducta vox, præter hanc in tota ſcriptura eſt. Hanc vero vocem quatuor locis quibus reperitur, va cuum declarare tradunt. Quos vulgatus ſecutus eſt vacuum vertens, & ſeptuaginta viri κεκωμωμένος fruſtra con uertentes. Chaldæus tamen חרדך hariph acutum interpretatus eſt. נבב libeb verò eius radix eſt נבב lebab cor, quare auferre, vel vulnerare cor ſignificare dicunt, vt in canticis. 4. verſ. 9. לבבתני libabtini abſtuliſti mihi cor, vel vulneraſti me ſoror mea ſponſa mea. Hoc vero loco ſapientẽ, vel cordatum fieri, quia eſt in paſsiua ſignificare dicunt Hebræi, Chaldæi huius loci interpretationem ſequentes, דתחכם ithaccam ſapiens fit vertentis. Quẽ etiam Septuaginta auctores ſunt imitati ἐφκοσύνεται λόγος animatur verbis traducẽtes. Chaldæi, & Græcorum ſententiam iam declaraui. Quidam autem Hebræi, qui docti habentur נבב libeb excordẽ fieri hoc loco ſignificare tradũt, & ita totũ locum explicant, Homo quando naſcitur ſapientia vacat. Sicut homo excors, & ignarus legum, tanquàm onager ſe liberum eſſe putat. Quaſi dicat Ætatis progreſſu ſapiet. Sed vulgato magna etiam ratione ducto atq; ex eius radice coniecturam facienti viſum eſt נבב libeb ſuperbire quaſi cor erigere, & inflare ſignificare, & propterea ſuperbia erigitur traduxit. Sed mihi Hebræa verba ponderanti viſum eſt, aliam etiam aptiſsimam, & Hebræis verbis, & contextui huius loci explicationem reddi poſſe, vt נבוב nabub crecens, ſignificare putemus, vt eius radix ſit נוב nub creſcere

re ſignificans, & נבוב nabub participium, quod habitus vocant, eſſe putemus in formam redactum perfectam. Eam igitur verſus habet ſententiam, Vir crecens ſapiens fit, nam tam rudis & ignarus rerum, quàm aſinus deſerti naſcitur. Vt Iob imprudentem, & parùm rerum expertum eſſe perſtringat, quod nondum perfectam egiſſet ætatem, & propterea ſibi tantum arrogaſſe, vt iactaret velle cum Deo de ſua iuſtitia diſceptare. Putatur enim Iob quadrageſimum tantum annum egiſſe, cùm in illas calamitates inciderit. Eſt etiã hæc ſententia contextui cohærens, quòd his verbis poſtea Iob reſpondens dixiſſe ſequẽti capite puto, Non auris verba diiudicat, & fauces comedentis ſaporem? in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Id eſt, Quanuis ita res habeat, quod integra, & matura ætas muſtum afferat prudentię. Tamen eſt hominibus iudicium â natura datum, vt poſsint de rebus iudicare, quanuis non multum ſint ætate progreſsi, ſicut etiam iuuenum aures ſermones audiunt, & palatus guſtat ſaporem. Sequitur autem. *Iob.* 12.

13 Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas.

14 Si iniquitatẽ quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & nõ mãſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia.

Eadem conditionalis coniunctio eſt in verſu ſuperiori intelligẽda, quæ ponitur in principio inferioris, tanquàm ſi diceret, Si firmaueris cor tuum, & expãderis, &c. Quid ſit autẽ firmare cor rectè exponit ſubiũgẽs. [*Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua abſtuleris.*] Non poteſt enim non eſſe inſtabilis animus ſcelere obſtrictus: nititur enim non ratione, ſed perturbatione, qua nihil in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur iniqui leues, & boni sint graues.

cōstātius, Quòd imagine, & boni quasi vmbra potiꝰ, q̄ ipso bono moueat, quare iniqui leues, æqui graues vocātur, & cōparantur illi à Christo homini super are nam ædificanti, hi verò supra firmā petram. Quam ob rem iniustitia à tabernaculo repellenda est, vt hic mo

Matth. 7.

Prouer. 11.

net Sophar, ne super arenam ędificatū citò cōuellatur. Facit enim impius, vt Salomon ait, opus instabile. Quod dicit [*Expandisti ad eum manus tuas,*] id est, si eū fueris precatus. Est enim expādere manus precantis habitus, vt declarauit Dauid dicens, Clamaui ad te Dñe tota die, expandi ad te manus meas. Oportet enim ad expiandum tabernaculum nostrum, & iniquitatē tollendam Dei auxilium precibus impetrare, cùm nō simus sufficiētes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et ob eam rem precabatur Dauid dicēs, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Errat autem Sophar hęc persequens vehementer in eo, quod contumelioſè tractet Iobum dicēs, Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris. Stat enim semper illud certissimum fundamentum, quod tertio capite posuimus propositiones amicorum Iob esse veras assumptiones, autē falsas, cū in Iobum dicunt, quod in impium verè diceretur.

Psal. 87.

Dei opem iniquitas tollenda.

2. Corint. 3

Psal. 50.

15 Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & nō timebis, Leuare faciē habitꝰ est cōfidētis parūq; timētis, id quod Dauid declarauit dicēs, Ad te Dñe leuaui animā meā, Deꝰ meus in te cōfido, nō erubescā, Rectè verò Deo cōfidit, qui est, absq; macula, id est, sine culpa, vt sępe ex Iobi sētētia hoc libro explicuimꝰ. Quare amici Iob velint, nolint in eius cunt sētētiā, est enim magna vis veritatis, quæ nō facilè hominū calūnijs

Psal. 24.

nijs cedit, sed se per seipsā defendit. Quod dicit, [*absque macula,*] potest etiā ex Hebræo verti, Ex macula. Idest, Dei (vt exposui) si auxiliū impetraueris, poteris culpā expiare, & scelere liberari. Quod dicit, [*& eris stabilis,*] ea est natura hominis virtute præditi, vt sibi constet, nec facilè mutetur, cùm veritate ducatur, quæ semper sibi consonat. Ex quo fit, vt Seneca virtutem perfectā diffiniat, æqualitatē, & tenorē vitę per omnia cōsonātem sibi. Aristotelesq; virū virtute præditū dicit, esse similem quadrati lapidis, qui vndiq; comolutus conse

Boni vir stabiles.

Prouer. 10

dit. Quod Salomon comprobat dicens, Iustus autem quasi fundamentum sempiternū. Græci verò paraphrasim adhibentes totum hunc versum ad eam referunt puritatem, cuius is particeps fit, qui culpæ veniam impetrauit, ita vertentes Ἴσως γοῦν ἀνακλάμψει σοι τὸ πρόσωπον ὥσπερ ὕδωρ καθαρόν, ἐκ νυκτὸς δὲ ἔσῃ ὡς μεσημβρία. Sic facies tua tanquam aqua pura splendebit, squalorem abijcies, & non timebis. Quam puritatem copiosè tractat Esaias dicens, Labamini & mundi estote, auferte malū cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, &c. Si fuerint peccata vestra vt cocinnū, quasi nix dealbabūtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Sequitur autē.

Esai. 1.

16 Miseriæ quoq; obliuiscēris, et quasi aquarū, quæ præterierunt, recordaberis, Declarat quos afferat fructus vera pietas, re cōciliatioq; cū Deo. Qui locꝰ ab alijs etiā amicis copiosè tractatꝰ est, & à Iob, vt exposuimus sapiētissimè refutatꝰ, si hęc, de qua loquebāt, fœlicitas ad hoc seculū pertinere putēt, cū huiusmodi fœlicitatē minime suis officijs viri probi mereāt. Sin autē intelligerēt futurū esse tandē, vt viri sancti à malis omnibus liberati felicitatem

licitatem consequantur, verissima prædicant. Et in hanc sententiam quæ modo tradit Sophar de bonorũ fœlicitate exponemus. Nam verè miseriæ obliuiscentur, Sanat enim perfectissimè Deus cõtritos corde, & alligat contritiones eorum, vt ait Dauid. Et vt est in Apocalypsi, Agnus regit illos, & deducit eos ad vitæ fontes aquarum. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Quod dicit, [*Quasi aquarum, quæ præterierunt recordaberis*,] Id est, quæ præterierunt, & redire non possunt. Hoc est tranquillam, & à miserijs securam vitam ages. Sicut dicitur in Apocalypsi, Et mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.

Sancti obliuiscuntur miseriæ.
Psal.7.
Apoc. 7.
Apoc.7.

17 *Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam*: Tenebræ in scriptura sunt ærumnæ, atque miseriæ, contrà verò lux est tranquillitas prosperaque fortuna. Et ita illud Dauidis intelligitur, Exortum est in tenebris lumen rectis. Et alio loco, Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, [*Ad vesperam*,] dicit, id est elapso iam calamitatũ, & ærumnarum æstu. In Hebræo tamen est הלד heled cuius significatio adeò incerta est, vt paucis locis vno modo exponatur, sed singulis locis singulares significationes accõmodãtur. Nã vulgatus hic vesperã, Græci ζωήν vitã, Chaldęus, גרשם gosem corpus interpretatur. psal. verò. 48. vers. 2. vulgatus orbẽ Chaldęo ארעא arha terrã cõuertit, psal. 88. vulgato sub stãtiã, Chaldęo אתברידת מעפרא itbereti mechaphra. erectus sum expuluere cõuertit. Fortè omnibus locis tẽpus quadrat, & ita hic aptè coheret in hãc sententiã, Tempus tuũ erit, quasi tẽpus meridianũ. Id est clarissimum & fœliciſsimum. [*Et cùm te consumptum putaueris, orieris*,]

Psalm.111
Psalm.96.

orieris vt lucifer.] Id est, licet de vita, & salute tua, iam desperes: te Deus tamen ita restituet, eiusmodiq; beneficia, & gloriæ ornamenta conferet, vt clarior & illustrior lucifero videaris. Quod dicit. [*te consumptum putaueris*,] in Hebræo est תעפה tahupha, futurum verbi עוף huph, quod tam ambiguum est Hebræis, vt vix eius propria significatio inuestigari possit. Est illis volare, illustrare, corruscare, contenebrare. Hunc verò locum septuaginta viri ita vertunt ἡ σὴ εὐχὴ ὡσεὶ ἑωσφόρος precatio tua, sicut lucifer. Chaldæus autem פעכרעא רקבלא pihpuha dequabla, caligo tenebrarum ipsi erit aurora. Sed considerãti mihi diligenterque æstimanti loca omnia, in quibus hoc verbum, vel aliud ex eo repertũ inuenitur, propriè significare videtur, vibrare, vel impetu ferri. Ex quo fit, vt volare nõnunquam significare videatur, nam volans impetu fertur, alasq; vibrat: vbicunque verò volare interpretes conuertunt, si vibrare vertas aptissimè quadrabit: vt psal. 90. A sagitta volante in die, aptè etiã dices vibrãte. Nam Vibrare hastas Cicero dixit, & Vibrare spicu la Vergilius, & Prouer. 23. Sicut aquila volabũt, aptè sicut aquila vibrabunt, scilicet alas suas Iob. 5. auis ad volatum, aptè etiam auis vel scintillæ, vt alij vertunt ad vibrandum, Id est micandum. Nam Vibrare fulmina Cicero dixit: de mariq; loquens cum à sole colluceret Vibrare dixit. Ex qua significatione hîc locus, quẽ in manibus habemus, qui variè exponitur, aptè verbum ita de verbo reddemus, Vibrabis, & eris vt mane. Id est gloriæ, & honoris insignibus micabis, & clarus eris, vt manè. Nam quod Hebræi illustraberis exponũt, puncta nisi mutetur, nõ permittũt eorũ grãmatici

Universidad de Deusto
Biblioteca

tici,ꝙ vocis sint actiuę. Quia etiã nox veniens moueri,& Vibrare videtur, fit,vt contenebrare significare videatur,cadit tamen aptissimè Vibrare, vbicunq; ad tenebras ab interpretibus refertur. Vt illud Esaię.c.8. versu.2.ecce tribulatio,& tenebræ מעוף mehuph dissolutio, ex versione vulgati, ex Hebræorũ verò explicatione caligo:aptè tñ conueniet Vibrátes,vt sit adiectiuũ tenebrarũ,& ad significãdũ tenebras,quę tanto impetu ferãtur,vt eis resisti nõ possit. Et illud Amos 4.versu.13. Faciẽs auroră עלפה hepha tenebrá, vt Hebræi exponunt:cadet etiam faciens auroram Vibrãté. Et illud Iob superioris capitis, Terram עפתה hephata miseriæ & tenebrarũ terra,in qua vibrat caligo. Hinc עפעף haphhaph, quod fulgorẽ, palpebram, pupillã interpretãtur,significet quasi Vibrationem,quę fulgoris,palpebrarũ,& pupillarũ esse potest,sicut Iob cap. 3.dixit palpebras auroræ,vt eius vibrationes,& corruscationes intelligantur. Ex quo etiã intelligitur rectè vulgatus explicasse hũc locũ[*te cõsumptũ*]esse traducẽs ad miseriarũ tenebras alludẽs,quibꝰ erat cõsumptꝰ,vt etiãChaldęus alluserit, doctissimè etiã Septuaginta tradu xisse ἐν σκεπῃ oratio tua,nã Vibrát,& in cęlũ mouẽt, &volãt pij viri precibꝰ suis. Quoniã hortatꝰ Iobũ proximè fuerat Sophar, vt ad Deũ manus suasexpãderet.

18 *Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.*

Securitas caput beatæ vitæ.

19 *Requiesces,& non erit qui te exterreat.* Persequitur partes fœlicitatis,quam consecuturum dicit, si Dei gratiam recõciliauerit: eius caput est securitas, adeò vt in ea vita beata posita esse existimetur. Præsertim quòd Iob,(vt ipse dixerat) vehementer à timore vexabatur.

Iob.7.

tur,Terrebis me(ait)per somnia,& per visiones horrore cõcutiẽs, & Verebar omnia opera mea, Auferat à me virgam suam,& pauor eius non me terreat. Huic ergo tanto incõmodo magnum erit remedium, si Dei tibi gratiam conciliaueris. Nam tunc timorem omittes, quòd magna eius auxilij tibi ostendetur spes, qua magnam securitatem habebis. Conuenit autem maximè id in virum bonum perfectaque virtute præditum,vt animi tranquillitate,& magna securitate sit, atque adeò magnis maleuolorum odijs circunuentus, & plurimis iactatus iniurijs,sicut dixit Dauid, Si ambulauero in medio tribulationis,non timebo mala, quoniam tu mecum es. Nam explicari non potest, quantum faciat animum spes diuini subsidij. Quod dicit,[*defossus securus dormies,*]Quidam ad sepulchrum referunt,hoc est rebus tuis optimè compositis morieris. Sicut dixerat Eliphaz, Ingredieris in abundantia sepulchrum. Et ita Chaldæus intellexisse videtur, nam vertit תתקן בד קבורתא titquen be queburata, aptabis domum sepulchri. Alij exponunt tanquàm fouea septus securus dormies, Sed in Hebræo est, תחפר haparta fodies, quare potest sic aptissimè etiam explanari, vt sit species pro genere Fodies, id est agros tuos coles, & securus dormies ab hostium scilicet tumultu. Non enim hostes agros, & fortunas tuas prædabuntur, sicut dudum prædati sunt. Est enim magna illa calamitas, quam ponit Esaias, Regionem vestram coram vobis alieni deuorant. A qua eum his verbis reddit securũ,si frugi fiat: coniungiturque aptè cum eo,quod ipse Sophar versu sequenti dicit,[*Requiesces,& non erit qui exterreat,*]Idest, si ad

Iob.9.

Psalm.22.

Iob.5.

Esai.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si ad otium te honestum retuleris, nemo te perturbabit. Tanquàm si diceret, In negotio, & in otio eris securus, vt integram ei, & perfectam securitatem in rebus omnibus polliceatur. Quam sua versione, quæ facilis est Græci significare videntur. Quam etiam Salomon præcepta sua tenenti luculenter promittit dicēs,

Prouer. 3. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua. Et pes tuus nō impinget, si dormieris, nō timebis: quiescēs, & suauis erit somnus tuus, ne paueas repentino terrore irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo: & custodiet pedem tuum ne capiaris. [*Et deprecabuntur faciem tuam plurimi,*] id est magnam tibi reuerentiam exhibebunt, tuique supplices erunt: in quo gloriam antiqui philosophi collocabant. Quod etiam Deus Christo gloria florenti recipit præstaturum dicens,

Esai. 11. Radix Iesse, qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur. Et eius etiam ecclesiæ, per Da-

Psal. 44. uidem dicens, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

20 *Oculi autē impiorū deficient, & effugium peribit ab eis, &*

Pudore afficientur impij. *spes illorū abominatio animæ.* Deficient autem inuidia & pudore magno commoti, quòd virospios, quos ipsi despiciebant, videant opibus abundantes, & clarissimis insignibus gloriæ decoratos, se autem omni subsidio destitutos, eaque spe frustratos, quam in suis diuitijs, & alijs subsidijs collocauerāt. Quam spem ob eam rē animæ abominationem appellat, id est, quam animatum abominabitur, & derestabitur, quòd vanissimā, & fallacissimam esse videbit. Vel vt alij exponūt Dolor, aut exalatio animæ, quod tantum animo dolorem afferet, vt consumi, & exalari videatur. Quod in hoc seculo

seculo non admodum certum est euenturum esse impio, futuro tamē pro certo, & explorato haberi debet futurum esse. Hanc verō molestiam, cruciatum, & afflictionem, qua tabescent impij, describit aptissimè sapientia dicens, Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabūtur in subitatione insperatæ salutis: dicentes intra se, præ angustia spiritꝰ gemētes, Hi sunt quos habuimus aliquando in dirisum, & in similitudinem improperij, &c. Ergo errauimus a via veritatis. *Sapien.*

CAPVT. XII.

RESpondens autem Iob, dixit.

2 *Ergo vos estis soli homines, & vobiscū morietur sapiētia?*

3 *Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc, quæ nostis ignorat?*

4 *Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit Deū: & exaudiet eum: derideturenim iusti simplicitas.*

5 *Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tēpus statutum.*

6 *Abundant tabernacula prædonum, & audaciter prouocāt Deū, cùm ipse dederit omnia in manus eorum.*

7 *Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.*

8 *Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris.*

9 *Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit.*

10 *In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis?*

11 *Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem?*

12 *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

C 13 *Apud ipsum est sapientia, & fortitudo, ipse habet consiliũ, & intelligentiam.*

14 *Si destruxerit, nemo est, qui ædificet: si incluserit hominẽ, nullus est, qui aperiat.*

15 *Si continuerit aquas, omnia siccabũtur: & si emiserit eas, subuertent terram.*

16 *Apud ipsum est fortitudo, & sapientia: ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.*

17 *Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporẽ.*

D 18 *Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum.*

19 *Ducit sacerdotes in gloriosos, & optimates supplantat.*

20 *Commutãs labium veracium, & doctrinam senum auferens.*

21 *Effundit despectionem super principes, & eos, qui oppressi fuerant releuans.*

22 *Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbrã mortis.*

23 *Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrũ restituit.*

24 *Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt frustra incedant per inuium.*

25 *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.*

RESpondens autem Iob, dixit.

2 *Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?* Quoniam optabat Sophar, vt Deus loqueretur cum Iob, quò ostenderet ei secreta sapientiæ suæ, quam esse omni ex parte incõprehensibilem docuit, & præterea omnipotentẽ. Iob hoc capite demonstrat minimè tantum, id esse secretum, vt Deum ad illud intelligendum loqui oporteat cùm

cùm homine. Vrgetque illos incõmodo oportunè irrisione vtẽs, hoc est, Vos hoc tãtũ secretũ soli ex Deo vobiscũ loquẽte didicistis, quocirca vos soli homines estis, id est, homines Dei. In Hebræo est עם há populus, quo vehementius eos vrget, & irridet: quasi populus Dei, id est, quasi ecclesia, quæ perpetuo permansura est ex ipsis tantum pendere. Quare [*& vobiscũ morietur sapientia?*] id est, vobis mortuis nemo erit, qui hoc secretum sciat: peribit igitur sapientia. Quæ est rerum diuinarum cognitio: & ea, qua homines imbutos esse oportet ad gratiã Dei in eũdã, quod absurdissimũ est. Nam sicut ecclesiæ interitus esse non potest, ita neq; eius sapientiæ, quæ in ecclesia oportet esse. Necesse autem ecclesiæ est pro certo, & explorato habere Dei sapientiam, atque potentiam esse infinitam. Quare non potest hæc antiquari cognitio, neque ex ecclesia tolli. Non igitur hæc tanta secreta sunt, vt sciri à me nisi Deum audiam loquentẽ nõ possint. Præsertim quòd ex naturæ principijs, vt statim demonstrat, id possit intelligi. Quidam Hebræi, Chaldæum sequentes sine interrogatione hunc versum, in hanc sententiã declarant, Vos populus estis, id est homines rudes, & è media plebe, vobiscum morietur sapiẽtia, id est, nulla est in vobis sapiẽtia. Sed versio vulgati nostri lõgè aptior, & doctior est quam, & septuaginta viri reddiderunt. [*Et mihi est cor sicut, & vobis, neque inferior vestri sunt, quis enim hæc, quæ nostis, ignorat.*] Vehementi quidem, & acri amplificatione inuehit in Sophar, & vna in reliquos duos amicos. Nam omnes ad vnũ, & illi repugnabant, & alterius, qui cum eo disputabat, dicta confirmabãt. Id est, & ego mentis sum, & rationis particeps sicut, &

vos,neq; vobis in hac saltem re inferior sum, quis verò,qui non sit rationis impos hæc vestra secreta ignorat. Quibus verbis significat, per se vique sua omnibus notum esse,Dei sapientiam,& potentiam immensam esse. Nulla enim tam barbara natio fuit, quæ Deũ non esse putauerit, Deoque reuerentiam non exhibuerit,licèt in attribuenda diuinitate multæ nationes turpiter errauerint. Et cum deos suos precabantur, eorum opem,& patrocinium implorabant, intelligebant in Deum illud conuenire,vt cunctis eorum malis,& incommodis posset mederi. Quod sine scientia,& potentia summa nõ posset,scientia enim ei opus erat, vt sciret,qua ratione subueniendum esset,& potentia,vt cognitam exequeretur rationem. Cùmque ad omnes res,quibus ipsi pares non erant Deum implorarent,ad omnes res valere putabant. Quare rectè dicit,[*Quis enim hæc quæ nostis,ignorat?*] Quis tam barbarus est, qui hoc,quod secretum esse dicitis, ignoret. Quod Paulus etiam testatur, Romanis scribens,*Quia quod notum est Dei manifestum est in illis,Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.*

Per se cognita est infinita Dei sapientia & potentia.

Rom. 1.

4 *Qui diuidetur ab amico suo,sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum.* Multa subaudienda sunt,vt hic versus planior fiat:Sed cum vos id me latere putetis, quod cunctis,vel barbaris hominibus notum est, tum cum me verbis tam asperis tractetis,loquacem appellantes, & scelere esse conscientiæ astrictum,non me in tanta calamitate iubare,sed aperte irridere, & subsannare videmini

Deus vehemẽter irasci in eos, qui afflictos affligunt.

demini:quod ratio non est. Nam ab amicis desertus me ad Deum cõuertam, qui me pro sua misericordia respiciet, vosque inhumanitatis,& acerbitatis maximæ arguet,qui amicum vestrum non solùm reliquatis,neque vlla ratione leuetis, sed etiam ludibrio habeatis,& eius dolorem refricetis. Estque grauissima, & satis iusta amicorum reprehensio. Nam turpe esset quemlibet hominem in luctu iacentem irridere, immane vero, atque ferinum, & irridere, & contumelijs vexare. Quod quantum Deo stomachum moueat, ex infinita eius & misericordia, & clementia erga homines afflictos facilè apparet. Ipseque id apertè in Exodo testatur dicens, Viduæ, & pupillo non nocebitis,si leseritis eos vociferabũtur ad me: & ego audiam clamorem eorũ. Et indignabitur furor meus percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ,& filij vestri pupilli. Id quod etiam Ecclesiasticus innuit, monens ne fiat. Non irrideas hominem (ait) in amaritudine animæ: Est enim qui humiliat, & exaltat circunspector Deus. [*Irridetur enim iusti simplicitas,*] Causa hæc necessaria est,cur Deus illum inuocantẽ audiret,cùm Deus iustitię,& æquitatis patrociniũ susceperit,iustus Dñs,& iustitias dilexit,& æquitatem vidit vultus eius, ait Dauid. Hoc argumẽto vsus est etiã Dauid ad Dei opem impetrandam cùm maximis, & assiduis eam precibus postularet dicens, תם ודשר דצרוני, tom vaiosser iezeduni, quod vulgatus transfert innocentes, & recti adhæserunt mihi,potest tamen etiam traduci, vt traducit Hieronymus,& Chaldæus,Simplicitas,& æquitas seruabunt me. Cõstructio verò huius versus in Hebræo

Exod. 22.

Eccli. 7.

Psal. 9.

Psal. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

difficilior est, habet tamen eandem sententiam, quam vulgatus expressit.

5 *Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.* Appositio est, qua declarat æquorum hominum, & integrorum vim quorum in fine superioris versus mentionem fecit, quamque indignis modis in hoc seculo accipiantur, vt se consoletur in memoriam reuocans eandem suam, quam & aliorum bonorum hominum esse causam. Quo, & Petrus pios vt os iactatos consolatur dicens, Scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Et Christus discipulos suos cùm se vexari, & hominibus odio esse viderent, Gaudete (ait) & exultate, secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Rectum ergo ac bonum virum lampadem primo nominat, propter honestæ, & perfectæ vitæ splendorem, quem nulla hominum acerbitas, & nequitia potest extinguere, neque diu comprimere. Christus enim vocat Ioannem Baptistam, Lucernam ardentem, atque lucentem. Admonetque nos apud Matthæum, Vt luceat lumen nostrum coram hominibus, vt videant opera nostra bonona, & glorificent patrem nostrum, qui in cælis est. Et apud Lucam, Vt simus parati, lucernas ardentes in manibus nostris habentes. Contemptam verò lampadem esse dicit, quòd eorum optima vitæ ratio vulgò contemnitur, neque eorum honesta consilia probentur: sicut de Christo Ioannes ait, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in mundo erat, & mundus eum non cognouit in propria venit,

Consilio bonorũ est bonos fuis afflictos.

1. Pet. 5.
Luc. 6.

Boni sunt lampades contẽptæ.
Ioan. 5.
Matth. 5.
Luc. 12.
Ioan. 1.

venit, & sui eum non receperunt. Contempta etiam fuit ab Herode lucerna illa ardens, & lucens Ioannes, cùm propter optima sua consilia, quæ dabat Herodi, in carcerem coniectus fuit, & eius caput pro dono puellæ saltanti traditum. Sed à quibus in primis contemnatur exponit addens, [*Apud cogitationes diuitum.*] Diuites in primis viros bonos despiciunt, quòd nihil ex eis emolumenti, & vtilitatis percipiant. Cùm pauperes esse, & diuitias aspernari soleant, ipsique omnes spes commodorum suorum in diuitijs posuerint. Cuius rei Dauid etiam auctor est dicens, Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione: quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Abundantes verò vocantur eodem nomine in Hebræo, quo hîc diuites שאננים saananim pacati, qui non egent, neque aliqua miseria conflictantur, sed bona eis multa suppetunt. Quod dicit, [*Parata ad tempus statutum,*] id est, contemptui est, non perpetuis temporibus: non enim relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum (vt ait Dauid) sed certo tempore à Deo statuto. Qua quidem re Dauid oppressus consolationem magnam accepisse videtur, dicens, Ego autẽ in te speraui Domine, dixi, In manibus tuis sortes meæ sunt. In Hebræo in eandem sententiam est, בעתותי hitotai tempora mea, id est, quibus his miserijs conflictaturus sunt. Quæ postquàm interceſſerint nulla erit tanta potentia, quæ possit virum probũ amplius vexare, ludibrioque habere. Id quod alio psalmo considerauit Dauid, Obseruauit peccator iustum, & stri-

Psal. 122.
Psal. 124
Psalm. 30
Psalm. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eũ quoniam prospicit, quòd venit dies eius. Id est, dies iusti, quo Deus eum liberare decreuit. Qua re meritò ridiculus erit Deo vir iniquus, cùm conatur, & sperat posse fieri, vt deuoret virum sanctum, laceret que dentibus suis, cùm longè secus eueniet. In Hebræo est לכד עדד רגל lemohade raguel. מעד mohed autem si sit à verbo דעד, iahad significat tẽpus stata tutũ, & ita vertit non solum vulgatus, sed etiam Chaldæus & Græci, רגל autem, id est, pes prætermiserunt, pleonasmum esse iudicantes, sin autem sit à verbo מעד mahad nutare, nutãtibus pede, vel ad nutationes pedis potest conuerti: ac tunc [*parata*] potest esse adiectiuum, vel lampadis in hanc sentẽtiam, quòd vir pius ita paratus est, vt in eo diuites, & opulenti homines, & qui huius vitæ fortunas amant facilè offendant. Nam quasi iacet in vijs tanquàm lapis abiectus, & qui nullius pretij esse videatur. In eoque maximè ipsi offendent, & detrimentum facient: si negligant, & repellant illum, qui Deo valde charus est: iratus enim vleiscetur seuerè serui, & amici sui contumeliam, sicut Christus dixit, Qui lapis offensionis, & petra scandali vocatur. Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat, & iudicet, vel potest etiam adiectiuum esse שאנן saanam, id est pacati, & diuitis hominis, quem eleganti, & aptissima periphrasi paratum esse dicat ad nutationem pedis. Constat enim tanto salutis suæ periculo diuites in diuitijs versari, vt Christus dicat. Facilius esse camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Et apud Lucam ait, væ vobis diuitibus, qui habetis cõ

In bonum virum facile opulenti offendunt.

Rom. 9.
Ioan. 8.

Matth. 19

Magno salutis periculo diuites in diuitijs sunt.

solationem vestram. Væ non diceret, nisi magnum illis ex diuitijs periculum conflaretur. Aptissimum igitur est diuitis appositum paratũ esse dicere ad nutationem pedis. *Luc. 6.*

6 *Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum.* Quoniam exposuit, quæ sit in hoc æuo piorum hominum conditio, exponit modo, quæ sit etiam iniquorum, quo totius defensionis suæ firmamentum inculcat, Pijs viris in hoc seculo interdum esse malè, impijs verò bene, & illa verba Sophar refellit, quibus & multam ei, si in Dei gratiam rediret fœlicitatem pollicebabatur, & vltimo loco addidit, Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis. At contradicit Iob, cum viri Deo grati ludibrio in hac vita sint, & viles habeantur: [*Abundant*] è contrario [*tabernacula prædonum,*] species est progenere, id est, profligatissimorum hominum, quibus & diuitię suppetunt, & gloria circunfluunt, & omnia eis prosperè cadunt, [*Et audacter prouocant Deum,*] Alia est species progenere, id est, abundant tabernacula eorum, qui audacter prouocant Deum, id est, qui nihil sacrũ, nihil religiosum putant. Sed cum templis atque delubris bellum gerere videntur, sicut Dionysius ille Syracusanus onustus deorum spolijs in Siciliam rediens dixisse fertur, Videtis amici, quod bona nauigatio sacrilegis detur. Quibus verbis non solum falsos illos gentium Deos, sed etiam verum Deum despiciebat. Cùm nullum ipse Deum coleret, nullam diuinitatem obseruaret, sed quidquid sacrum, & religiosum habe

Iniquis bene in hoc æuo est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur, negligeret. Audacter etiam Deum prouocabat ille, cùm quo ita locutus est Esaias, Cui exprobasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuorũ? Ad sanctum Israel? In manu seruorum tuorum exprobasti Dominũ. Res tamen quas aggrediebatur, val de fœliciter ei cueniebant, adeò vt diceret, sicut statim scribit Esaias, In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani, &c. Ego effodi, & bibi aquam, & exsiccaui vestigio pedis mei omnes riuos agerum. Quod dicit. [*Cùm ipse dederit omnia in manus eorum,*] Dei enim voluntate, & opera Imperatores, & immanes tyranni tot prouincias regnaque occuparunt, tot exercitus fuderunt, & res tantas gesserunt. Ad illos enim spectat, id quod canit Moyses, Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugabant decem millia? Nonne ideo quia Deus suus vendidit: & Dominus conclusit illos. Estque grauis amplificatio, Deum tantis eos fortunis augere, tot res permittere, tantam facere potestatem eis, qui non solùm bonorum auctorem minimè agnoscunt, sed etiam prouocant atque lacessiunt. Vt intelligatur nihili eas res à Deo fieri, quas amplissimas homines esse censent, & auidissimè inuestigant. Ex quo illud etiam constat, quod Iobi thesim vehementer confirmat, non esse ex huiusmodi rerum, vel iactura, vel compendio Dei amicitia, vel inimicitia erga homines ponderanda. Sed hoc ita est in Hebræo לאשר הגרא אגרת בדוד la aser hebi eloa beiado. Quod si suppositum verbi

Esa. 37.

Deut. 32.

bi אגרת hebi tradidit, sit Deus, eam habet sententiam, quam expressit vulgatus: sin autem suppositum sit relatiuum, quod subaudiri potest, habet hanc sententiam, ei qui Deum adduxit in manu sua, id est, idololatræ: facit enim Deum sua manu, sicut Dauid vocat idola opera manuum hominum. Vt sit alia etiam species improborum & perditorum hominum. Abũdant igitur (ait Iob) tabernacula prædonum, & prouocantium Deum, & idololatrarum. Hæc explicatio magis placet Hebræis, sed illa vulgati aptissima etiam est. Vtranque verò sententiam complexus est Abacuc vno loco, Et quòd Deus tam amplas facultates perfidis hominis largiatur, & quòd ipsi verum Deum beneficiorum auctorem minime nouerint: sed Deum manu factum colant, atque adorent, Et facies, ait, homines quasi pisces maris, & quasi reptile, non habens principem. Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagenam suam, & congregauit in rete suum: super hoc lætabitur, & exultabit. Propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat. Loquitur de Nabuchdonosor, cui tantam Deus facultatem fecit homines in suã potestatem redigendi, ac si pisces essent maris, quos integrum vnicuique est impunè capere. Sagena verò, cui sacrificium faciebat, idolum erat suum, cui res suas gestas ascribebat, & fortè machina militaris erat, qua muris & arcibus admota vrbes capiebat.

Abac. 1.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed Græca versio huius loci difficilior est. Quæ sic habet, δίκους τε αὐτῆς ἐκσωθήσεσθαι ὑπὸ ἀνόμων, ἐμίνησε δέ μου μὴ εἰς πεποίηται πᾶν ἀνδρὸς ὃν ἀδίκως ἔσεσθαι ὅσοι παροργίζουσι τὸν κύριον. πῶς δὲ καὶ ἐτάσεις αὐτῶν ἔσται. Domusque eius, vt ab iniquis deripiatur, verùm nemo, qui sit iniquus, confidat innoxium futurum, quicunque Deum prouocauerint, quomodo enim nulla erit eorum quæsitio. Sententia quidem facilis est, aptè que contexitur. Dixerat enim Iob etiam ex versione Græcorum virum bonum nonnunquàm alijs esse ludibrio, paratumque esse, vt pro tempore constituto alijs succumbat. Ita enim illi versum proximè superiorem conuerterunt. Aptè ergo etiam subiungitur etiam paratum esse, vt eius domus ab alijs diripiatur, fortunisque suis spolietur. Sed ob eam rem existimare non debent iniqui impunè posse, viris bonis detrimentum afferre. Quis enim sibi persuadeat eorum scelera Deum, nec quæsiturum, nec vlturum esse, qui tam seuerè, vel in bonos viros animaduertit. Nam si in viridi ligno hæc faciunt (vt Christus dixit) in arido quid fiet? Rectè verò ij, qui bonis viris infesti sunt Deum prouocare dicuntur: quoniam vir bonus Dei se totum fidei commisit, quam fidem irritam, & inanem velle facere videtur iniquus, dum obesse viro bono conatur. Qua tanta temeritate vehementer quidem Deum irritat atque lacessit, vt vel ex hoc intelligatur de impio Deus quæsiturum. Vt Christus auctor est, inuidis suis dicens, Est qui quærat, & iudicet. Cùm ergo Græcorum sentẽtia quadret, nunc verba verbis redda-

Luc. 23.

Qui bonis sunt infesti cur Deũm prouocare dicantur.

Ioan. 8.

reddamus. In Hebræo est דשׁלידו אהלדם לשודדים islaiu ohalim lesodedim. Futurum autem דשׁלידו islaiu potest esse vel verbi שׁלל salal, quod diripere, & spoliare significat, vel verbi שׁלה sala, quod est abundare, & pacificum esse, primùm verbum spectantes Septuaginta cõuerterunt, Diripiatur, ad illudq; totam orationem accommodarunt exponentes, Domus eius, vt ab iniquis diripiatur. Nam quod diceret forte quispiam, ד. secundum nullo modo posse ad verbum שׁלל salal pertinere, sed neque pertinet ad verbum שׁלה sala, nã ה prorsus amittitur in futuro, nec in ד, ex sua natura commutatur, quare. ד. cum sit litera accidentalis, vt dicunt Grammatici, & ad esse, & ab esse potest eodẽ verbo manente, fortèque in codice Græcorum non erat. Secundum verò verbum spectans vulgatus conuertit, [*abundant*,] illique reliquam orationem applicuit dicens, [*abundant tabernacula prædonum.*] Deinde verò in Hebræo est, ובטוחות לבדד אל vbatuhot lemarguize el. Quod verbum de verbo reddentes exponemus, & spes [sunt] prouocantibus Deum, Quod si enunciando dictum fuisse intelligatur rectè vertitur, [*& audacter*,] id est, confidenter prouocant Deum. Sin non enunciando, sed interrogando pronũcietur, eam habet sententiam, An sperare possunt, qui prouocant Deum? Tanquàm si per aposiopisin diceret, Minime quidem. Quod vt exponerent Septuaginta viri traduxerunt, Verũ nemo, qui sit iniquus, confidat in noxiũ futurũ quicunq; Deum prouocauerint. Sequitur etiam in Hebræo יאסף הבוא אלוה בידו laaser hebi eloa beiado, cuius orationis, si Qui sit verbi suppositum, dixi sonare, Qui Deũ adduxit in manu sua.

Id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est idololatrá, vt ab Hebræis declarari diximus. Sin autem [*Deus*] sit suppositum rectè vulgatum vertisse, [*cùm ipse dederit omnia in manus eorum.*] Sin autem. 7. relatiuum non prædones referat, sed ipsum Deum, eam habet sententiam, Quæ Deus adducit in manu sua. Id est, ponderabit, æstimauit, & quęret illorum iniqua facta, qui Deum prouocauerint. Quod ita exposuerunt Septuaginta, Quomodo nulla illorum erit quæsitio? Id est, quo pacto fieri potest, vt tá iniquis factis Deus iudicium non constituat. Quare rectè vulgatus, rectè Græci, rectè Hebræi hunc locum exponunt, licet varias singuli sententias afferant. Vt vel ex hoc loco intelligatur, quam excellens, & planè diuinus cumulus oraculorum sacrosanctis literis accedat, ex varia eatū versione. Sequitur autem.

Oraculorū cumulus ex variaversione accedit.

7 *Nimirum interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi.*

8 *Loquere terræ, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.*

9 *Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?* Redit ad propositum suum, ostendens non magnum illud esse secretum, cuius Sophar mentionem fecit, Dei sapientiam, & potentiam, esse infinitam. Nam id ita per se vique sua notum, & exploratum est, totq; huius rei indicia in natura sunt, vt vel ex iumentis, volatilibus, ex terra ipsa, ex mari, & piscibus eius certissima possint, & manifesta argumenta sumi cùm hæc omnia á Deo facta fuerint. Quod ita planum, & testatum esse significat, vt nemo id ignorare possit. Ex Iob igitur sententia per se notum est, omnia fuisse á Deo facta. Nam exploratum est rem nullam posse á se oriri. Siquidem causa, & effectus contraria sunt, vt pater, & filius.

Omnia a Deo fuisse facta.

& filius. Nam ea, quæ cum aliquo conferuntur contraria sunt. Quare in eandem rem conuenire nō possunt. Non potest igitur esse, vt vllum animal á se oriatur: nam causa, & effectus in eodem dicerentur, omnia vero animalia constat esse orta, cùm omnia consenescāt, occidant. Oportet igitur aliquem esse causarum exitum. Nam infinitum esse causarum progressum physici fieri non posse demonstrant. Ad aliquod igitur animal vniuscuiusque patrem quærendo venire oportet, quod nō ex alio sit animali natum, sed á Deo factum. Terram etiam, & mare á Deo effecta esse cognosci licet, ex eo quod eorū partes, animalia, plātas, & pisces pro certo (vt ostendimus) est á Deo primùm condita fuisse. Et ita nonnulli philosophi cognouerunt rerum vniuersitatis Deum auctorem fuisse. Nec quòd alij de hoc dubitauerint impedit, quo minus id per se notū, & exploratum sit. Nam nonnulli etiam de illo omniū certissimo, & apertissimo principio dubitarunt, quod libet vel est, vel non est: multi etiam lignum, & lapidē Deum esse putarunt. Siquidem corrupti, deprauatique hominum animi multas absurdissimas opiniones attulerunt: rectè ergo Iob dicit, [*Quis ignorat, quod omnia hæc manus Dñi fecerit.*] Cùm igitur cōstet res á Deo fuisse procreatas, ex eo etiá cōstat (ait Iob) Dei sapietiá & potētiá esse infinitá, sapientiá in vniuscuiusq; rei optima natura excogitāda, potentiá in procreanda. Hinc enim est, vt Ioānes dicat, Omnia per verbū Dei, quod est eius sapiētia infinita, esse facta. Et ob eá rem Dauid diuinas laudes, plātis, brutis, & alijs terrępartibus imperat dicēs, Laudate Dñm de terra dracones, & omnes abysi, ignis, grādo, nis, glacies, spiritus procellarū, qui fa-

Ioan. 1.

Psal. 148.

qui faciunt verbum eius. Montes, & omnes colles, lingua frutifera, & omnes cedri, bestiæ, & vniuersa pecora serpentes, & volucres pennatæ. In eo enim res hæ, Deum vehementer laudant, quòd eius infinitam potẽtiam, atque sapientiam, quarum vi factę sunt, declarãt.

10 *In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.* Id est, in eoque immensa eius sapientia, atque potentia declaratur, quòd res omnes viuentes nõ solùm ab ipso factæ sunt, sed etiam per ipsum viuunt, atque sunt, totæque ex eo pendent. Sicut Paulus dixit, Deus qui fecit mũdũ, & omnia quę in eo sunt, &c. in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. *Act. 17.*

11 *Nonne auris verba diiudicat, et fauces comedentis saporem?*

12 *In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia*, quæ nobis aptior visa est huius loci expositio, posuimus superiori capite versu duodecimo, quod discreptissimè cum illo versu contexeretur. Præsertim, quòd dixerat etiã Baldad capite octauo, Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam, &c. Et ipsi docebunt te, loquetur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Quia igitur amici eum ad senes, & antiquos homines allegabant, dicit hæc tã plana, & perspicua esse, vt non senes, & antiquos homines, sed iumenta, & volatilia satis sit interrogare. Nam ipsa de huiusmodinos rebus docebunt. Quæ ita patent, & in promptu sunt, vt ea, quę sub aures, palatum, & alios sensus cadunt: vt nõ opus ea sapientia sit, quæ in antiquis est, & longo tẽpore cõparatur, sed mente, & ratione tantũ, quę in singulis hominibus reperitur.

13 *Apud ipsum est sapientia, et fortitudo, ipse habet consilium, et intelligentiam.* Conclusio est, quam ex naturæ principijs demon-

demonstrauit esse plan ssimam, & omnibus per se notam. Eandẽque rursus confirmat non solum ex principijs naturalibus, sed etiã copiosius ex moralib⁹ dicẽs.

14 *Si destruxerit nemo est, qui ædificet, si inclusserit hominem nullus est, qui aperiat.*

15 *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram.* Hoc argumentum generatim capitẽ nono tractauit, cùm diceret, Deus cuius iræ nemo resistere potest, eiusdem hic nõnullas species persequitur. Nullæ verò tanta potentiæ est, quæ restituere possit, quod ipse semel labefactare decreuit, vt in florentissimis & potentissimis Chaldęorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum Imperijs expertũ est, quæ nullis se opibus, & præsidijs ab ira Dei vastante defendere potuerunt. Et ita Zachariæ quatuor cornua, id est, quatuor hæc imperia sunt in visione proposita. Deindeq; quatuor fabri ad illa deijcienda, & infringenda cornua. Vt intelligatur in eius potestate positum esse, vt destruat, & ędificet. Quare inanes illorum hominum cogitationes sunt, qui non Dei gratiam, & beneuolentiam, sed fortunas, & facultates iure vel iniuria auidè quærunt: quò calamitates, & vitæ miserias fugiant, dicente Ecclesiastico, Noli attẽdere ad possessiones iniquas: & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita: nihil enim proderunt in tempore vindictæ, & obductionis. Includit verò Deus hominem eum, cui nihil prosperè cadit, neq; res quas versat, fœlices vllos exitus habent, sed in quodcunque latus se vertat mala multa, & miseriæ vrgent, vt tanquàm in carcerem, & malorũ vincula coniectus esse videatur. Et ita Dauid miserum vitæ suæ statum describens, se homini comparat in custodiam tradito

Zacha. 1.

Nihil Deo posse resistere.

Eccli. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicens, Posuerũt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis. Hebraicè est posuisti me, &c. Quo clarius ea in qua versamur sententia, exprimitur. In carcerem missus est Ioseph, missus fuit & Ioachim Rex Iuda, missus denique fuit Christus Saluator noster. Et emisi etiam sunt pro voluntate, & arbitratu Dei. Qui terram etiam vel nimia siccitate, vt temporibus Eliæ, vel nimia inundatione, vt diluuij temporibus euertit.

Psalm. 87

3. Reg. 17
Genes. 7.

16 *Apud ipsum est fortitudo, & sapientia.* Conclusio est, quam probare nititur, & apertissimam esse docere, quam postquàm probauit ex rebus naturalibus, probat vsque ad finem capitis ex moralibus. Quæ cùm hominũ voluntate administrentur, putaret fortè quispiam non ita in Dei potestate esse. [*Ipse nouit, & decipientem, & eum qui decipitur.*] Id est, ne homines malum aliquod impendens suis consilijs caueant, nouit Deus cuius opera decipi facilè possint, ne salutaribus consilijs vtantur, vt deteriora sequentes consilia detrimentum faciant. Sicut Dauid Cusai opera prudenter vsus est, ad infatuandum Absalon, & Achitophel callida consilia refellenda. Rationem vero huius scientiæ diuinæ, qua res grauissimus in orbe terrarum facilè gerit, descriptissimè narratur in 3. Regum, quo narratur quæsisse, quis deciperet Achab, vt eius regnum labefactaret, ac per Syriæ Regem scelera eius necaret, & Israelis prælio fussi vlcisceretur. Quòd autem ibi quæsisse dicitur, quis deciperet Achab, nõ quòd quid quam ignoret, sed vt quanti faciat demonstretur, nosse decipientem & eũ, qui decipitur, vt hoc loco Iob dicit. Decipientes verò reperit, vt illo loco narratur, qua-

Nosse Deũ cuius opera aliquem decipiat.

2. Reg. 27

3. Reg. 22.

quadringentos circiter viros, qui in errorem inducerent: repertus etiam est Achab, cui error is obijceretur, quo ipse, & eius populus magnum detrimentum acciperet. Sed septuaginta viri hæc vertere prætermiserunt, fortè quia sequenti versu comprehenduntur. [*Adducit consiliarios in stultum finem & iudices in stuporem.*] Id est, facit vt viri, qui prudentes habentur, vehementer errent, & eadent, vel accipiant consilia, quorum exitum non inueniant. Est verò pro stulto fine Hebraicè סלל solel, significat autem שלל salal spoliare, diripere: sed hoc loco nonnulli Hebræi insanum, & errantem, & dilirantem interpretantur, vt noster intellexit vulgatus, Alij vt propriam verbi significationem referant, spoliatum sensu, & ratione declarant. Septuaginta tamen viri ἀιχμαλώτους captiuos conuertunt. In eãdem tamen recidit sententiam, est enim hic stultissimus suorum consiliorum exitus, & quem illi suis consilijs declinandum esse potius, quàm inueniẽdum putabant. Est etiam animaduertendum in Hebræo ad verbum esse, Consiliarios spoliatum, vt Hebræa phrasi declaretur, vnusquisque spoliatus. Quòd dicit, [*iudices in stuporem.*] Id est, stupidos reddit, & consilij expertes eos, qui rerum potiuntur, & rempublicam capessiunt: vt cum salus agatur, & summa reipublicæ nihil eam studio, & opera sua iubent. Hebraicè est הולל icholel insanire faciet. Quod quidem vehementer terrere debet sapientes huius seculi, qui quodcũque negotiũ, quod tractent, calliditate sua explicaturos confidunt. Quorum temeritatem vehementer coercet Esaias dicens, Stulti facti sunt principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt

Deus facit, vt errent, qui prudentes habentur.

Esai. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consilium insipiēs. Quomodo dicitis Pharaōni, filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc sunt sapientes tui? annuncient tibi, & iudicent, quid cogitauerit Dominus exercituum super Ægyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritū vertiginis. Et errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens. Sequitur in Iob.

In Dei potestate hominī esse fortunam.

18 *Baltheum regum dissoluit, & præcinxit funes renes eorum*, Id est, in eius potestate sic hominum fortuna est, sic res omnes conuertit, vt Reges insignibus regijs exuat, & seruorum laqueis induat. Ita Baltheum, vt sit species pro genere, regia insignia significare puto, Funis verò seruorum, & captiuorum vincula. In Hebræo eadem licet alijs verbis sententia est, pro Baltheo est, מוסר muçar vinculum, & ita hoc nomen transfert vulgatus huius libri .c.39.vers.8. Vincula eius quis soluit? Verbum igitur de verbo, ita vertimus, Vinculum regum aperit, id est vinculum, in quo retinent subditos suos, hoc est potestatem detrahit tyrannis, & regnis exuit. Sed Græci aliter transferunt καθιζάνων βασιλεῖς ἐπὶ θρόνους collocans in thronis reges. Nam regum vinculum aperire intellexerunt illi, non quò subditi soluātur, vt vulgatus Chaldæus, & alij intellexerunt, sed quò capiantur, vt laquei, & vincula aperiuntur, cùm illis mādantur homines. Aperit igitur regum vinculum, id est potestatem regnandi regibus facit, vel in thronis collocat. Quod verò dicit, [*præcinxit funes renes eorum*,] in Hebræo est אזור ezor, quod cingulum significat, & ita vertit ipse vulgatus Esaiæ.c.11. versu. 5. & erit iustitia

stitia cingulum lumborum eius. Quare potest referri vel ad vincula, in quæ reges nonnunquàm conijciuntur, vt refertur à vulgato, vel ad regium etiam insigne, vt in hoc Esaiæ loco, & vt â Græcis referri videtur ζώνην zonam transferentibus, vt sit aliud imperij insigne, sicut & thronus. In quācunq; verò partē hūc versum accipiamus, aptissimam, & sapientissimam habet sententiam, cuius multa in libris regum extant exempla, quibus narrantur non pauci homines plebeij, atque adeò tenuissimo loco nati regno esse à Deo decorati, alij verò ab eo ob scelera sua regno esse spoliati, alij e throno in vincula coniecti. Quo facilè probatur hominum fortunam in solius Dei esse positam potestate, Ipse mutat tempora & ætates, transfert regna, atque constituit, sicut dixit Daniel: nec vllam esse deam, quæ varios hominum casus gubernet, sicut pueriliter turpi quodam errore capta fabulosa putauit antiquitas. Id quod etiam ex ijs quæ sequuntur, vsque ad finem capitis cognoscitur, vt illud planum sit, quod canebat Anna, Dominus humiliat, & subleuat. *Dan.2.* *1. Reg.2.*

19 *Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat*, Id est, non solum reges, sed etiam principes, & optimates de gradu deijcit. Est enim in Hebræo כוהנים cohanim, quod non modo sacerdotes, verum etiam quoscunque principes significat. Id quod etiam Sacerdotes vulgato interpreti declarant, vt cùm in secundo regū trāsfert, Filij autē Dauid sacerdotes erant, id est, principes, vt est in.1. Paralipomenō. Quòd in glorios dicit, in Hebręo est שלל solal spoliatū, de quo diximus, id est, vnūquéque sacerdotum spoliatū honoribus, & *2. Reg.8.* *1. Para.18*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloria. Sicut propheta verbis Dei prædicit Heli Pontifici maximo, Ecce dies veniunt, & præcidã brachium
1. Reg. 2. tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senes in domo tua, & videbis æmulum tuũ in tẽplo in vniuersis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen non auferã penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua. Quod in Abiathar expromptum
3. Reg. 2. fuisse narratur in tertio regum. De Sobnam verò optimatẽ ita vaticinatur Esaias, Ecce Dominus asportari
Esai. 22. te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Dñi tui. Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Sequitur in lob.

20 *Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferẽs.* Id est, nõ solùm gloria, & amplitudine (sicut dixit) sed etiam scientia, atque doctrina homines doctos, & prudentes Deus priuat: hos enim veraces, & senes appellat: sicut in regibus de Salomone narratur, Cũque iam esset senex deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos. Quod enim erat in ea re culpæ in Salomon erat conferendum: quod verò pœnę atq; supplicij, vt sic infatuaretur, & stultus redderetur Deo fiebat auctore. Præsagit etiam Esaias, Ecce ego addã,
Esai. 29. vt admirationẽ faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo, Peribit enim sapiẽtia à sapientibus eius: & intellectus prudentiũ eius abscondetur. Illud autẽ [*doctrinam senum auferens.*] Septuaginta transferũt εἰν-πιν δὲ πρεσβυτέρων ἐγὼ prudentiam senũ nouit. Quia in

in Hebræo est, לקח iquah, quod propriè Sumet significat. Quod sibi sumere, id est, auferre intellexit vulgatus. Septuaginta verò sumere, vt ponderet, & inanem esse cognoscat. Sicut dixit Dauid, Dominus scit cogi-
Psal. 93. tationes hominum, quouiam vanæ sunt. Quare vtrunque in eandem sententiam dicitur.

21 *Effundit despectionem super principes, & eos, qui oppressi fuerant releuans,* Id est principes atque tyrannos despectos, & abiectos reddit, eis imperiũ, & potestatẽ auferẽs, & miserè necans, & homines oppressos ab eis leuat, atq; restituit, sicut occupata a Cyro, atque Dario Babylone, Balthazareque occisso imperioq; Chaldęis detracto Dei populus fuit in libertatẽ assertus, facta omnibus Iudæis à Cyro facultate in Hierusalẽ redeũdi, eãque restaurandi. Oppresso, & ignominiosè interfecto Naamã, Holopherne Populo Dei graui fuit afflictione, & *Danie. 2.*
rerũ desperatione liberatus. Ita etiam Græci reddunt, sed potest etiam secũda versus pars cõuerti, vt à Chaldæo cõuertitur, Et fortiũ robur cõfregit, vt exponat, quo pacto principes abiectos, & despectos efficiat.

22 *Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.* Potest vel de rebus obscurissimis, & occultissimis intelligi, quæ perpetuis temporibus laterent, in tenebrisq; iacerent, nisi diuinum lumen, vel exponens, vel alia ratione patefaciens accederet, sicut dixit Daniel, Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Vel potest etiam explicari de afflictionum, & miseriarum tenebris, quibus Deus miseros, & de sua salute desperantes inopinato quoddam auxilio subitò leuat. Sicut precabatur Dauid, quoniam tu illumi-

Universidad de Deusto Biblioteca

nas lucernã meá, Deus meus illumina tenebras meas. Psalm. 16. Quoniam in te eripiar à tentatione. Vmbra verò mortis opaciſsimas, & craſsiſsimas tenebras declarat.

23 *Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrũ reſtituit.* Cuius rei ſatis planum exemplum fuit hominum prima procreatio, magnaque multiplicatio, deinde diluuio ſubuerſio, poſtremoque reſtitutio à filijs Noe tanta non ſolum hominum, ſed etiam nationum, & prouinciarũ multiplicatione, quanta numerari non poſsit. Sed variè hic verſus transfertur: nam illud [*multiplicat gentes,*] Septuaginta traducunt, πλανῶν ἔθνη decipiens gentes, vt modus declaretur, quo perdit eas, in eum eas errorem inducens, ex quo grauem iacturam faciant, vt duobus verſibus ſequentibus exponitur. Quia in Hebræo eſt משגה maſgui, verbum autem שגה ſaga errare ſignificat, & in tertia coniugatione errare facere, neque impedit quòd cum. א. hic ſcribatur, nam cùm ſit vtraque litera quieſcens facilè ex Grammaticorũ præceptis vna pro altera irrepit, quare vertere potuerunt Septuaginta Decipiens. Si verò א. radicalis, vt dicũt Hebrei Grãmatici, litera ſit, ſignificat multiplicare, & cum id ſignificat, ſcribitur etiam non cum. א. ſed cum. ה. quo probatur, quod dixi facillimam eſſe Hebræis harum literarum viciſsitudinem. Quapropter optimè potuit etiam verti, [*qui multiplicat,*] vt vertit etiam Chaldæus. Illud autem ſubuerſas in integrum reſtituit, in eandem omnino ſententiam ita conuertunt Septuaginta auctores κατασφαττόντων ἔθνη καὶ κατασφαγῶν αὐτά proſternens gentes, & reducens eas. Sed verbum de verbo Hebræum ita conuertemus, Extendens gentibus, & ducens eas.

Quod

Quod quidam Hebræi interpretantur, Extendens locum gentibus ad habitandum, in illumque eas locum ducit. Sed melius eſt, vt verba ad gentium euerſionem accommodentur, vt ã vulgato, & à ſeptuaginta viris accõmodátur, & etiá à Chaldæo, qui apriſsimè ita hũc locum interpretatur, משטה מצדתא לאמא דרברדכן maſtach mezadtta le umaia vedaberinun, expandens rete populis, & capiens eos.

24 *Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium.*

25 *Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios,* id eſt, facit, vt reges atque principes, qui rempublicam gerunt, perditiſsima conſilia capiant, & quæſibi, & populo ſuo maximæ fraudi ſint, & quaſi mente eſſent capti, & in cæca rerum caligine verſaren tur, nullo modo ab inſana mente abduci, & ad rectam rationem reuocari poſsint, vt vaticinatus eſt Eſaias dicens, Obſtupeſcite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino, mouemini, & non ab ebrietate. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, & claudet oculos veſtros. Cuius rei exemplum manifeſtum proditum fuit in Pharaone, de quo ſæpe dicit Deus, Ego indurabo cor Pharaonis. Qui tot tantisque plagis ſanus fieri non potuit, ſed temerarijs ſuis amentiſsimisque conſilijs, & ipſe perijt, & regnum ſuum prope funditus deleuit, & tenebras illas, in quibus eius mens verſabatur, ſignificabant tenebræ, quæ cuncto populo eius offuſſæ ſunt. Quòd etiam [*incedebat per inuium,*] declarauit iter illud inuium, & infeſtiſsimum, quod eſt inter medios fluctus vaſtiſsimi maris curribus, & equitibus aggreſſus.

Deus quo pacto principes decipiat.

Eſa. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare & principes sibi vehementer timere debent, & respub. anxiæ Deum precari, ne mentem eam principi suo injiciat, qua eius totum statum labefactet, atque conuellat.

CAPVT. XIII.

ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexit singula.

2 Secundùm scientiam vestram, & ego noui: nec inferior vestri sum.

3 Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:

4 Prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.

5 Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

6 Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorũ attendite.

7 Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

8 Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

9 Aut placebit ei quẽ celare nihil potest? aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentijs?

10 Ipse vos arguet, quoniã in abscondito faciẽ eius accipitis.

11 Statim vt se commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos.

12 Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutũ ceruices vestræ.

13 Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit.

14 Quare

14 Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meã pono in manibus meis?

15 Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: veruntamẽ vias meas in conspectu eius arguam.

16 Et ipse erit Saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

17 Audite sermonẽ meũ, & ænigmata percipite auribus vestris.

18 Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar.

19 Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?

20 Duo tantùm ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.

21 Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.

22 Voca me, & ego respondebo tibi: aut certè loquar, & tu respondebis mihi.

23 Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea, & delicta ostende mihi.

24 Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?

25 Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.

26 Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.

27 Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.

28 Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Ideſt, hæc opera Dei, quæ numeraui, partim vidi, partim audiui, eaque mecum reputans, atque pertractans intellexi. Ex quibus manifesto con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concluditur scientiam,& potentiam eius esse infinitã, quod vos tantum esse secretum significabatis, vt vobis modò notũ esse iudicare videremini,vobisq; consumptis pariter ex hominũ notitia esse tollẽdũ. Quo loco animaduertendum est non esse satis opera Dei audire,atque adeò videre, vt ex illis ad Dei scientiam eruditamur,nisi ea animo nostro tractemus, considere mus,& intelligamus.Nec in eo differt stultus à sapiẽte,quòd alter viderit,alter vero non viderit opera Dei cùm omnibus proposita, & manifesta sint, sed in eo potius, quòd sapiens ea intelligat,stultus vero minimè,sicut dixit Dauid, Quia delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarũ exultabo. Quã magnificata sunt,opera tua Domine,nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, vir insipiens non cognoscet,& stultus non intelliget hæc. Et hoc malum illud maximum est,quo Deus per Esaiam minatur dicens, Audite audientes,& nolite intelligere, & videte visionem,& nolite cognoscere.

Opera Dei animo nostro esse tractanda.

Psalm.91.

Esai.6.

2 *Secundùm scientiam vestram, & ego noui: nec inferior vestri sum.* Id est scio etiam ego id secreti, quod vos soli scire putatis, neque me in huius rei scientia antecellitis, quare de ijs me rebus docetis, quæ iam diu à me cognita & explorata sunt. Ita etiam Paulus dixit, Existimo nihil me minus feciſſe à magnis Apostolis. Non enim modesti, & se submisse gerentis est, id in se conuenire negare, quod conueniat, cùm nulla virtus mendacium in officio suo postulet, id quod sapiens docere puto dicens, Attende,ne seductus in stultitiam humilieris, noli esse humilis in sapientia tua,ne humiliatus in stultitiam seducaris.

2.Cor.11.

Nõ est virtutis in nos conuenire negare quod cõueniat.

Eccli.13.

Græ-

Græci illud,[*Secundum scientiam vestram,*]transferunt καὶ ὑμῶν ἐπιστάσθε,& vos scitis,quia Hebræa verba,sicut & Latina versio vtrãque habet sentẽtiam,Et scio, quòd vos scitis,Et vos scitis me scire.

3 *Sed tamen omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio.* Id est veruntamen hæc me scientia non deterret, neq; impedit vllo modo,quo minus cum Deo disputare,& ei innocentiam meam probare optem. Ex quo intelligitur,quàm magna sit bonæ, & integræ conscientiæ vis, quantumque faciat animum probis, & honestis viris. Imo Dei immensa virtus,atque sapientia non solùm viros bonos non perturbat,sed etiam maximè reficit,& consolatur. Qua enim alia re leuarẽtur ij,quos sæpe homines improbi, & hominum imperita multitudo contemnit, viles,atq; adeò iniquos existimat,nisi quòd Deo se probari cõfidunt. Qua de causa regius vates psallebat,Confortati sunt,qui persequuntur me inimici mei iniustè: quæ non rapui tunc exoluebam. Deus tu scis insipientiam meã,& delicta mea à te non sunt abscondita. Cur enim ij Dei nõ ament iudicium? cur non ad illud aspirent? dicente Dauide,Quã bonus Israel Deus ijs,qui recto sunt corde.

Dei sũma virtus reficit,& non perturbat bonos.

Psal.68.

Psalm.72.

4 *Prius vos ostendam fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.* Non tam grauis,& iniuriosa sententia est,quam verba sonare vidẽtur,vt ex Hebræo,& Græco cognoscitur. Nam Hebræa verba verbum de verbo conuertẽdo,ita habent,Et vos cõpositores[estis] mendacij,& medici futiles omnes. Græci autem ita conuertũt ὑμεῖς δὲ ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι καὶ ἰατροὶ κακῶν πάντες vos estis medici iniqui,& sanatores malorum omnes. Fabricatores autem eos,vel compositores appellat

Universidad de Deusto
Biblioteca

lat mendacij, quod ex mendacijs eorum essent orationes & ratiocinationes compositæ. Diximus enim sæpe, licet eorum essent propositiones veræ, cùm de toto genere iniquorum loquerentur, in assumptionibus tamen vehementer errare, cùm sumerent aut Iob aliqua culpa teneri, aut scelerum suorum pœnas pendere. Componebant igitur, & fabricabant mendacium, quod mendacium probare, aut
Psal. 118. verisimile reddere veris adiunctis nitebantur. Eisdem prope verbis de inuidis suis querebatur Dauid dicens, Multiplicata est super me iniquitas superborũ. In Hebræo autem est טפלו עלי שקר זדים taphlu halai sequer zedim componebant super me mendacium superbi. Medicos verò eos futiles, & ex versione Septuaginta iniquos, & sanatores malorum, id est, malos appellat, quia cùm veniſſent, vt consolarentur eum, vt in secundo huius libri capite dicitur, irritabant potius sermonibus suis, quàm consolabantur, refricabant potius, quàm liniebant dolorẽ. Sicut etiã de se, & maleuolis suis dicebat Da
Psalm. 68. uid, Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum adiiciderunt. In hanc etiam sententiam explicandus est vulgatus interpres, cum vertit, [*cultores peruersorum dogmatum*,] Id est peruersam agendi rationem tenetis, cùm contra faciatis, quam consolatoris, & amici munus postulabat. Ex quo facilè intelligitur, leuiter sibi quosdam ex hoc versu persuadere hæreticos Iob amicos fuisse, vitamq; hanc, & huius seculi fœlicitatem tantũ cognouisse, seculi verò futuri, & vitam, & præmia prorsus ignorasse. Quam opinionẽ pluribus tertio capite con

futa-

futauimus. 5 *Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.* Nam multam sermonibus suis imperitiam, & inertiam declararũt. Stultè enim amicum in luctu, & mœrore iacentem verbis prouocarunt: stultè de ira & stomacho Dei erga impios viros disseruerunt apud eum, qui grauissimis miserijs vrgebatur, cùm potius ne ad desperationem eum adigeret, sed aliquo modo leuarent, de disciplina, & castigatione agerent, qua Deus omnem filium, quem recipit, coercet. Sicut Paulus disseruit in epistola ad Hebræos, qui ad-
Hebræ. 12 uersa etiam fortuna iactabantur. Stultè etiam iniquum Iob esse iudicabant, quòd in calamitates incidisset, stultè etiam optabant, vt Deus loqueretur cum Iob, quo apperiret ei secretum illud, quod ipsa satis apertè natura declarat. Quos non leues errores silentio tegerent, si tacerent. Rectè ergo dicit, [*vtinam taceretis.*] Quia, vt est in Prouerbijs, Stultus si tacuerit
Prouer. 17. sapiens reputabitur. Quibus locis satis reprimi deberet multorum loquendi cupiditas, qui vt sapientes alijs videantur, eas res audent tractare, quas aut ignorant, aut non multum callent. Nam licèt facilè sit imperitos homines prolixa, licèt indocta oratione decipere, docti tamen viri quorum est iudicium grauissimum stultitiam eius non vestigijs, sed cubili toto cognoscent. Ob eamque rem sapientissimè dicit Salomon, Os stulti confusioni proximum
Prouer. 10 est. Et prudenter Dionysius monuisse fertur ἄλεκτος σιγῆς κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχε, aut dic quod silẽtio melius sit, aut sile.

6 *Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorũ meorũ attendite.* Pro iure suo peritus ab imperito petit, vt audiat

correptio-

Sulta loquendi cupiditas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

correptionem, quam quidem debet attendere, vt doceatur: subijcit autem correptiones grauissimas.

7 *Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos.* Mendacium, & dolos loquebantur, cum seeleris Iobum arguebant, vt Dei bonitatem defenderent, quã erga bonos viros maximam esse prædicabant. Perinde quasi bonitas, & æquitas immensa Dei aliter quàm virũ bonũ, & innocentẽ condẽnando defendi nõ posset: quod est absurdissimũ. Nam si hac indiget Deus defensione ita, vt aliter defendi non possit, cum hac ratione minimè possit defendi, nullo igitur modo potest defendi: non potest autẽ hac ratione, quia iniquitas pugnat natura sua cũ æquitate, nullo igitur pacto iniquitate æquitas defendi valet. Maximo ergo incõmodo Iob amicos suos vrgebat, vehemẽterque redarguebat eos ita increpando. Nam cum iniqua illa via pro Dei æquitate propugnabant, illam stultè deserebant, vel temerè repugnabant. Aptissimè ergo, & acutissimè quidem hac versione vulgati Hebræa verba explicantur. Quæ ita verbum de verbo reddemus, Nunquid Deo loquimini iniquitatem, & ei loquimini dolum, id est, Dei gratia, & vt Deum defendatis, vt sit datiuus acquisitionis, vt dicunt Grammatici. Habent etiam hæc verba aliam sententiam, quam transferunt Septuaginta viri, & Chaldæus interpres, An in cõspectu Dei dolum, & iniquitatem loquimini? Idest, an dolos, & contumelias, quibus me vexatis, Deo non videtis esse cognitas, qui eas seueriſsimè vindicabit. Hęc versio nono versu probari videtur, qui in hanc conuenit sentẽtiam. Superior autem octauo statim sequẽti, qui eadem sententia magis vrget, ita habente.

Iniqua via nõ est pro æquitate pugnandũ

Nun-

8 *Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini.* Accipere faciem, vel personã in iudicio Hebraismus est, significat autem non ex veritate, & ex æquitate ferre sententiam, sed ex qualitate personæ, cum vel reuerentia erga potentem, vel misericordia erga pauperẽ commoti non æquum iudicium reddimus. Quod ne fiat cauetur in Leuitico, Non considerẽs personã pauperis, neque honores vultum potẽtis: iustè iudica proximo tuo. Et in Deuteronomio, Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum, neque accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudiciũ est. Dicit ergo Iob, Nunquid in hac, quæ mihi cum Deo est disceptatione vos iudicium exercentes Dei personam accipitis, hoc est, cum reuerentes, eique morẽ gerentes secundùm illũ iudicatis, vt me innocentẽ condemnetis. Quod iudicium ei gratum esse non potest, qui acceptionem personarum in iudicio reprobat. Tũ quod ei valdè contumelioſum sit, si non aliter quàm corrupto iudicio absolui possit. Nam si ita esset, iusto iudicio damnaretur. Quod est absurdissimum. Acutissimè quidem argumentatur, grauissimèq; amicos suos reprehendit. In huiusmodi verò reprehensiones incurrunt, ij omnes qui nullo alio argumento ducti temerè iudicant eos in culpa Deique odio esse, qui huius vitæ incommodis opprimũtur: & stultitiam Barbarorum Melitensium imitantur, qui Paulum homicidam esse putarunt, tantùm quod ex longa iactatione cùm portum teneret, è manu eius viperam pendentem viderunt. Intelligitur etiam tantum esse malum acceptionem personarum, vt Hebræi loquuntur, in iudicio, vt pro incommodo obijciatur grauissimo, vel Dei per-

Leuit. 19.

Deut. 1.

Stulte quispiam iudicatur impius ex huius vitæ incõmodis.

Act. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonam accipere. Quod dicit,[*pro Deo iudicare nitimini;*] id est conamini iure, vel iniuria, secundùm illum iudicare. Potest etiam verti, vt vertit Chaldæus, Pro Deo litigatis? id est, contenditis illum iustum esse ostendere, cùm per se pateat. Septuaginta verò interpretes in eandem sententiam, sed obscurius hunc versum conuertunt· ὑποστελεῖσθε ὑμᾶς δὲ αὐτοὶ κρίται γίνεσθε. Est autem ὑποστέλλω vereor, dissimulo, præuaricor, consulto, vt obsequar, & morem geram, vincor, & cedo, significant igitur, An vt Deo morem geratis, innocentiam meam dissimulatis, eiq; cedere simulatis, cùm vos huius nostræ causę iudices constitueritis? cùm id in iudicio facere longè à rectis sit alienum iudicibus.

9 *Aut placebit ei quē celare nihil potest? aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentijs?* Fraudulentias vocat, quod contra quam sentirent, Deo morem gerentes iudicarent. Quibus licet homo capi, & allici possit putans ex animo sibi assentiri, at minimè Deus, qui corda mentesque nouit, quem nihil latere potest. Hebræus, & Septuaginta viri eandem habent sententiam, licet verbis subobscuris atque concisis vtroq; loco ponatur, Hebręū ita ad verbum traducemus, Num bonum [erit vobis] si explorauerit vos? An sicut deciperetis hominem decipietis eum. Septuaginta verò sic καλόν γε ἐὰν ἐξιχνιάσῃ ὑμᾶς ἢ γὰρ τὰ πάντα ποιοῦντες προστεθήσεσθε αὐτῷ. Bonū si inuestiget vos? nūquid licet omnia faciatis, imponetis ei? Quibus dictis vehementer hypocritæ deterreri debent: & illud demonstratur, quod hoc eodem capite post pauca dicit Iob, Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita, vt Iob amplius declarat adiungens.

Ipse

10 *Ipse vos arguet, quoniā in abscondito faciē eius accipitis.* Explicat, quę nam illę fraudulētię sint, quas minimè Deo placere dixit, quod latenter, vt ei obsequantur, iudiciū corruperint, neq; rectam sententiā protulerint, quod tam graui, & iniquo animo feret Deus, vt addat mox Iob.

11 *Statim vt se commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos.*

12 *Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutū ceruices vestræ.* Id est, vos vehementer puniet, & tantum scelus vestrum vlciscetur. Quod dicit, [*Memoria vestra cōparabitur cineri, &c.*] Id est, ita vos destruet, & perdet, vt nulla vestri memoria, nullum vestrū vestigium relinquatur. Quoniam, vt ait Dauid, Non Deus volens iniquitatem tu es, neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virū sanguinū, & dolosum abominabinus Dominus. Mendaciū enim, dolū, & hypocrisin nulla possunt honesta ratione excusari, etiā si Dei causa fieri dicantur. Imo maximū Deo conuitiū fit, si quispiam hæc illius referre, vel tam peruersa ratione eius causam defendi posse putet. Quare mirum nō est, si tā acerbas, q̄ hīc Iob cōmemorat, huius sceleris pœnas repetat ab eo, qui admiserit illud. Qui locus valde declarat, quantum hypocritę Deo stomachum faciant, quātaque aduersus illos excitetur ira, similisque eius est, qui ponitur in Ecclesiastico, Ne fueris hypocrita in conspectu hominum: ne fortè cadas, & reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te. Quoniā accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum ple-

Psalm. 5.

Hypocritę quantum Deo stomachū faciant

Eccli. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num est dolo, & faliacia. Sequitur autem.

13 *Tacete paulisper, vt loquar quodcũq; mihi mens suggesserit.* Id est, postq̃ vestris calumnijs respõdi, Tacete, vt loquar alia, quæ mihi prætereà in mentẽ veniũt. Sed extremæ partis huius versus sententia anceps est in Hebræo, & propterea variè explicatur. Hebræa verba sunt ועבר עלי מה vaiahabor halai ma, & transeat sup me quidq̃. Quod ita Septuaginta viri intellexerunt καὶ ἀνα παύσομαι ὑμᾶς, & acquiescã ab ira. Nã Hebræã phrasim esse intellexerũt simlẽ eius, qua vtũtur Hispani dicentes, *dar passada a las cosas*, Chaldæus trãsfert trãseat super me מדעם midahã, quodcũque, id est, quicunque casus interuenerit. Quoniam dixerat illi capite quinto Eliphaz, quòd sua ipse periret iracundia, & indignatione tanquàm paruulus, & stultus: omnes item commemorarunt graues, iniquos & superbos homines, casus, & pœnas manere, illum iniquum esse significantes. Ait igitur sinite me loqui, ac cum Deo de mea fortuna cõqueri. Quidquid de me fiet, quidquid mihi casus attulerit, meo enim non vestro incommodo cadit, quod planius cap. 19. dixit, Si ignoraui mecum erit ignorantia mea, Id est, ego si stultus sum stultitiæ meæ fructũ feram, quæ expositio nonnullis probatur, cohæretq; maximè cum eo, quod sequitur. *Iob. 19.*

14 *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meã porto in manibus meis?* Id est, si vllum iam malum, vel graue detrimentum timerem, cur dentibus carnes meas lacerarem, & animam in manibus meis portarent. Quod apud Hebræos prouerbio dici traditur cũ aliquis crudelis, aut acerbus est, quod probari potest ex eo, qđ amicis suis cap. 19. dicit, Quare persequimini me sicut Deus

Deus, & carnibus meis saturamini, id est, neque mihi corpus, neque anima curæ est, sed illud dentibus lacero, vitam cum morte commutare cupiens, illamque in manibus porto sperans, & optans, vt à me citò tollatur. Quare nihil est iam, quod timeam, nullus me iã de salute desperantem casus cõturbabit. Alij animam in manibus portare Hebræam phrasin esse docent, pro eo quod est subire pericula. Quod expositioni positæ proximè accedit, id est nullum me periculum retardabit, cum omnia iam libenter pericula subeam.

15 *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.* Id est, licèt de mea vita, atq; salutè desperẽ, in ipso tamen sperabo, q̃ me nũquàm innocentè cõdẽnabit. Tãgit his verbis, id quod multis capite nono, & decimo tractauit, se vllis meritis suis impedire nõ posse, quo minus eũ Deus quibuscunque voluerit supplicijs, & detrimẽtis afficiat: pro iure tamen suo contenderet, tot pœnas nũquàm commeruisse, neque vllo esse tanto crimine condemnandum. Sicut decimo capite dixit, Noli me cõdemnare, multisque deinde argumentis ex Dei bonitate petitis probauit minime à Deo esse condemnandum. Rectè ergo modo dicit, etiam si occiderit me sperabo in eũ, in eam quam explicuimus sententiam. Non possunt autem viri boni licèt miserijs oppressi non benè de Deo sperare. Nã vt multas Dei promissiones omittã traditas diuinis oraculis, quibus auxiliũ suũ recipit allaturũ eis, qui honestã vitã agentes in eo sperauerint: sed vt de se tãtùm probi homines coniecturã faciant: credere certè, & confidere debent cum in se bonũ, & benignum futurum, erga quẽ ipsi tam pij, & religiosi sint. Quod vel summa vitæ desperatione iuuit, &

Viri boni oppressi, bene de Deo sperant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmauit Ezechiam, cum ei verbis Dei nunciaret Esaias sequenti die moriturum. Qui tamen ita Deum orasse narratur, Memẽto, quæso, quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde profecto, & quod
4. Reg. 20 placitum est coram te, fecerim. Veruntamen animaduertendum est variam apud Hebræos huius versus esse lectionem. Nam pro eo quod nos dicimus, [*in ipso*] in Hebræo est, לו lo, quod dupliciter legitur, aut eũ, א. aut cum. ו. cum. א. significat Non, cum. ו. verò Ipsi Ei. Quæ varia lectio, vel in ipsa Biblia Regia reperitur, nam in Hebræo textu, qui ponitur cum alijs scribitur per. ו. in eo verò textu, qui ponitur in apparatu, scribitur per. א. Verumenimuero siue cum. א. siue cum. ו. scribatur, vtroque modo ambiguũ est Hebræis, significans & Ipsi, & Nõ. Nam quindecim loca in Biblia notantur scripra cum. א. quæ tamẽ Ipsi, vel Ei significãt, vt. 1. Paralipomenon. 11. versu. 20. עמו הוא לו uelo sem, & ei nomen inter tres. Et primo Regum. 2. versu. 3. לו אלהיו uelo, & ei directa sunt opera. Et in. 1. Esdræ. 4. vers. 2. לו אנחנו uelo, & ei nos sacrificamus. Duo itẽ notantur, quæ scribuntur cum. ו. Nõ significãtia, vt primo Regum. 2. vers. 16. respondens aiebat ei, לא lo nequaquam, nunc enim dabis, &, 20. versu. 2. Ecce לא lo non faciet pater meus quidquam. Quare hic versus quomodocunque scribatur potest, & negando explicari, sicut à quibusdam explicatur, aptéque sententia cõuenit, Ecce occidet me non sperabo, id est, nihil iam ab eo boni in hac vita spero, cum citò sit amittenda. Vt septimo capite dixit, Desperaui nequaquam vltra iam vitam, tantùm cum eo de innocentia mea disputabo, sicut mox subiungit. Sed Græcorum versio difficilior est.

est. Nam ita transferunt ἐὰν μὴ κραιώσηταί ὁ δυνάστης ἐπ' ἐμὲ οὐ μὴ ἐγκλιθῶ si me subegerit potens, quoniã & ceptũ est. Quia in Hebræo est ולא יקטלנני אחל hen iqu teleni lo aiahel, intellexerunt autem, occidat sibi, quod subigat, vel sibi addicat, in suamque potestatem redigat, exposuerunt: hæc enim omnia verbũ κραιόω significat, אחל aiahel autem à verbo, חלל halal, quod præter alia incipere significat, esse putarunt. ד. Autẽ quod accidẽtale, vt sæpe diximus, sit, adesse, & abesse potuisse. Sentẽtia verò optimè coheret, ideſt, Licẽt me Deus tantis malis, & miserijs coerceat, nõ timebo tamen de mẽa inculpata vita cũ illo disceptare. Sicut statim subijcit. [*Veruntamẽ vias meas in conspectu eius arguam.*] Dixerat in principio huius capitis, Disputare cum Deo cupio. Prius vos ostendam fabricatores mẽdacij. Postquàm igitur amicos suos reprehendit ad propositum redit suum, vt disputet cum Deo. Idem enim verbum יכח iachah ponitur illic ad significandum disputare, quod hic ad significandum argure, vt intelligatur hic locus cum illo esse conexus, eandemq; esse vtriusque sententiam. Quare non significat vias velle suas accusare, castigare atque reprehendere: vt quidam non recte contextum intelligentes arbitrati sunt: sed velle de vijs suis cum Deo disputare, vt honestas ei fuisse probet, id quod in reliquo capite facit, vt patebit. Eadem ergo optimorum cõsiliorũ conscientia, quæ efficit, vt bene de Deo, licet castiget, speremus, efficit etiã vt, licẽt acriter tanquàm rei puniamur, licet tanquàm iusto iudicio damnati in cruciatum agamur, causæ tamen nostræ æquitate freti, vel cum Deo in iudicium venire non dubitemus. Qui animus, & spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bonorum animus in molestijs quãtus sit.

ritus tantus est, vt infinitus esse videatur. Quandoquidem infinitam, tantis incommodis debilitatus non timet potẽtiam. Nec mirum, nam infinita etiam ipse potentia nititur, Dei scilicet bonitate, & erga suos immensa pietate. Fœlix ergo ille, qui conscientia benè actæ vitæ, & multorum benefactorum recordatione se in malis, & graui Dei animaduersione sustẽtat: nunquãm enim ruet, sed respirabit aliquãdo, & e miserijs emerget.

16 *Et ipse erit Saluator meus, non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.* Ecce, vt aptissimè Iob exponat cuiusnã patrocinio nixus tantam disputationem non recusẽt, Dei videlicet. Ipse enim tãquàm pater coercet, atque castigat, iuuat etiam atque confirmat, neque ita magnum rectis hominibus inijcit timorem, vt nõ longè maiorem faciat spem. Luculẽter verò exponit, & amplificat Dauid, quam alacri, & erecto animo sint, qui Deum obseruant, & quo adiutore multa officia prẽsti tisse recordãtur. Beatus, ait, populus qui scit iubilationem, Idest, qui scit, quem laudare, & cui res á se gestas acceptas referre debeat. Nam illud consequetur, quod deinde dicit, Dñe in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorũ tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Quod dicit, [*Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita,*] amicos suos perstringit, quos dolo malo agere dixerat, dum non æqnitate, sed Dei dignitate ducti hanc causam iudicabãt: ponitque aliam rationem, cur vehementer suæ causę Deo iudice cõfidat. Quia nulla fraus,

Psalm. 88

fraus, nullaque calumnia in huiusmodi iudicio adhiberi potest. Quibus sæpe viri honi in hominum iudicio oppressi causa cadere cogũtur: & ob eam rem Deum iudicem vehementer optant, & eius sępe iudicium implorant, & ita Dauid precatur, Deus iudicium tuũ regida, & iustitiam tuam filio regis. Cuius iudicij æquitatem exponens adiungit, Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. חנף haneph verò non solùm hypocritam, sed etiam acceptatorem; vt cum Hebræis loquamur, personarum, iniquum, & sceleratum hominem significat. Cui nullum ad Deum aditum patere, neque virũ dolosum dolos vllos aut fraudes ad Deum posse commolliri valde reficit viros bonos. Id quod ita Deũ precans declarauit Dauid, Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine, & lætentur omnes, qui sperant in te.

Boni Deũ iudicẽ optant.

Psal. 77.

Psalm. 5.

17 *Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris.* Attentos facit amicos suos volens iterum cũ Deo disputare: vt videant nihil suis sermonibus profecisse, quò suæ causæ non confideret. Difficilè enim vir bonus à vera, & recta sententia abducitur, licẽt multi contradicant. Quòd [*ænigmata*] dicit, in Hebræo est אחוה ahuati enuntiationem meam, quod est clarius. Doctè tamen [*ænigmata*] conuertit, id est, sermones, & propositiones obscurę. Nihil enim obscurius, quàm alterius honesta conscientia, de qua statim disserit dicens.

18 *Si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar,* Id est, nõ merito meo tot tantasque pœnas pendere, sicut capite septimo dixit, Vtinã appenderentur peccata mea, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus iram merui, & calamitas quam patior in statera. Quasi arena maris, hæc grauior appareret, & cap. 10. Et scias quia nihil impium fecerim, cùm sit nemo, qui de manu tua possit eruere. Est enim frequens in hoc libro earundem sententiarum repetitio, quod totus in vno eodemque proposito versetur, ita, vt nihil ferè sit eorum, quæ in hoc capite sequuntur, quod alijs verbis prius dictum non fuerit.

19 *Quis est, qui iudicetur mecum? veniat, quare tacens cõsumor?* Id est, si esset aliquis, qui vellet mecum æquo iudicio
1. *Reg.* 22. certare, non solùm huiusmodi certamen non recusarem, verumetiam vehementer opto hanc mihi offerri occasionem causam meam informandi, innocentiamque meam explicandi. Nam nunc dolore conficior, quòd in dicta causa condemnor. Viri enim boni, in æquo iudicio non tacent, sed libenter pro se dicunt. Iniqui verò in huiusmodi iudicio obmutescũt, neque se defendere audent. Sicut ille qui in nuptijs regijs ausus est discumbere sine veste nuptiali, contrà verò corrupto, & iniquo iudicio improbi loquũtur libercque mentiuntur, probi autem tacent, neque suam causam
Amos. 5. informant. Sicut dicit Amos, Hostes iusti, accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quoniam tempus malum est. Christusque Iesus in peruersum illud iudicium adductus, grauissimisq; accusatus criminibus, ita nihil pro se dicebat, vt præses vehementer, sicut Ioannes
Ioan. 19. narrat, miraretur.

In æquo iudicio æqui loquuntur & iniqui tacent contra in iniquo.

20 *Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.*

21 *Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me deterreat.*

Adeò suæ causæ confidit, vt vel Deo ipsi, quem nihil latere potest, qui iam eum supplicio tanquàm reum addixisse videbatur, eam probaturum speret. Id tamen duabus conditionibus, dum illos grauissimos dolores detrahat, quibus illum intercludit, quos vocat manum Dei. Terrorem etiam auferat, quem tantis ei supplicijs iniecit. Hæc eadé in fine capitis noni posuit his verbis, Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me deterreat, loquar, & non timebo eum, neque enim possum metuens respondere. Potest etiam formido, & pauor, quem vtroque loco à se deprecatur, intelligi de eo, quem numen ipsum apparens hominibus afferebat. Erat enim grauis, & vehemens opinio, quæ per animos olim gentium peruaserat, eum, cui se numen aliquod ostenderet, continuò animam efflaturum. Et ita mirabatur Iacob, postquàm angelum vidit, dicens, Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et Esaiæ cùm illa visio esset oblata gloriæ Dei in templo, dixit, Væh mihi quia tacui, in Hebræo est נִדְמֵיתִי nidmethi excisus sum, cuius rei mox rationem reddens ait. Et Dominum exercituum vidi oculis meis. Hunc igitur terrorem, quem secum numen affert, fortè significat, cùm dicit, Formido tua nõ me deterreat. Vt manus, quam etiam à se deprecatur, tantùm ad plagas, vt diximus, pertineat.

Opinabantur olim moriturũ cui se numeri ostenderet. *Genes.* 32. *Esai.* 6.

22 *Voca me, & ego respondebo tibi, aut certè loquar, & tu responde mihi.* Id est si mihi Deus concedat, quod postulo, eius sit optio, vt vel mihi litem intendat, & ego deinde respondebo, vel ego causam agam, & ipse respondeat. Quæ omnia eò spectãt, vt Iob suæ causæ bonita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonitatem declaret. Quocunque enim modo veritas æquo iudicio tractetur vincit, Sed parum modeste, & reuerēter ita Iob de tāta Dei maiestate loquitur. Qua re postquàm Deum sibi loquentem audiuit, temeritatis conuictus hæc sua verba reprehendit, vt in fine libri videbimus. Neq; in alia re nisi in verbis his, in tātis rerum angustijs peccasse cognoscitur: quod est val de mirabile.

23 *Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea? & delicta ostende mihi.* Ecce litem infert Deo, id est, quo nam merito meo tot inhibes mihi supplicia? Id rectissimè potest, quis ex Deo quærere, qui nullius sibi delicti conscius sit. Non temerè enim confidit, ne Deo scelus vllum suū sit notum dicente Ioanne, Si non reprehenderit nos cor nostrum fiduciam habeamus ad Deum. 1. Ioan. 3.

24 *Cur faciem tuam abscondis,* Auertere, vel abscōdere faciem Deus in scriptura dicitur, eū incōmodis afficit, & iratus esse videtur, translatione ab hominibus peti ta, qui nolūt eum intueri, erga quē graui animo sunt. Ostēdere autem faciem, vel respicere dicitur Deus cū fauet, & malis medetur. Qua etiam phrasi Latini vtuntur. Nā, Nisi quis nos Deus respexerit, scribit Attico Cicero. Id est, subsidio fuerit. Et ita Dauid ait, Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et alio psalmo precatur, Respice in me, & miserere mei. Et illustra faciem tuam super seruū tuum. Significat ergo Iob cur mihi iratus, & offensus es? Quid cōmerui? aut in quo peccaui? Sed Deus Iobo, & omnib⁹ sanctis viris id quærentibus respondet illud Esaiæ, Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi

Psalm. 29
Psalm. 22
Psalm. 30.
Esai. 54.

abscondi faciem meam parumper à te: & in misericordia sempiterna misertus sum tui, Dixit Redēptor tuus Dominus. [*Et arbitraris me inimicum tuum.*] Id est, me hostilem in modum vexas, & tanquàm inimicum malis mortiferis exerces. Sicut etiam septimo capite dixit, Quare me posuisti contrarium tibi.

25 *Cōtra foliū quod vēto rapitur, ostendis potētiā tuā, & stipulā siccā persequeris.* Id est, indignū tua tāta potētia est, ꝙ manus cōseras cū hoste infirmissimo, & hominē affrictū, & eneruatū tanto studio in secteris. Sicut Dauid Sauli dixit, Quē persequeris rex Israel? Quē persequeris? canem mortuum persequeris? & pulicem vnū? Infirmū autem se esse declarat ex eo quod stipulæ, & folij simi lis sit. Qua similitudine idipsum declarauit Homerus, 1. Reg. 22.

οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μὲν τε,
ζαφλεγέες τελέθουσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες
ἄλλοτε δὲ φθινύθουσιν ἀκήριοι, οὐδέ τις ἀλκή.

Qui folijs similes aliàs vigent terræ fructus edentes, aliàs miseri occumbunt, neque vlla est eis reliqua vis. Quam similitudinem Simonides sapientissimam esse cecinit. Eamque Iob vehementer illo apposito. [*Quod vento rapitur,*] illustrauit: Viget in vere, in autumno expellitur vento. Hoc vero argumentum ex infirmitate ductum, sicut est leuissimum ad retardādum hominis maleuoli, & inuidi animos, ita est vehementissimum ad Deum cùm castiget mitigandum. Nec enim potest diu ipse acerbus esse ei, qui patienter, & submisso animo calamitates, & Dei flagella tollerat, nec magis mēte, & cogitatione sua Deo resistit, quàm folium, & stipula sicca vento vehemētissimo. Et propterea monet, ita Petrus, Quia Deus superbis resistit humilibus autem

Qua re Deus cum castigat, maxime mitigatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti mā-
nu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, id est, vt
vos malis, & ærūnis leuet, cùm illis oppressi fueritis,
& magnis præterea beneficijs augeat. Puto enim visi-
tationem hanc de illa esse intelligendam, de qua Iob di
Iob. 7. xit capite septimo, quo idem hoc argumentum tracta
uit, dicēs, Quid est homo quia magnificas eū? aut quid
apponis erga eum cor tuū? Visitas eum diluculo, &
subito probas illum. Quantam verò vim habeat preca
tio ex hoc argumento composita ad Deum placandū,
gratiam & benignitatem eius conciliandam luculen-
Eccli. 25. ter exponit Ecclesiasticus dicens, Oratio humiliantis
se nubes penetrabit, & donec appropinquet non con
solabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Et
Dominus non elongabit se, sed iudicabit iustos, & fa
ciet iudicium. Et fortissimus non habebit in illis pa-
tientiam. vt contribulet dorsum ipsorum, &c. Quod
dicit, ostēdis potentiā tuā, in Hebræo est תַּעֲרֹץ taha
roz quod potest exponi Cōteres, vel Formidabis, pri
mū expressit noster vulgatus illo modo trāsferens, nā
vi magna cōterere significat. Secūdum Græci interpre
tati sunt traducentes ἐνλαβηθήσῃ reuereberis.

26 *Scribis enim contra me amaritudines*, Id est, statuis, me va
rijs modis affligere. Alludereque videtur ad modum
agendi iudicum, regum, & magistratuum, qui leges &
& sententias, quas ferunt, scribunt. Eandem sententiā
alijs verbis capite decimo declarauerat, dicens. Instau
ras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam ad
uersum me, & pœnæ militant in me.

& *consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ*. Id est, pœnas
nunc videris à me repetere eorum criminum, in quæ
ado-

adolescens incurri, Id quod etiam capite septimo teti-
git dicens, Peccaui, quid faciam tibi ò custos hominū?
& capite decimo, Si peccaui & ad horā pepercisti mi-
hi. In Hebræo autem ad verbum ita dicitur, וּתְשׁוּרֵנִי
עֲוֹנֹת נְעוּרַי vetorisseni hauonoth nehurai, fe
cisti, vt possiderem peccata adolescētiæ meæ, & ita in
terpretatur Chaldæus. Græcus vero περιῆκας δὲ μοι
νεότητος ἁμαρτίας tribuisti mihi peccata adolescentiæ
meæ. Est autem elegans & erudita phrasis Hebræa, vt
tunc homo peccata possidere dicatur, cùm eorum fru
ctus percipit, id est eorum pœnas patitur. Nam pœna
ex natura sua ex culpa nascitur, id etiam Dauid signifi
casse videtur dicens, Conuertetur dolor eius in caput
eius, & in verticē ipsius iniquitas eius descendet. Tūc
sentiunt iniqui quam dura, grauis, & amara res sit fla-
gitium, quod antè iucundum videbatur. Cùm igitur
pœna per se vique sua ex peccato oriatur, est quidem
prudentis hominis, cùm pœnam subierit, scelus, licèt
iam pridē fuerit susceptum, in memoriam reuocare,
timereque sibi, ne tunc à Deo vindicetur. Nam diræ
vltrices claudæ nonnunquam sunt, quia sceleratū ho-
minē licèt sæpe serò, tandē tamē assequūtur: cuius rei
causas satis doctè Plutarchꝰ exposuit in eo libro, quē
de sera numinis vindicta cōposuit. Quare prudēter fi-
lij Iacob inter se cōmunicabāt, dicētes. Meritò hęc pa-
timur, quia peccauimus in patrē nostrū, vidētes angu-
stias animę illius, dū deprecaretur nos, & non audiui-
mus: ideireo venit sup nos ista tribulatio. Est autē stul
ti, & perditi hominis calamitates, in quas inciderit, nūq̄
sua culpa, sed vel alterius malitia, vel casu, & fortunæ
temeritate, vel tēporū miseria semp euenisse putare.

Peccatum quādo iniquus possidere dicitur.

Psalm. 17

Sera numinis vindicta.

Genes. 42

Po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 *Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedũ meorũ considerasti,* Significat se in miserijs, & fortunis aduersis sine vllo remedio, aut alleuamento manere: quod explicat ex similitudine hominis in vincula cõiecti, ex quibus se nullo modo explicare potest. Qua etiam similitudine capite septimo vsus est, dicẽs, Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circundedisti me carcere. Ait igitur. [*Posuisti in nervo pedẽ meũ,*] Id est, me in compedibus retines, Hebraicè est בסר baçad, quod Hispanè est, vt dicit quidã Hebræus Hispanus magnæ apud illos auctoritatis, *en el cepo.* [*Et observasti omnes semitas meas,*] Id est, ne via, aut semita vlla fugerẽ. Hebraicè planius dicit, תשמר tismor custodies oẽs semitas meas. [*Et vestigia pedũ meorũ cõsiderasti,*] idem alijs verbis dicit, id est, caues ne vllo modo egredi aut elabi possim. Hebraicè obscurius id ponitur his verbis על שרשי רגלי תחתק hal sarse raglai tithaque. Quod variè quidem redditur, sed tota difficultas posita est in verbo תחתק tithaque, nam reliquũ, nulli dubium est, quin proprie super radices pedum meorum significet. חקק haqua verò est verbum valdè ambiguum Hebræis, quibus statuere, scribere, describere, pingere significat, sed proprie mihi significare videtur, imprimere, hæc enim significatio apte in omnia
Ezech. 4. loca cõuenit, in quibus reperitur, vt Ezechielis. 4. c. & tu fili hominis accipe tibi laterem, & pones illum coram te, & חקות haquot describes in eo ciuitatem
Esai. 49. Hierusalem, aptè quadrat etiam, si Imprimes exponamus, & illud Esaiæ in manibꝰ meis חקותיך haquotich
Esai. 10. descripsi te, aptè exponetur, Impressi te, & illud Esaiæ הוי חקקי חקק און hoi hahoqueqin hiqueque

auen,

auen, ve qui condunt leges iniquas, rectè explanabitur sic, Ve qui imprimunt impressiones iniquitatis, quod de legibus, & sententijs principum, & iudicum iniquis intelligitur, qui in tabulis scribi, & incidi solebant. Hinc חקק hoqueq scriba, vel legislator, quia leges, vel imprimit, vel imprimi iubet. Nunc ad locum nostrum redeamus, quem quidem docti Hebræi ita explicant, & super radices pedum meorum imprimetur, scilicet compes vel Cipus, vt ita dicam, vt significet arctissimè vinculis se esse constrictũ. Sed in hac explicatione id difficultatis relinquitur, quòd si verbũ sit tertiæ personæ, oportet ex notis esse feminini, cùm eius suppositum compes sit masculinum, sed id facilè patiuntur, nam dicũt plerunque id in scriptura accidere. Sed vulgatus, Græci, Chaldæus id non patiũtur, sed vt verbum sit masculinum, illudque secundæ & non tertiæ personæ esse iudicãt, & ita vulgatus conuertit, Vestigia pedum meorũ cõsiderasti, id est, notasti, & quasi impressisti, ne fugere, aut ex loco moueri possim. Idẽ Septuaginta interpretes exerũt, cùm ad radices pedum meorum ἐπὶ ῥίζας peruenisti, cõuerterunt, & Chaldæus vestigia pedũ meorũ תרשם tirsum signasti. Attamẽ id difficultatis est in hac explicatione, quod verbum in quarta coniugatione ponatur, quæ non est transitiua, & ob eam rem non placet Hebræis verbũ esse secundæ personæ significans actionem transeuntem. Sed mirũ est, quod in illo, de quo diximus Grãmaticæ præcepto eo quo dixi modo explicantes conniueant, in hoc autem conniuere nolint. Hac igitur lob dicẽdi ratione extrema hominis calamitas significatur, qua sic opprimitur, vt nulla ratione liberari aut leuari possit. Eodemque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferè pacto idem declarat Ieremias dicens, Concluſit
Thren. 3: vias meas lapidibus quadratis, ſemitas meas ſubuertit.
18 *Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur a tinea.* Id eſt, mirum eſt quòd tanto ſtudio me eōuellere coneris, cūm ſim tā infirmus, vt per me nullo perſequente, neque id efficere et conāte mor te conſumendus ſim, velut à tinea veſtimentum conſumitur. Eſt animaduertendū illud [*conſumendus ſum,*] tertia perſona in Hebræo efferri נִבְלֶה ible conſeneſcet: relatiuum etiam [*qui*] tertiæ eſſe perſonæ אֲשֶׁר hu ipſe, aut ipſum, ſic igitur ad verbū ex Hebræo transferemus, Ipſe tāquā putredo cōſeneſcet, refert igit̄, vt recte notat auctor Bibliæ Roberti folium, de quo dixerat, quod à vēto rapitur: tertia etiā perſona Græci, & Chaldæus transferunt. Notandū etiam eſt Græcos putaſſe ex נָבֵל nebel, quod eſt, vter illud verbum נִבְלֶה ieble conſeneſcet eſſe deductum, ita vertentes ὁ ἀσκὸς γὰρ ἔσται ἔκκαυμα, quod conſeneſcet, ſicut vter. Hac etiā veſtimenti, & vtris ſimilitudine alijs locis vtitur ſcriptura ad declarandum, quòd homo per ſe conſeneſcet, atque deficiet, vt Dauid, Ipſi peribunt, tu autem permanes: omnes ſicut veſtentum veterascent. Et alio loco factus ſum, ſicut vter in pruina. Et Eſaias, Ecce omnes quaſi veſtimentū conterentur, & tinea comedet eos.

Pſal. 101. Pſal. 118. Iſai. 50.

CAP. XIIII.

A HOmo natus de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miſerijs.

2 *Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.*

Et

3 *Et dignum ducis ſuper huiuſmodi aperire oculos tuos, & adducere eū tecum in iudicium?*

4 *Quis poteſt facere mundū de immundo conceptū ſemine? nonne tu qui ſolus es?*

5 *Breues dies hominis ſunt, numerus menſiū eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.*

6 *Recede paululū ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarij dies eius.* B

7 *Lignum habet ſpē ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.*

8 *Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius,*

9 *ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cùm primùm plantatum eſt.*

10 *Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus, vbi quæſo eſt?*

11 *Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arefcat.*

12 *Sic homo cùm dormierit non reſurget, donec atteratur cælū, nō* C
euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo.

13 *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcōdas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tēpus, in quo recorderis mei?*

14 *Putaſne mortuus homo rurſum viuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.*

15 *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarū porriges dexteram.*

16 *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.*

17 *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem* D
meam.

18 *Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

19 *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.*

20 *Roborasti eum paulisper, vt in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.*

21 *Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.*

22 *Attamen caro eius dum viuet, dolebit: & anima illius super semetipso lugebit.*

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore. Quoniam in fine superioris capitis dixit hominem suapte natura tabescere, atque deficere, explicat modo copiosius eas miserias, quæ homini per se, ipsique sua cõtingunt: vt probet, quod dixerat vilẽ, & indignũ se esse, cũ quo Deus tanta vi contendat. Primum igitur hominem valde miserum esse ipsius ortus declarat, siquidem ex mulie re nascitur: in quo considerare est & locum, in quo antequam nasceretur erat, & quo pacto nascatur. Erat autem in puluere, & angustum, & sordidum locũ vteri conclusus, ex immunda turpique in eo materia factus. Natus autem est nudus, egenus, & omnibus vitæ subsidijs orbatus, quod ipse homo præ se fert statim sentire ploras, in lucem prodiens. Quam hominis miseriam olim sapientia expositurus dicens: Sum quidem, & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro. Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans, in in-

Humanæ miseriæ descriptio.

Sap. 7.

uo-

luminẽtis nutritus sum curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitã, & similis exitus, [*breui viuens tempore*,] vt vix possit prudentiam, & optimam viuendi rationem sibi parere: cùm longo rerũ vsu cõparetur. Quo nomine Theophrastus naturam accusauit, quod exiguum spatium hominibus ad viuendũ dederit. Quod vitæ spatiũ circũscribit Dauid dicẽs, Omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Dies annorũ nostrorum in ipsis Septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni. Et amplius eorũ labor & dolor, quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Diseruimus etiam de breui hominũ vita capite. 7. vers. 6. [*Replentur multis miserijs.*] Præterquàm quod homines tempus breuissimũ viuunt, magnis toto suæ vitæ tempore vrgentur molestijs, atque miserijs. Nam cum homini sint sui corporis commoda procuranda, quantis in ea re animus curis distrahatur, quantis implicetur erroribus, quantis conficiatur doloribus, quiuis de se potest coniecturã facere. Cuncti dies hominis (ait Ecclesiastes) Doloribus, & ærũnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Et hoc nonne vanitas, vtrũque verò, & vitæ breuitatem, & multas miserias eleganter quidá poeta complexus est.

Psal. 89.

Eccles. 2.

ὦ ζεῦ τί ποθ' ἡμῖν ὀλίγον χρόνον τὸν ἔμπεν ἔφηκας
πλείονα δ' ἀλγύνειν τὸν ἡμέτερον βιότον.

O Iupiter cur tam breue tempus cum nobis ad viuendum dederis, id absque molestia cõficere non sinis. In Hebræo autẽ est plenus רגז rogez iræ, & ita vertit Septuaginta ὀργῆς iræ, vulgatus cap. 3. huius libri ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

versu.17.vertit tumultum. Significare igitur existimo eum laborem indignationem, & spiritus afflictionē, quā Ecclesiastes in omnibus rebus esse reperit, & eā militiam quam esse humanā vitam septimo capite tradidit ipse Iob.

Eccles. 1.

2 *Qui quasi flos egreditur, & conteritur*, Similitudine declarat hominem breui tempore viuere. Quam etiam adhibuit Esaias dicens, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatū est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnū est populus. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. Quam etiam quidam poeta cognouit.

Esai. 40.

ἡμᾶς δ' ὅσα τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη,
ἕρπος ὀπωρινὸν ἀὐξηθέντα κελεύθῳ
τοῖς ἐκέλοι πήχυιον ὠὴν χρόνον ἄνθεσιν ἥβης,
τερπόμεθα πρὸς θεάν ἀφάντους εἴτε κακὸν
εἴτ' ἀγαθόν.

producit nos ranquām folia floridum tēpus veris cū repente splendor solis augetur. His folijs similes ad breue tempus floribus iuuētutis delectamur adijs neque malum, neque bonū edocti. [*Et fugit velut vmbra,*] similitudo etiam est ad idem declarandum. Sicut dixit Sophocles.

ὡς ἐδὲν ἐσμὲν πλὴν σκιὰς ἢ κόνιν
βαρος πεφυτσὸν γῆς ἀναπεφόμιον.

Quā nihil sumus, sed vmbris similes inutile pōdꝰ telluris versamur. Baldad etiā ait Hesterni quippe sumus, quoniā sicut vmbra, dies nostri sup terrā. Est etiā hominis vita sicut vmbra, quòd nullum sui vestigiū relinquat, Sicut dicit Ecclesiastes, Non est priorum memoria: sed neque eorū quidē, quæ posteà futura sunt erit recor-

Eccles. 1.

recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo. [*Et nunquam in eodem statu permanet*, Sicut perite Simonides canebat in threnis.

ὠκέα γὰρ ἔδη τανυπτερύγων μύιας,
ἄτως ἀμετάστασις.

citius quàm volucris muscæ præsentis status mutatio fit. Est enim è rebus contrarijs compositus homo, rebus multis eget, in assiduoque bello, & multis periculis versatur, ac tandem semper in huius vitæ statu moritur, Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud, quam quædam prolixitas mortis, vt verbis vtar Grægorij, & Paulus ait, Nos periclitamur omni hora, quotidiè morior, propter gloriam vestram fratres. Et ob eam rem Aristotelem dixisse traditur, τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ἀδενείας ὑπόδειγμα, κλέος λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως ἄκεον, φθόνος καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή, quidnam est homo imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, incōstātiæ imago, inuidię, & calamitatis, trutina, reliquum verò pituita, & bilis.

1. Cor. 15.

3 *Et dignū ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, & ducere eū tecū in iudiciū?* Cōclusio est similis eius, quā superiori capite posuit, cū sic argumētaret, Cōtra foliū, quod vēto rapit, ostēdis potentiā tuā, & stipulā siccā persequeris? Ita hoc loco cū homo tā miser, futilis, & infirmus sua natura sit, vt de muliere natus, breui tēpore viuat, multis repleat miserijs, quasi flos egrediat, & cōterat, & fugiat velut vmbra, & nūq in eodē statu permaneat, nō tāti à te fieri debet, vt sūmo cū illo iure agas, acriter de illo queras, adolescētię peccata in memoriā reuoces, & totū ętatis eius tēpus diligēter inuestiges, in iudiciū

Universidad de Deusto
Biblioteca

voces, & de acta vita eius, quæstionem decernas, Imo decet amplitudinẽ, & maiestatẽ tuã infinitã in tã misera creatura cõniuere, & nõnihil eius infirmitati cõcedere, cùm dicit aperire oculos tuos significat explorare, & attentè eius mores inquirere. Quo argumento sæpe sancti viri in scriptura vtũtur, ad Dei misericordiã cõciliãdũ. Et Esaias, Cecidimus quasi foliũ vniuersi, & iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerũt nos: abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc Domine pater noster es tu, nos verò lutum, fictor noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos, ne irascaris Domine satis, & ne vltra memineris iniquitatis nostræ. Hoc etiam argumento, Dei summa animi magnitudo declaratur, quod rem tam vilem, & futilem minime negligat, sed ei studeat, faueat, & multis augeat gloriæ ornamentis, vt Dauid ait, Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra præterreunt. Quare sapientissimè hoc argumento Iob, & Dei misericordiam mouet, & eum in bonitatis, & amplitudinis eius memoriam reducit. Hoc etiam argumento Deus cõmotus videbatur, cùm dixit, vt in Genesi narratur. Nequaquam vltra maledicam terræ, propter hominem: sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et ita eodem argumento magis vrget dicens.

Esai. 64.

Dei summa animi magnitudo.

Psal. 143.

Genes. 8.

4 *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?*

In libro nostro secundo de vera religione capite .21. demonstrauimus hoc loco semen immundum de peccato originali dici, & quorundam Hebræorũ opinionem

nem refutauimus aliter explicantium. Id est, cur tanto iure cum homine contendas, vt perfectam ab eo puritatem requiras, sed quî ego mundus omnino sint, cum immundus natura fuerint, primi parentis peccato infectus. Quam expositionem, & catholicorum de peccato originali sententiam vehementer confirmat Septuaginta virorum huius loci versio. Nam ita vertunt τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἐὰν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Quis mundus à sorde, verũ nemo, vel si vno die viuat in terra. Hoc autem argumento Dauid etiam vsus est ad Deum placandũ, & crimen suum nonnihil excusandum: nam cum diceret, Misere mei Deus secundum magnam misericordiã tuam. Subiungit, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Id est, non me debes abijcere, & indignum tua misericordia ducere, quòd peccauerim. Quid enim magis in hominum natura hæret, quam culpa atque peccatum, cum in ipsa nostra conceptione peccato contaminemur? [*Nonne tu qui solus es?*] Deus enim tantum mundum potest hominem reddere, cùm solus ipse per se viq; sua possit peccatis ignoscere. Sicut ipse per Esaiam dicit, Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. In Hebræo tamen est אחד אל lo ehad non vnus, quod potest etiã sic explicari. Ne vnus dabitur mũdus ex immũdo conceptus semine, quia omnes ad vnũ homines peccato originali tenẽtur. Quæ de peccato originali intelligenda esse Septuaginta auctores amplius declararũt, id ita conuertentes οὐδ' ἐὰν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, verum nemo, vel si vno die viuat in terra.

Psal. 50.

5 *Breues dies hominis sunt, & numerus mẽsium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt,* Idem est, quod illud, quod proximè dixit, breui viuens tempore, in eoque breuissimum esse docet, quod terminum, & finem habeat, quare non potest, non esse breuissimum, si Dei, cum quo loquitur, æternitate mentiatur. Quod iterum pluribus dicit, vt misericordiam conciliet, & honestè precari videatur, cùm ita mox subijcit.

6 *Recede ergo paululum ab eo, vt quiescat.* Id est, quoniã omnes homines citò natura sua morituri sunt, non debes cum miseris illis exiguo vitæ suæ tempore summa seueritate agere, sed ab eis recedere, id est, aliquantulum dissimulare, & conniuere. Quidam tamen Hebræa הדל iehedal quod noster interpres vertit Quiescat, ipsi, Deget, Vitam aget, cõuertẽdum existimant, vt verbum ducatur a חי hedel, quod tempus est vitę. Quibus ego non assentior, nam proprie verbum significat cessare, illam verò significationem nullo exẽplo alio confirmant, nec mihi illorum ratio probatur, qui pro locorum oportunitate verborum significationes mutant. Hoc verò argumento sæpe ante Iob vsus est, vt in capite septimo, Parce mihi nihil enim sunt dies mei. Et capite decimo, Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui, dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum. Tantùm in eo differt, quod hic generalius argumentatur, illic verò singularius. Nam illic conclusio, & antecedentia ad se modò pertinent, hîc verò, sicut in antecedentibus de toto hominum genere loquitur, ita & in consequenti, Qua ratione plusquam dimidium huius capitis compo

positum est, in eaque re tantùm multæ eius sententiæ differunt, à quibusdam, quæ alijs capitibus posuit. Hoc etiam argumento Thecuitis vsa est ad placandum Dauidem Absaloni, vt alio nos loco notauimus. [*Donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius,* Id est, donec optata dies eius veniat. Diem autem hominis peritioribus placet mortem eius vocari, ita Christus sæpe & horam suam appellat mortem suam. Optant autem diem mortis vehementer ij, in quos Deus inuehitur, & varijs calamitatibus vexat, a quibus inquam non recedere vult, vt hic Iob, vt recedat à se precatur, neque affligere cessat, de quibus ipse Iob capite tertio dixerat, Qui expectant mortem, & non venit, gaudentque vehementer, cùm inuenerint sepulchrum, viro, cuius abscõdita est via, & circundedit eum Deus tenebris. Quôd dicit, [*sicut mercenarij,*] id est, sicut mercenarius diem optat, qua laboris, & operæ suæ est mercedem recepturus, ita homines eiusmodi diẽ optant mortis suæ. Hebræa eandem habent sententiam, quæ sic ad verbum explanabimus, Donec velit, sicut mercenarius, diem suum. Vulgata tamen æditio in Biblia Regia sic habet, Donec optata veniant, quæ licèt facile possent in eandem explicari sententiam, magis mihi, quam prius posui lectio probatur, ad Hebræa enim verba proprius accedit. Quidam verò Optatam diem, vel Diem suum, vitam beatam intelligunt, ad quam tanquàm mercenarij aspiramus: est enim pro nostrorum beneficiorũ mercede mortalibus posita. Cui explicationi Septuaginta assentiri videtur, ita hũc locũ vertẽtes καὶ εὐδοκίσει ἂν θέον ὥσπερ ὁ μισθωτός, & delectabi-

tur,

2. *Reg.* 14

Iob. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur illa vita sicut mercenarius. Sed præsertim Chaldę ita cōuertēs עד דיקבץ סוכרה כאגרא ברומדה had diquabel çutre caaguira beiomo, donec accipiat partem suam, sicut mercenarius in die suo. Sed prior expositio aptior mihi videtur contextui. Præsertim, quod antequàm Christus cælum intraret viā ad illud omnibus patefaciēs, vel boni viri vita defuncti mercedem beatæ vitæ non consequebantur: possuntque Septuaginta facilē in aliā adduci sententiam, id est, si paululum hominem à laboribus respirare sinas, delectabitur vita, sicut mercenarius, qui cùm acquieuerit, nec labori sedat, vita delectari videtur.

7 *Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum viuescit, & rami eius pullulant.*

8 *Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius.*

9 *Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cùm primùm plantatum est.*

10 *Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?* Id est, si semel homo è vita migrauerit, rursus ad eam redire non potest, vt tuæ benignitatis particeps sit, decet igitur bonitatem tuam infinitam aliquantulum erga eum antequàm vitam omniū relinquat esse benignum, ne sit omnino tuæ bonitatis expers. Dissimilitudine vero declarat hominē mortuum ante generalem mortalium omnium resurrectionem in vitam redire natura non posse. Non enim (ait) homo sicut lignum est, quod licet fuerit abscissum, tamen transplantatum radices agit, viuit, & ramos spargit, homo verò semel succissus in vitam reuocari omnino non potest. Non enim à priuatione ad

ad habitum reditus natura constat, vt tradūt physici. Ramus verò siue caudex licet ex arbore resecetur, nō omnino anima vique est augendi prīuatus, alitur enim humore, & virore in sito: qua vi potest transplantatus plenius à terra ali, atque ita augeri, & radices agere, homo verò vita defunctus anima omnino priuatus est. Quare nulla in eo reliqua vis est, qua restaurari, & ad vitam regredi possit. Quod dicit, [*Si senuerit radix eius, & mortuus fuerit truncus illius,*] id significat quod, & Christus dicens, Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum afferet. Quod dicit, [*faciet comam,*] id est ramos, & brachia extendet. Hebraicè *faciet* צמח cazir messem. Eandemque sententiam, quam in dissimilitudine declarauit, similitudine amplius explanat dicens. *Ioan. 8.*

11 *Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacue factus arescat.*

12 *Sic homo cùm dormierit, nō resurget: donec atteratur cælū, non euigilabit, neq; cōsurget de somno suo.* Id est, quemadmodū si maris aut fluminis aqua arescat, & cōsumat, rursus cōsistere, atq; restitui nequit, ita & hominis vita semel extincta nō potest reuocari, quia humor infusus in corpore, quia nostra vita nititur pulsus omnino morte, & sublatus est. Quòd dicit [*donec atteratur cælū,*] Amplificatio est, prouerbio vsus pata. Sicut & Christus dixit, Cęlum & terra trāsibūt, verba autē mea non præteribūt. *Matt. 24.* Intelligendum autem est non euigilaturum ante omnium hominum futuram resurrectionē. Somnum verò mortem vocat, phrasi qua frequenter scriptura vtitur, vt Dauid, Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt viri diuitiarū in manibus suis. Et quia som- *Psal. 75.*

nus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus expressa est mortis imago, adeò, vt quidam philosophi opinarentur pro similitudine nobis esse à natura datum, vt ex illo mortis rationem cognosceremus. Hoc autem idem septimo capite tractauit Iob eadem fere similitudine vsus, cùm diceret, Sicut consumitur nubes, & pertransit, sic qui descenderit ad inferos, non descendet, nec reuertetur in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius. Sequitur autem.

13 *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tẽpus, in quo recorderis mei.* Rationem quam sequitur in differendo Iob oportet animaduertere, vt planior, & illustrior fiat. Nam cum in fine superioris capitis de suis incommodis verba faceret, eaque ex graui sua iactura amplificaret dicens, Posuisti in neruo pedes meos, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Et ex communi hominum miseria continuò adiungens, Qui quasi putredo do consumendus sum, & quasi vestimentum, quod commeditur à tinea. Deinceps hoc capite communẽ mortalium miseriam persecutus est, vsque ad hunc locum, hoc vero loco reuertitur ad suam miseriam singularem tractandam. Persistitq; in ea sententia ex qua tota cum amicis suis nata est cõtrouersia, vt sibi mors quàm vita potior esset. Ex eo igitur quod in fine superioris capitis dixit, posuisti in neruo pedes meos, &c. Rectè hic versus concluditur, Quis mihi tribuat, &c. Infernum vocat sepulchrum, quod nomen in hac significatione frequenter à vulgato nostro vsurpatur, vt verbis Christi dicit Dauid, Quoniam non

non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, quod sepulchrũ esse interpretatus est Petrus in actis, in Hebreo etiam est שאול seol. quod illis semper sepulchrum significat, & ita Chaldæus conuertit בגדית קבורתא bebeth queburta in domo sepulchri ascondas me. Ait ergo Iob in sepulchro vita defunctus iacere opto, donec magnus hic tuus furor, quo me diris modis exercees sedaretur, id est libentius morerer, quàm animum tuum in me grauissimum tollerarem. Ex quo cognoscitur non recte locum hunc à quibusdam exponi de furore, quo Deus in extremo iudicio vsurus est. Nam hæc explicatio non modò cum contextu non cohæret, verũetiam dissidet. Nam mox Iob significat se rem surrectionem vehementer optare, quam statim iudicium illud consequetur. Deinde quod sæpenumero in hoc toto libro Iob dictitat, Dei iudicium amare, apud eumque cupit causam suam informare. Et quidem illud omnium gentium iudicium viris pijs cùm venit in mentem, potius ipsi confidunt, quàm timent. Quod dicit, [*Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei*,] Hoc loco vel Hebræis assentientibus aperte Iob de mortuorum resurrectione disserit, & oportunè quidẽ, quò eius memoria mortis malũ, quod sibi tantopere desiderabat leuaret. Magnæ enim integris, & honestis hominibus leuationi est, cùm se mortales esse recordantur, quòd à mortuis ad æternam vitam sunt excitandi, vt Paulus auctor est in epistola ad Thessalonicenses prima scribens, Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut cæteri, qui spem non habent. Quod dicit,

Act. 2.

Resurrectio mortuorum.

1. Thes. 4.

[& con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*& constituas mihi tempus*] in Hebræo est, constituas mihi חק hoc, quod lex, statutum, & præceptum proprie significat. Et ita Chaldæus גזירא guezera statutum trasfert. Sed optimè, & à vulgato, & à Septuaginta auctoribus tempus explicatum est. Certò enim, & statuto tempore Deus cunctis mortalibus resurrectionem imperabit, quod imperium erit tanquàm lex, præceptum, & statutum Dei. De quo tempore Christus dicit apud Matthæum, De die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli cælorũ, nisi solus pater. Et paucis interiectis addit, Qua nescitis hora filius hominis venturus est. Dicit autem, [*In quo recorderis mei.*] Quia Deus mortuorum hominum oblitus esse videtur. Siquidem mortua corpora nulla ab eo vitæ beneficia percipiũt, sicut viua, quæ Dei beneficio viuunt, sensus habẽt, & spiritum ducũt. Et ita Dauid, vt commodis omnibus, & emolumentis se destitutum esse significaret dixit, Æstimatus sum cum descendentibus in lacum factus sum, sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Quare è cõtrario in memoriam eos reuocare videtur, quos ad vitam reuocat. Hoc igitur loco Iob resurgere à mortuis optat, quòd pro certo credebat, & prædicebat futurũ: quæ vaticinandi ratio sæpenumero in diuinis oraculis reperitur, præsertim in psalmis. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorũ semper incurua.

Matt. 24

Mortuorũ Deus oblitus videtur

Psal. 87.

Quod optatur prædicitur futurum.

Psal. 71.
Psal. 68.

14 *Putasne mortuus homo rursum viuet?* Quę interrogatio certissima est affirmatione explicãda, nam viuet equidem

dem. Et ita Septuaginta viri affirmatione hunc locum reddunt vertentes ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος ζήσεται συντελέσας τὰς ἡμέρας τοῦ βίου αὐτοῦ si enim mortuus fuerit homo, viuet, postquam consumauerit dies vitæ suæ. Vel fortè de illa tantùm vita loquitur, quam viri sancti perpetuæ fœlicitatis participes viuent. Nam licèt impij resurgent, potius tamen erit, vt perpetuis moriantur temporibus, quàm vt viuant, dicente dissertis verbis Dauid, Ideò non resurgent impij in iudicio, nec peccatores in consilio iustorum. Tum quia impiorum interitus æternus, atque perpetuus esse dicitur, quare nunquàm viuent. Quæ cum ita sint, dubitationem esse interrogationem hanc possumus opinari, cùm nemo certus sit perpetuâ vitâ consecuturũ. Idcirco ita hunc locum Chaldæus vertit אין דכדת גברא דשדיא האפשר דחיך in ierint gabra rasiha haepsar dihe, si mortuus fuerit vir impius, fieri potest, vt viuat? [*Cũctis diebus, quibus nũc milito, expecto, donec veniat immutatio mea,*] Id est, cunctis diebus, quibus viuo. Dixerat enim septimo capite militiam esse vitam hominis super terram. Et ita in Hebræo est idem nomen, quod septimo capite צבא zebai militiæ meæ. Hæc ergo (ait) spe me sustento, & communes vitæ mortalis labores æquo animo hactenus tolleraui, quod aliquando fiet, vt hoc mortale corpus cum illo immortali commutem. Hoc ipsum Paulus desiderare videbatur dicens, In fœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et hanc immutationem, quam Iob cunctis diebus expectabat futurã, præsagit scribens Corinthijs, Nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere

Psal. 1.

Immutatio & resurrectio.

Roma. 7.

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Habitum vero, & specimen corporis immortalis Christus apud Matthæum exponit, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Ex quo docemur sic vitam nostram instituendã esse, vt semper ante oculos nostros versetur illa immutatio, & resurrectio futura: quòd si vt illius participes simus laboraue rimus, & præclarè officij munere fungemur, & eius spe fortiter quoscunque labores sustinebimus. Qua spe se Paulus vehementer confirmari videbatur, cum ita in epistola ad Corinthios in eos, qui resurrectionẽ futuram negabant, argumentabatur, Si omnino mortui non resurgunt, vt quid, & nos periclitamur omni hora? Si ad bestias pugnaui Ephesi, quid mi prodest si mortui non resurgunt? máducemus, & bibamus, crastenim moriemur.

Matt.13.

1.Cor.15.

16 *Vocabis me, & ego respondebo tibi operi manuum tuarum porriges dexteram,* Vehementer resurrectionis memoria Iob delectari videbatur. Dum tanto morbo tantisq; malis non impediebatur, quo minus in eius sermonem incidens, eam accuratè tractaret, & sapientissimè describeret, [*vocabis me*] (ait) Quæ vocatio qua ratione futura sit Christus apud Matthæum pluribus exponit dicẽs, Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor vẽtis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Et Paulus scribit eã Corinthijs, Omnes quidé resurgemus, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Ex huius vocis immensa vi Paulus infinitam Dei potentiam demonstrat ita Romanis scribens, Qui viuifi-

Mortui quomodo vocabũtur e sepulcris.

Matt.23.

1.Cor.23.

Rom.4.

cat

cat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea, quæ sunt. Huius vocis eximiæ virtutis specimen relictum fuit, cum Lazarus, & viduę filius è mortuis à Christo fuerunt vna eius voce excitati. Fœlices ij, qui dum mortalem vitam agunt, dant operam, vt huius vocis nunquàm obliuiscantur, sed vt ea tunc recreẽtur, & ei alacri animo respondeant, sicut Iob de se dicit, [*Ego respondebo tibi,*] id est, præsto adero libentissimèque iussis tuis resurgẽs obtemperabo. Non potest enim hæc vox iucunda non esse ouibus Christi, quibus dum mortalem vitam degerent, voces eius, & præcepta vitæ gratissima fuerunt, eique dicto semper audientes fuerant. [*Operi manuum tuarum porriges dexteram,*] Alludere videtur ad rationem agẽdi eius, qui aliquem in terra iacẽtem erigere conatur, nam porrigit illi dexteram, vt ea connixus erigatur: ita (Iob ait) voce potẽtissima tua nixus in sepulchrũ abiectus à mortuis excitabor. Dextera etiam in scriptura sacra Dei auxiliũ significat, vt in psalmis, Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua susceptit me. Et alio psalmo, Dextera Domini fecit virtutem dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutẽ. Sed in Hebræo est operi manuum tuarum תכסף ticçoph, beneuolus eris, nam כסף caçaph amare, desiderare, & concupiscere significat. Et ita Chaldæus trãsfert תרגרג teragreg desiderabis. Et Septuaginta τὰ δὲ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ ἀπωθοῦ opera manuum tuarum ne proijcias. Quæ omnia in eandem sententiam, quam vulgatus expressit, dicuntur, id est, mihi subsidio eris, & beneficia conferes.

Ioan.10.

Dextera auxilium significat.

Psal.17.

Psal.117.

16 *Tu quidem gressus meos dinumerasti*, Id est, res omnes

quas egi consideraſti,atque æſtimaſti,vt vno tempore pœnas tibi omnium delictorum meorum perſoluerem. Redit enim ad propoſitū,& inſtitutum ſuum,vt ſuam deploret calamitatem: ſicut dixerat capite ſeptimo,Non parcam ori meo,loquar in tribulatione ſpiritus mei. Lamētaturque nullius ei,vel minimę noxæ pœnam Deum ignouiſſe,ſed ſimul omnes repetijſſe. Sicut ſuperiori capite dixit,Scribis contra me amaritudines,& cōſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ: [*Sed parce peccatis meis,*] precatur,ne eum tam acerbè puniat,ſed nonnihil de tanta ſeueritate remittat, id quod alijs etiam locis poſtulauerat,vt capite decimo,Dimitte me,vt plangam paululum dolorem meum. In Hebræo tamen eſt לא תשמר lo tiſmor nō ſeruabis ſuper peccatum meum,quod vulgatus intellexit ſignificare, Ne ſerues meorum peccatorum memoriā, vel ne ſeruues ſtomachum, quem tibi mea peccata mouerūt,ſed in illis connive:& propterea optimè tranſtulit parce peccatis meis: Idem Chaldæus ſignificaſſe videtur conuertēs לא תכבר על סרחנך lo tintor hal çarhani ne cuſtodies ſcelera mea. Quam interpretationē vehementer probat,id de quo ſtatim queritur,Signaſti quaſi in facculo delicta mea. Septuaginta verò auctores intelexerunt, Non reſeruabis peccatum vllum meum alio tempore puniendum: ſed omnium ſimul pœnas ſumis, quaſi diceret,Satis multas à me pœnas exigis. Et propterea traduxerunt καὶ ἐμὲ παρελθοσε ἐδὲν τῶν ἁμαρτιῶν μου nihil te præterijt peccatorum meorum. Quæ explicatio quibuſdā Hebræis magis probatur, quòd apteſsime cohæreat, cum eo,quod proximè dixerat, Tu quidē greſſus meos dinumeraſti,& eum eo

quod

quod ſequitur. Sed vtraque eſt ſatis idonea interpretatio. Sequitur autem.

17 *Signaſti quaſi in facculo delicta mea.* Id eſt, diligētiſsimè omnium delictorum meorum memoriā conſeruaſti. Qua ratione dicendi ſignificat decreuiſſe Deum, & ſecum ſtatuiſſe ſcelerum ab eo pœnas perſequi, nihilq; de ſupplicio remittere. Simili dicendi modo Ieremias vſus eſt dicens, Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinē cordis eorum,& in cornibus ararum eorum. Et relinqueris ſola ab hæreditate tua,quam dedi tibi, & ſeruire te faciam inimicis tuis in terra,quam ignoras: quoniam ignem ſuccendiſti in furore meo,vſque in æternum ardebit. Quod ſi Deus noſtrorum omnium ad vnum criminum memoriam colligit, & tanto ſtudio conſeruat,valdè ſibi intemperati, & effrenati homines timere debent,qui vt Paulus ait, Secundum duritiam ſuam,& impenitens cor theſaurizant ſibi iram. *Ier.17.* *Roma.2.*

[*Sed curaſti iniquitatem meam,*] Id eſt iniquitati meæ medicinam adhibuiſti,quod eſt ſuppliciū irrogaſti,Nulla enim eſt peccatorum morbis aptior, & præſentior medicina,quàm pœna atque ſupplicium. Hac enim ratione Chriſtus peccatis noſtris remedium exquiſiuit,& ſingularem medicinam fecit, tormentis videlicet, & cruciatibus multis, quos ipſe pertulit, vt auctor eſt Eſaias dicens, Verè langores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Liuore eius ſanati ſumus. Curaſſe igitur iniquitatem ſuam Iob dixit, quòd tot tantasq; ei pœnas impoſuiſſet. In Hebræo tamen eſt תכפיר עוני tir- Pœna parati medicina. *Eſai.53.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pol hal hauoni, significat autem טפל tapal adiungere, adhibere quare ad verbum hanc habent Hebræa verba sententiam, Adiunxisti, vel adhibuisti iniquitati meæ, quæ verba in eam partem doctè vulgatus accepit, vt medicinam supplèdam esse in hac oratione putaret: quare rectè conuertit, Curasti iniquitatem meã. Chaldæus autem, & Hebræi quidam pœnam supplendum esse putant, & ita locum interpretantur, Ad eas pœnas quas ego cõmerui addidisti, hoc est in me grauius, quàm merui animaduertisti, sicut capite sexto dixit, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in statera, Quasi arena maris hæc grauior appareret. Vnde Chaldæus, ita transtulit תוסיף עלי עון תהבר hal hauati accumulas ad iniquitatem meam. Hanc sententiam secuti fuisse videntur Septuaginta viri ita reddentes ἐπεσωρεύσω δέ μοι τι ἄκων πεσεῖν annotasti, si quid inuitus trãsgressus sum. Hoc est in sæculo illo, in quo sua peccata cõsignasse dixerat, reposuisti etiam peccata illa, quæ inuitus admisi, doctissimè alludentes ad adolescentiæ crimina, quæ homines inuiti propè admisisse videntur, quod rerum rudes, & magnis perturbationibus commoti non perfectè liberi arbitrij munere fungantur, Hæc igitur etiam crimina à Deo cum alijs coniuncta fuisse queritur Iob, quò tot supplicia meruisse videretur. Sæpe enim in hoc libro Iob significauit timore percelli, ne suæ adolescentiæ flagitia Deus tot plagis vlcisci vellet, Cõsumere me vis peccatis adolescẽtiæ meę, capite superiori dixit. Sequitur deinceps.

18 *Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo.*

19 *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur;*

tur: & homines ergo similiter perdes. Reuertitur ad lamẽtandam cõmunẽ omniũ mortaliũ miseriam, quæ tot periculis, quot ipse subijt, & in se expertus est, exposita est. Quam miseriam explicat ex misera aliarũ rerum, quæ ortæ sunt conditione, quas licèt firmæ videantur, mortalitas tamen consequitur. Nam mons, quanuis satis firmus esse videatur, verũtamen aliquando collabitur, & corruit. Saxum licèt etiã in solo bene fixũ sit, loco tamen suo mouetur, & in alium transfertur. Lapides licet durissimi sint, tamen eos mollis aqua cauat assiduè per eas fluens, alluuione paulatim, quidquid in terra viuit, consumitur, vt in diluuio expertum est. Denique nimis longum esset res singulas persequi, hæc ferè sunt, quæ firmiores videntur ex quibus facilè cognoscitur omnia orta occidere tandem, & aucta senescere, quorum in numero cùm homines sint, similiter euertentur, perdentur, & occident. Quod dicit, [*alluuione paulatim terra consumitur,*] clarius ponitur in Hebræo, nam loco [*paulatim*] est כפתיחה çepiheha, significat autem germina eius, & quæ sine satione per se vique sua è terra nascuntur, quare ad ea, quæ in terra viuunt, referendum puto, vt sit species progenere, quæ diluuio pariter consumpta sunt. Quidam non indoctus Hebræus putat per metathesim literarum hoc nomen a כחף çahaph esse ortum, quod verrere sonat, vt sententia sit, Verrit pluuia terræ puluerem. Sed hoc ad Cabala Iudæorum iam pertinere videtur, quæ à multis doctis, & Christianis viris habetur ridicula, quare mihi non probatur. Septuaginta conuertunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

κατέκλυσεν ὕδατα ὑπερκαλύπτοντος τὰς γᾶς in undauerūt aquæ ſupina cumuli terræ, quod in eandem ſententiam dicitur ad eam omnium viuentium euerſionem ſignificandam, quæ facta diluuio fuit, de quo dicitur in Geneſi, Quindecim cubitos altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat, cōſumptaque eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniumque reptilium, quę reptant ſuper terram vniuerſi homines, & cuncta in quibus ſpiraculū vitæ eſt, in terra mortua ſunt. Sequitur in Iob.

Geneſ. 7.

20 *Roboraſti eum paululum, vt in perpetuum tranſiret.* Id eſt, feciſti, vt ortus homo breuiſsimo tempore conſiſteret, vt deinde longiſsimo tempore non conſiſteret, ſed mortuus in ſepulchro iaceret. Nam illud in perpetuum in Hebræo eſt נצח nezah, quod per ὁλὴν holam exponitur ab Hæbræis, quod nō æternum ſed longum tempus ſignificat, vt in pſalmo, Vſquequo Domine obliuiſceris me נצח nezah tam longo tempore. Et eſt quidem ea grauiſsima natura ſua hominum miſeria, vt ad breuem vitam homines oriantur, morti verò longiſsimę occumbant. Sicut quidam poeta dicebat.

Pſal. 12.

Βιότης μὲν γὰρ χρονὸς ἐστὶ βραχὺς κρυφθεὶς δὲ
ὑπὸ γᾶς κεῖται θνητὸς, τὸν ἅπαντα χρόνον.

Breue quidem tempus eſt vitæ, toto tamen æuo iacet in terra mortalis. Sed illud, [*roboraſti eum*] in Hebræo eſt תקפהו titquepheu. Conuenitque inter omnes תקף taquaph, vt roborare, & confirmare ſignificet, differt tamen, quòd robur hoc, verbi ſignificatione incluſum vulgatus in perſonam patientem tranſferendum putauit, & propterea roboraſti eum traduxit,

xit. Quam ſententiam ſequitur Chaldęus interpres nā reddit תשניחה taſleminch perficies eum. Reliqui tamen omnes, quos ego ſciam Hebræi, hoc robur non in patientem, ſed in agentem perſonam conferendum exiſtimant, ita vt potius prævalere, quàm roborare ex illorum ſententia ſignificet. Quocirca ita hunc locum explicant, Fortior eris eo in ſeculum, aut viribus ei præſtabis. Quorum ſententia vehementer probatur ex Eccleſiaſtæ quarto capite verſu. 12. vbi idem verbum ponitur, & à vulgato interprete, & à reliquis omnibus expoſitoribus Prævalere exponitur. Si quiſpiam prævaluerit contra vnū (ait) duo reſiſtent ei. Et ob eam rem huic ſententiæ hoc loco Iob Septuaginta interpretes ſubſcripſerunt, nam ita conuertunt ἔπεσας αὐτὸν εἰς τέλος καὶ ᾤχετο expuliſti eum in finem, & abijt. [*Immutabis faciem eius, & emittes eum.*] Doceet quàm facilè tranſeat homo, vt dixit, & quàm facilè ex ſententia Græcorum Deus vincat, & expellat eum, ſi faciem tantùm eius mutet: alluditque ad habitum corporis mortui, in quo nihil deeſſe videtur, niſi vultus ſplendor, quod ex alba ſplendidaque, pallida facies eius, & obſcura facta ſit. Septuaginta conuertunt τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπεχθὲς ἐποίησας impoſuiſti vultum ei, id eſt, alienum vultum.

Eccleſ. 12.

21 *Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles non intelliget.*

Vitę eum morte cōparatio.

22 *Attamen caro eius dū viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit*, licèt miſerum per ſe ſit tempus tam breue viuere, ob eas tamen ærumnas, & anxietates, quæ hominibus, dum viuunt, obueniunt, potiorem ſibi conſtans iudicat mortem quàm vitam. Nam vi-

Eccleſ 9.

ta defunctus, nec honores, nec ignominias filiorum, quos reliquit cognoscet. Sicut etiam dixit Ecclesiastes, Nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Veruntamen dum hanc vitam aget multo mœrore, & lacrymis conficietur: mala enim multa & graues ærumnæ manant per mortalium vitam. Quod cuncta, quæ sub sole fiunt afflictio spiritus sint, vt ait Ecclesiastes. Festiue etiam Menander vitam cum morte comparat.

Eccle. 9.

Eccles. 1

ἡδύ γ' ἀποθνήσκειν ὅτῳ ζῆν μὴ παρέχει ὡς βέλτιστα
τύχην εὐτυχέστατον λέγω,
ὅστις θεασάμενος ἀλύποις παρμίαν
τὰ σεμνὰ τάυτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν πάλιν.
ἦν ἥλιον ἦν κοινὸν ἀστέρα, ὕδωρ,
νέφη, πῦρ, τἄυτα ἔτη καὶ ἐκλὴν βιάσεται
ὄψεις παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους,
σεμνότερα τῶν ἄλλων ἕτερα οὐκ ὄψεται.
πανήγυριν μέγιστον τὸν εἶναι μοι χρόνον,
ὃν φημι, τὸν ἐπισημίαν ἀνθρώπῳ
ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, νυκτερίδες, διατριβαί.
ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, ἡσυχία σοι βελτίονα
ἐφόδια ἔχων, ἀπῆλθες ἐχθρὸς δ' ἐνί.
ὁ προσδοκήσας δέ, καὶ πικάσας ἀπῆλθες
κακῶς τε γηρᾷ, ἐνδεὴς τὸ γίνεται·
ἐμβόμβος, ἐχθροῦς μᾶλλον ἢ φίλους ἔχων
οὐκ εὐθὰν ἄτως ἀπῆλθεν ἐλεύθερος χρόνου.

Mori iucundum est, cui non viuere licet, vt libet. Illum verò ego fortunatissimum duco, qui sine mole stia contemplatus, ò Parmeno, res venerâdas mox rursum illuc redit, vnde venerat: Contemplatus inquam solem

solem commune sidus, aquam, nubes, ignem. Hæc enim, & si vixerit annos centum, præsentia videbit: & si paucos admodum annos, nihil aliud istis videbit augustius. Nundinas esse quasdam puto istud hominum tempus, de quo loquor, solennes & populosas, in quibus magna est turba, mercatus, fures, aleæ, colloquia. Si primus abieris, diuertes melius, viaticum habens nulli infesus abijsti. Qui verò immoratur, fessus tãdẽ perijt, & miserè consenescens aliqua re fit indigus, vexatur, hostes reperit, insidijs aliunde impetitur: ac demum, cùm in hoc seculum venerit, infelici morte defungitur.

CAP. XV.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites, dixit. A

2 *Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?*

3 *Arguis verbis eum qui non non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.*

4 *Quantum in te est, euacuasti timorem, & abstuliſti preces coram Deo.*

5 *Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.*

6 *Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi.*

7 *Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

matus?

ò Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?

B 9 Quid nosti, quod ignoremus? quid intelligis, quod nescimus?

10 Et senes, & antiqui sunt in nobis ò multo vetustiores, quàm patres tui.

11 Nunquid grande est, vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent.

12 Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?

13 Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?

14 Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?

15 Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius.

16 Quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?

17 Ostendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi.

18 Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.

19 Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos.

C 20 Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorũ incertus est tyrannidis eius.

21 Sonitus terroris semper in auribus illius: & cũ pax sit, ille semper insidias suspicatur.

22 Non credit, quòd reuerti possit de tenebris ad lucem, circunspectans vndique gladium.

23 Cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies.

24 Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium.

Teten-

25 Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est.

26 Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.

27 Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. D

28 Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.

29 Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam.

30 Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.

31 Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit.

32 Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent.

33 Ladetur quasi vinea, in primo flore botrus eius, & quasi oliua proïciens florem suum.

34 Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

35 Concepit dolorẽ & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

RESpondens autẽ Eliphaz themanites dixit. Qui primus antè capite quarto locutus fuerat, & manum cum Iob cõserere incœpit, qui dum reliqui duo amici verba faciebant, hactenus tacuit. In quo optima institutio, & honestissimos horũ amicorũ mores cõsiderare op⁹ est, qui postquam vnusquisq; suã explicauit sentẽtiã, reliquis amicis reuerentiam exhibens, nihil amplius loquitur, quousque illi etiam suam dicant sententiam. Nec

alius

Universidad de Deusto
Biblioteca

alius alterius loquentis vllo verbo interpellat oratio-
nem. Quem morem in Ecclesia teneri Paulus præci-
2. Cor. 13. pit, Prophetæ duo aut tres dicant, & cæteri diiudicẽt.
Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Po
testis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes
discant, & omnes exhortentur. Non enim est dissen-
sionis Deus sed pacis, sicut in omnibus ecclesijs san-
ctorum doceo. Quo exẽplo, & quo Pauli officij præ-
Peruersus disputandi nos. cepto possumus acriter peruersum morem eorum re-
prehendere, qui nostris temporibus in gymnasijs di-
sputant. Qui dum scietiam suã potius venditare, quod
sophistarum est, quàm veritatẽ inuenire atque docere
studẽt, nõ potest vnus alterum differentẽ patiẽter au
dire, & tertio eũ quoq; verbo interpellat: quare quan-
tas inuidia discordiæ, & dissensionis faces subijciat, fa
2. Timot. 2 cilè omnes intelligunt. At Paulus eas quæstiones, &
controuersias vitare præcipit, quæ generant lites.

2 *Nunquid sapiens respondebit quasi inuentum?* Id est, inania,
& leuia verba dicet, & quæ ad propositum non perti-
neant. Idem declarat Hebræus. Respondebit scientiã
venti, dicens, Septuaginta vertentes ἀποκρίσιν δώσῃ συ-
νέσεως πνεύματος dabit responsionem cognitionis ven-
ti, [*Et implebit ardore stomachum suum,*] stomachum, men-
tem, & animum vocat, quòd res meditari, & verba põ
derare debeat, sicut concoquit, & digerit stomachus
cibũ: ardorem verò nominat verba ira, & arrogantia,
inflamata. Hebræus verò dixit קדים cadim Eurũ, qui
ventus est perflans ab ortu brumali, qui adeò calidus,
& inflãmatus est, vt tradat Collumela quibusdam re-
gionibus nisi vites teguminibus opãcentur, velut hali
tu flameo fructus vri. Idem Septuaginta viri intellexe-
runt

runt πόνον laborem interpretantes, quòd arrogantiæ,
& stomachi plena verba obtundant, & magnum alijs
laborem afferant. Nec dubium est, quin huiusmodi
verba viri sapientis non sint, sed quæ pondus habeãt,
& ad propositum attineãt. Nam verba oris sapientis,
gratia, vt dicit Ecclesiastes. Ipsa vero inania, & vento *Eccles. 10*
sa verba magnam præ se stultitiã ferunt. Frustra enim
dicuntur, cùm à re proposita aliena sint. Quocirca di-
cit Ecclesiastes, Stultus verba multiplicat: siquidem
rem nunquàm attingit. Quare vera est Eliphaz propo *Eccles. 10*
sitio, assumptio verò, quę necessaria est, vt aliquid in
Iob concludatur, falsa est: nunquàm enim huiusmodi
verba à Iob facta fuere. Sed fortè Eliphaz leuia, arro-
gantia, & iracunda illa Iob verba esse duxit decimi ter
tij capitis, Si fuero iudicatus scio, quod iustus inue-
niar. Quis est, qui iudicetur mecũ veniat, quare tacens
consumor. Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie
tua non abscondar, manum tuã longè fac à me, & for
mido tua non me deterreat. Voca me, & ego respon-
debo tibi, aut certè loquar, & tu responde mihi. Sed
cùm à nobis exposita sunt, hoc crimine carere demon
strauimus verè dici posse ostendentes. Negare tamen
non possumus moderatius, & tẽperatius illa, licèt ve-
ra sint, dici oportere, vt ea in eis reuerẽtia esset relicta,
quam omnes atque adeò sanctissimę creaturæ Deo ex
hibere debent. Nam hęc verba ipse Iob capite vltimo
reprehendit, postquàm Deum secum loquentem audi *Iob. 42.*
uit dicens, Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra
modum excederent scientiam meam. Audi, & ego lo
quar, interrogabo te, & responde mihi. Sed leuiter, &
arroganter dici ea iudicari non possunt, quæ rectę cõ-

scientiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientiæ testimonio dicuntur ad aliorum conuitia, & indignas contumelias refellendum. Tantùm Iob quispiam sapiẽter admonere posset, vt quæ rectè sentiret, moderatius efferret. Sicut ille, qui eandem ita enunciauit sententiam, Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniustè. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Ait deinde Eliphaz.

Psalm. 68.

3 *Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi*, Probat, quod dixerat, arroganter atque ventosè Iob fuisse locutum. Nam cum eo audebat disceptare, qui lõgè atque adeò infinitis modis illo esset præstantior, potentiorq;. Sed sæpe hanc Dei infinitam potentiam, & scientiam Iob, & confessus est, & demonstrauit: minimè verò terrori est æquitati, qua ille nitebatur: sed iniquitati, quã à se valde repulerat. In Hebræo est הוכח לדבר לא יסכן hocheah bedabar lo içcon, quod ita etiam reddi potest, Arguere verbis, quę nihil prosunt, id est, an sapiẽtis (vt dixerat) sunt ventosa verba, & arguere verbis inutilibus. Quam interpretationem Græci secuti sunt vertẽtes ἐλέγχων ἐν ῥήμασιν οἷς οὐ δεῖ, arguens in verbis quibus non oportet. Ex quo concludi vult ipse inania atque ventosa esse, quia nihil attinebant ad calamitatẽ, & dolorem subleuandum. Attinebãt tamen ad amicorum temeritatem refellendam, qui eius inculpatam vitam propter calamitates in quas inciderat damnabãt. [*Et loqueris, quod tibi nõ expedit.* Geminatio est eiusdẽ sententiæ, vt acrius increpet, si Hebræorum atque Græcorum superioris versus partis explicationi assẽtiamur. Et fortè ne eiusdem esset repetitio sententię, illo modo superiora verba à vulgato conuersa sunt.

4 *Quan-*

4 *Quantum in te est euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.* Eum timorem intelligere puto, qui reuerentiam habet, id est, facis pernicioso exemplo tuo, vt nemo reuereatur eum, cum quo tanta petulantia tu disputare optas. Facis item, vt nemo precetur eũ, quẽ tu precari non vis: sed cum eo potius disceptare, & â quo nõ æquitate, sed vi opprimi significas. Vrget grauissimo incommodo, sed quod minimè consequatur ea, quæ Iob affirmauerat, non enim tollit timorem is, qui conscientia timoris, & pietatis maximæ, qua Deum colue rat, suam causam apud eum dicere non dubitat, neque preces abijcit, qui conscientia benè actę vitę, cum qua preces, vt quàm honestæ sint, debent esse coniunctæ, fiduciam, (vt Ioannis verbis vtar) ad Deũ habet. Hoc verò loco animaduertere licet, quàm sit in ecclesia antiquum, vt calida, & malitiosa verborum nostrorum interpretatione iniqui homines calumnientur, & impietatis arguãt. Quod malum, quàm latè temporibus nostris manauerit, quantum improbi homines religionis calumnia, non religione, sed inuidia, & maleuolentia ducti doctis hominibus timorem incuserint, & ab honestis studijs retardauerint, aliorum sit iudicium.

Psal. 12.

5 *Docuit enim iniquitas tua os tuum*, duplicem id habere potest sentẽtiam, vel Quia mala mẽtè es, verba tam arrogantia facis. Sicut Christus dixit, ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Vel aliter, Ex verbis oris tui cognoscitur iniquitas tua, nec indice alio opus est, quàm ore tuo. Sicut Christus etiã dixit ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Et Ecclesiastes, Labia

Matth. 12

Matth. 12

Eccles. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

insipientis præcipitabunt eum, quam sententiam Septuaginta intellexerunt ita conuertentes ἐν χοσὶ ῥήμασι σόφιστος σὺ reus es verbis oris tui. Sed in quancunque partem accipiantur, non conueniunt in Iob, non enim iniquitate imbutus illius modi verba fecit, sed optima conscientia teste, cuius grauissimum testimonium est. Neque eiusmodi verba improbi animi coniecturam faciunt, sed rectissimę conscientiæ. [*Imitaris linguam blasphemantium,*] In Hebræo est עֲרוּמִּים harumm astutorum, calide agentium, Septuaginta transferunt δυνατῶν potentium, Chaldęus חכימין hachimin sapientium, quæ variæ versiones mihi coniecturam afferunt ad illos allusisse Eliphaz, qui turrim babel ædificarunt, quo se à Deo si terram iterum inundatione euertere voluisset, defenderent: qui Deo resistere, & repugnare velle videbantur. Dixerunt enim, vt narratur in *Genes. 11.* Genesi, Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius cacumen pertingat ad cælum. Qui Deum ita offenderunt, vt ob eam rem eorum sermones sic confunderet, vt alius alium non intelligeret, quorum scelus cùm recens prope esset temporibus Eliphaz, puto doctis viris satis fuisse cognitum. Præsertim cùm tantum illius vestigium fuisset relictum, turris nempè ruinæ, illi blasphemi quidem erant, cùm tãtum Deo dę haberent, vt humanis opibus ei resistere posse putarent. Erant etiã versuti, & sapientes, vt Christus dicit seculi huius, cùm tã calidũ susceperint consiliũ, erant & potentes, quòd rem tantam moliebãtur. Quos Iob imitari dicit, quia cum Deo contendere, & disceptare volebat. Sed longè aliud est opibus potentia, & industria sua conixum velle quéquàm Deo resistere, aliud est

est optimorũ consiliorũ conscientia fretus, quæ lege Dei, atque ob eam rem Deo ipso connititur. Dei autem præsidio munitus qui fuerit, Deo resistere potest. Ira enim Christus Deo repugnauit, vehementer hominibus irato.

6 *Condemnabit te os tuum, & non ego labia tua respondebunt tibi.* Id est, non opus est aliunde acersitis argumentis, & testimonijs ad te condemnandum, sed ex dictis, & assertis à te facilè vnusquisque iudicabit te in culpa esse. Quis enim crimen esse non cognoscet Deum ad disceptationem prouocare, in iudicium omnium iudicem conuenire. Quæ cùm tu labijs proferre, & ore iactare audeas, os tuum, & labia tua pro testimonio dicent in crimen te maximum incurrisse. Sicut Christus dixit, De ore tuo te iudico serue nequam. Quæ criminis illatio pondus haberet maximum, nisi rectę voluntatis conscientia staret à Iob, cui lex Dei, quæ dibilitari non potest, præsidio est. *Luc. 19.*

7 *Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?*

8 *Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?* Quoniã Iob capite decimotertio cum Deo disputare optabat, & homines, id est amicos suos contẽnens imperitos, & valde rerum ignaros dutebat, dicens, Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cũ Deo cupio. Prius vos ostẽdens fabricatores mẽdacij, & cultores peruersorũ dogmatũ. Atque vtinã taceretis, & putaremini esse sapiẽtes. Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorũ attendite. Id grauiter passus est Eliphaz, & vtrũq; his duobus versibus vrgendo incommodo refellit, arrogantiã ma- *Iob. 13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximam esse demonstrans. Et propterea dicit, [*Nũquid primus homo*] &c. Id est, cùm cæteros homines præ te ita negligas, nunquid alia te ratione extitisse putas, quàm homines alij, non ex homine genitus, sed ante mundum factus, id enim significat dicés, [*Ante omnes colles formatus*], Est enim synedocha pars pro toto, quo tropo sapiens vsus est in prouerbijs, vt sapientiæ diuinæ antiquitatem exponeret dicens, Necdum montes graui mole constiterant, ante omnes colles egò parturiebar. Quæ explanatio mihi magis probatur, cadit que in septuaginta interpretum versionem, quam & Chaldæus persecutus est, ita vertens הבקדמיא ארם בקא אבא ואמא אחידידוהא habecadmaa adam bela aba veima itielidta, nunquid antequam homo esset, sine patre, & sine matre natus es. Refellit deinde altero versu, quõd cum Deo disputare velit dicens, Nũquid Dei interfuisti consilio: sicut etiam sapientia de se dicit in prouerbijs, Et cum eo eram cuncta componés, & in eo cognouisti Deum, te inferiorem esse sapientia, vt cum eo disputans à te victum iri putes.] *Sed illud inferior te erit eius sapientia.*] Ita est in Hebræo תגרע אלך חכמה tigrah elecha hachma diminuetur tibi sapientia? Quod præter eam sententiam, quam expressit vulgatus interpres: potest & aliter, vt Hebræi volunt explanari, id est, Tantum ne in consilio Dei sapientiæ imbibisti, vt alijs hominibus imminuta, & detracta esset, & tibi vni tota concessa. Quæ explicatio placuit Septuaginta auctoribus. Nam ita locum hunc reddiderunt ἢ σὲ ἀφίκετο σοφία ad te autem accessit sapientia. Quòd si ita hunc locum exponamus, etiam hic versus pertinere videtur ad vrgendum eo absurdo

Prouer. 8.

Iob,

Iob, quòd omnibus hominibus sapientiorem se esse existimet, cùm ita amicos suos cum eo differentes pro nihilo faciat. Sed non arroganter cũ de hominis æquitate, & iniquitate disputatur, contemnuntur ij, qui ex aduersa fortuna alterum iniquum esse iudicant dicente Ecclesiastico, Non irrideas hominem in amaritudine animæ, est enim, qui humiliat, & exaltat circunspector Deus. Nec arroganter is, qui nullo merito suo ab hominibus condemnatur, dicere causam suam optat apud eum, quem scit iustum semper iudicium exercere. Valde tamen est difficile calamitoso viro optima sua, & honestissima cõsilia fortunatis hominibus probare, Sapientia pauperis (ait Ecclesiastes) contẽpta est, & verba eius non sunt audita.

Eccli. 7.

Eccles. 9.

9 *Quid nosti, quod ignoremus, quid intelligis, quod nesciamus?* Argumentatur nunc directò, id est non debemus â te ita negligi, vt nos appelles fabricatores mẽdacij: & optes, vt silentio insciti am nostram celemus, cùm nihil tu scias, quod nos ignorem⁹. Sed in qua ignoratione versarentur, exposuit satis antè Iob capite decimotertio, vt à nobis expositum est dicens, Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos, &c. Et ob eam fortè rem nihil amicis suis Iob probare, nihil persuadere poterat, quòd tanti suã facerent sapientiam, vt de nulla re ab eo doceri posse putarent. Dicente Salomone, Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens. Et hac de causa stultam, fecit Deus sapientiam huius mundi, vt Paulus testatur, quô mundo traderet Euangelium.

Iob, 13.

Iob, 13.

Prou. 24. Qui sibi sapiens videtur difficile docetur.

1. Cor. in. 1.

10 *Et senes, & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.* Senes vocat eos, qui res multas experti sunt, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui longo rerum vsu multam sibi earum scientiam parārunt. Etenim de moribus, & officijs scientia multo præclarius experientia, quàm alterius doctrina tenetur. Siquidem hac potissimum ratione prudentia constat, in qua vniuersa de moribꝰ disciplina versatur. Habemus ergo (ait) præstātissimos officij, & Theologiæ magistros ex quibus discere possumus, quidquid ipse scieueris, cùm non ita vetustos habeas magistros atque parētes. Sed aliud est bonum habere magistrum, aliud bonum esse discipulum.

11 *Nunquid grande est, vt consoletur te Deus? sed verba tua pra ua hoc prohibent.* Id est, non esset Deo difficile miserias tuas subleuare, teq; in integrum restituere, sed id sceleratua impediunt, quorum pœnas tanto, par est, vt supplicio pēdas. Verba enim hoc loco res significant, vt in alijs multis sacræ scripturæ locis vsu venit. Ita etiā populo dixit Esaias, Nō est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat. Neq; aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderūt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Sed Hebræa verba, ita ad verbum si reddantur habent, An parum consolationes Dei à te? & verbum latet apud te. Quod eandem, quam vulgatus conuertit, habet sentētiam, id est, facilè tibi Deus consolationem afferret, sed nonnihil sceleratæ rei animo tuo inclusum latet, quæ id prohibeat. Sed illud consolationis in Hebræo est תנחומות tannehumot, quod non solum consolationes, sed etiá pœnitudines, vt ita dicā, significat, sicut verbū in quo repertum est נחם naham, quod consōlari, & pœnitere significat. Et propterea Græci hunc locum ita verterunt

Esai. 59.

terunt ὀλίγα ἄν ἠμάρτηκας μεμαστίγωσαι minus q̄ peccasti punitus es, Ita enim Hebræa verba intellexerūt, Parum pœnitudinum, siue pœnarū Dei ad te, subaudi, venit, & propterea illo modo conuerterunt. Secundam verò versus partem, vt huic primæ interpretationi esset apta, ita transtulerunt, μεγάλως ὑπερβαλόντως λελάλημας maximè abūdanter locutus es, quia sic Hebræa verba intellexerunt, Et ad huc verbum aliquod apud te relinquitur, id est, adhuc hiscere, aut loqui audes in Deū? cùm minores, quā debes pœnas luas. Cui interpretationi, quæ sequuntur valde aptæ sunt.

12 *Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habēs oculos.* Id est, quid tibi tantos attulit spiritus, vt verba illa (quę notauimus) auderes efari? vnde tantā oculi tui præ se ferūt arrogantiā? Cor & oculos dixit, quia superbia, & arrogātia animo menteq; primùm cōcipitur, deinde potissimum oculis significatur. Illud autem, [*quasi magna cogitans attonitos habes oculos*,] paraphrasi explicat, quod breuiter dicit Hebræus, Quid annuūt oculi tui? Quo habitu describit Salomon hominē iniquum dicens, Annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Septuaginta conuertunt, τί ἐπήγκαν οἱ ὀφθαλμοί σου quid attulerunt oculi tui. Quem habitum hominis superbi significauit Dauid dicens, Oculos superborū humiliabis.

Prouer. 6.

Psal. 17.

13 *Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones,* Id est, quæ nam te res effert, vt illa in Deum enunciare audeas, Voca me, & ego respondebo tibi, aut certè loquar, & tu responde mihi. Quòd tumet dicit in Hebræo est, תשב tasib, quod rebellas, vel conuertis, vel respondes

spiritum tuum in Deum, possumus explicare. Septuaginta conuerterunt θυμὸν ἔρρηξας Stomachum erupisti in conspectu Dei. Sed illa verba nō é superbia, aut arrogantia, sed ex rectissima sunt perfecta conscientia.

14 *Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?* Inuehitur in illa verba si fuero iudicatus scio, quòd iustus inueniar. Quæ argumenta valde hāc sententiam confutarent, si Iob illud sibi Pelagianū per suasisset, natura vel viribus suis se iustum esse. Quod tantum abest, vt Iob verum esse duceret, vt superiori capite dixerit, quis potest facere mundum de immundum conceptum semine? Sed cùm Dei præsidio per Christum seruatorem se culpa vacare putaret, nihil his argumentis refellitur, quòd homo sit, & muliere natus, Dicēte Paulo, Si enim vnius delicto multi mor-
Rom. 5. tui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abūdauit, & pau cis interiectis addit, Vt sicut regnauit peccatū in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternā per Iesum Christum Dominum nostrum.

15 *Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius.* Probat argumento ex maiori petito fieri non posse, vt Iob (sicut dixerat) sciat, quod iustus, si fuisset iudicatus, inueniretur. Quo argumento vsus etiam est altera eius disputatione, quæ in capite quarto ponitur, non ad hoc idem confirmandum, vt nos ibi planum fecimus quorūdam opinionem secus existimantium refellentes, sed ad probandum illo loco impios homines perituros, quoniam impij angeli perierunt. Quæ nostra sententia valdè ex hoc loco probatur, nam si eodem argumento idem illic, quod hic

hic confirmaretur eiusdem esset prorsus argumentationis & ratiocinationis repetitio, quod frustra fieret, quare verisimile non est à viro docto atque prudente esse factum. Iam verò ipsæ vtriusque loci conclusiones cùm interse differant, ostendunt apertè non idem vtroque loco probari. Nam capite quarto ita ratiocinatur Eliphaz, Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. Quantò magis ij, qui habitant domus luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea. Non, Iniusti erūt, concluſit, sed, Cōsumentur, At tota huius loci argumentatio huiusmodi est. Quid est homo, vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem, Iniquitate igitur contaminari, huius ratiocinationis est conclusio. Cùm ergo non sit eadem vtriusq; loci conclusio, non idem vtroq; loco probatur. Sed illîc, quod diximus, hîc verò Iob minimè scire se iustum esse. Estque ad id probandum doctissimum, & acutissimum argumentum. Nam Iob scire non poterat se iustum esse, nisi sciret se omnino esse immutabilem, ita vt nec scelus admittere, neque ab officio discisscere posset. Si enim id pro explorato non haberet, vnde sciret se non peccasse, cùm peccare potuerit? Nam quanuis nullius sibi peccati conscius sit, cùm tamen potuerit peccare, relinquitur magnus dubitandi locus, vtrum peccarit. Nemo enim omnes animi sui motus pro comperto habere potest, cuiusmodi fuerint, cùm varij, & infiniti prope

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint. Qua de causa facile subrepere delictum potest. Quod doctissimè docuit Paulus dicens, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et ob eam rem Christum affirmasse puto, Nemo bonus, nisi vnus Deus. Hunc enim pro certò bonum esse affirmamus, quia à bonitate non potest desciscere, cæteri autem, quia desciscere possunt, nemo certò scit, vtrū boni nominari possint: etenim id Christus respondit cuidam, qui magistrum eum bonum appellauit. Illud autem Iob minimè scire se immutabilem esse constat ex eo, quod re vera immutabilis non erat, sicut & nullus homo est: hoc autē probat ex maiori. Nā sancti Dei non sunt immutabiles, ergo neque homines. Sanctos eius, vt placet omnibus, expositoribus vocat angelos. Quòd [*nemo immutabilis,*] dicit in Hebræo est, לֹא יְאֻמָּן lo iaamin. Significat autem אָמַן aman, & credere, & permanere, hanc, significationem secutus est Latinus interpres, illam verò Græci vertentes οὐ πιστεύει non credit, quod eandem habet sententiam. Non enim credit Deus illis, quia mutari, & delinquere possunt. Quocirca, de illis quærit, eosque in iudicium vocat. Quod verò dicit, [*cæli non sunt mundi in conspectu eius,*] potest, esse metonymia, vt quibusdam expositoribus placet, continens pro contento, cæli pro angelis, qui in eo sunt: vel potest sine figura dici ipsos cælos mūdos non esse, cùm tot sordes, & feces ex ipsis expulerit, angelos improbos. Quod pertinet ad probandum sanctos eius non esse immutabiles: quia mutati sunt, & contaminati: non enim ipse eos contaminatos efficeret.

1. Cor. 4. *Marc.* 10.

Quis pro certo bonus affirmatur.

Cæli quomodo mūdi non fuerint.

16 *Quanto magis abominabilis, & inutilis homo: qui bibit iniqui-*

quitatem sicut aquam? Concludit, quod minus est, Homines immutabiles esse non posse, duobusque argumentis breuiter probat esse minus. Primùm, quod homo sit abominabilis natura sua, nascitur enim iniquus, & in offensa apud Deum. Siquidem peccato originali omnes homines natura tenentur. Et ob eam rem inutilis doctissimè dicitur, non enim est natura sua idoneus, aptusque ad finem consequendum, ex quo ratio petitur vtilitatis. Cùm enim, vt Paulus ait, Omnes iræ filij natura simus, Deum finem nostrum consequi natura non possumus, inutiles igitur natura sumus. In Hebræo est נֶאְלָח nelah, quod hoc tantum loco, & psalmo. 13. reperitur, & vtroque loco vulgatus transfert inutilem. Sed Septuaginta auctores, ex quibus psalmorum versio Latina translata fuisse creditur, in psalmo transferunt ἠχρεώθησαν inutiles facti sunt. Hoc verò loco ἀκάθαρτον impurum. Et ita transfert Chaldæus מְסָאַב meçaab immundus: sed Hebræi dicunt fœtidum significare. Quacunque tamen ratione exponatur, in eandem recidit sententiam: nā inutilis, impurus, fœtidusque homo dicitur, propter peccatum quo natura tenetur. Deinde quod homo facilè peccet, & propterea dicit, [*bibit iniquitatem quasi aquam,*] Quo magnum etiam libidinis ardorem, & vehementes cupiditatis motus, quibus homo ad peccandū, quasi impellitur, perstringit. Quo fit, vt nonnulli tam effrenatè peccent, vt diuturnam peccandi sitim explere velle videantur. Quod & sapiens docet in Prouerbijs dicens, Quasi per risum stultus operatur scelus. Bibunt etiam homines iniquitatem

Ephes. 2.

Homo cur facile peccet.

Prouer. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem, sicut aquam, quia fortè, & temerè nihil dubitantes nihil timentes, nihil animaduertentes, quod se se dat flagitium suscipiunt, & quasi præcipites amentia feruntur. Ex quo fit, vt stulti, amentes, insipientes, insensati sæpenumero diuinis oraculis vocentur.

17 *Ostendam tibi, audi me, quod vidi narrabo tibi.*

18 *Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.*

19 *Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos.*

Certissimis argumentis fidem facit maximam, eorum quæ dicturus est. Et quod ea vidisset, & quod ea ex maioribus acceperit. Quibus multam conciliat auctoritatem, vt eorum intelligatur testimonium esse grauissimum. Nam & sapientes erant, reliquorum enim testimonia, dictaque negligenda potius, & despicienda sunt viro prudenti, quàm citanda: sapientium autem testimonium tantum pondus habet in doctrina morali, vt regulam, ac virtutis normam Aristoteles esse iudicauerit, ciusque iudicio virtutem ponderandam & æstimãdã esse. Erant etiã reipublicæ gubernatores, id enim significat cùm dicit, [*Quibus solis data est terra,*] id est, gubernanda, & administranda, estque hic perfectissimus sapientiæ gradus, vt non sibi solùm, verumetiam alijs quis sapiat. Præsertim quòd cura tanta, atque sapientia eos terram rexisse dicit, vt [*alienus non transiret per eam.*] Id est, vt hostes, atque prædones, neque agros populare, neque prædas agere auderent, neque Rempublicam bello tentare, aut saltem in potestatem redigere possent. Id enim sapientia, & industria potius fit eius, qui Rempublicam gerit, quàm vllis alijs opibus, atque

Sapientis testimoniũ magnũ habet põdus.

atque præsidijs. Id quod luculenter tractat Ecclesiastes, ac vehemẽter dolet id homines latere, Hãc quoque (ait) sub sole vidi sapientiam, & probaui maximã, ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gi.um, & perfecta est obsidio. Inuẽtusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suã. Et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebã ego melioré esse sapientiã fortitudine. Quomodo ergo sapiẽtia pauperis cõtẽptã est, & verba eius nõ sunt audita? &c. Melior est sapiẽtia q̃ arma bellica. Id etiã apertè testatur Esaias dicẽs. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit sciẽtiam, & nobiles eius interierũt fame, & multitudo eius sici exaruit. Quod dicit, [*Et non abscõdunt patres suos,*] obscurè id in Hebræo, & in Latino interprete ponitur. Nam in Hebræo ad verbum si conuertamus, ita est, Non abscondunt è patribus suis. Clarius Septuaginta cõuerterunt οὐκ ἐκρύψαν πατέρες αὐτῶν nõ absconderunt patres eorum. Sed longè clarius Chaldæus, qui reliquis etiam interpretibus magnũ hoc loco lumen attulit, לא מטמרין מאבהתהון la mecadbin mimçorta da abatehon non absconderunt, quę tradita sunt à patribus eorum. Significat ergo vulgatus, Non absondunt patres suos sibi narrasse. Hebræus non absondunt ea audisse è patribus suis. Itaque declarat Eliphaz per manus maiorum hanc accepisse doctrinam, quæ discendi ratio tantam tenet auctoritatẽ, vt oraculi vim habeat. In libro enim nostro primo de vera religione demonstrauimus, quanta sit traditionum auctoritas. Non potest igitur ea doctrina

Sapientia potius quã opibus ciuitas defẽdi.

Eccles. 9.

Esai. 5.

Traditionũ auctoritas.

non

non singularis,& eximia esse, quam & Eliphaz fuerat expertus,quam etiam per manus sapientium,& antiquorum hominum,qui rempublicam optimè gesserant accepit.Sequitur autem huiusmodi doctrina.

20 *Cunctis diebus suis impius superbit*,Id est,iniqua agit verè enim is superbire dicitur,qui Deo non obtemperat,si
Psal. 73. cut etiam Dauid ait,Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.In Hebręo tamē est מתהלל mitholel, quod variè reddit vulgatus,nā in Hieremia.c.23. vers. 19.conuertit Erumpēs. Hoc verò loco Superbit Chaldæum forte secutus,qui מתגאל mitpaç polluens,contaminans,siue blasphemans reddit.Sed verbū חול hul in quo reperitur Hebræis inter alia dolere,& parturire significat.Secundæ huius significationis rationē ducens vulgatus Superbire transtulit, id est,res iniquas
Psalm. 7. molitur.Sicut dicit Dauid,Ecce parturit iniustitiā, & concepit dolorem,& peperit iniquitatē,& in fine huius capitis ipse Eliphaz,Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.Sed Hebræi primam hoc loco significationem intelligunt,& ita interpretantur cunctis diebus dolore conficitur, sic & Septuaginta interpretes πᾶς ὁ βίος ἀσεβὴς ἐν φρόνησι omnis impij vita in cura (subaudi)versatur.Non enim potest nō dolere,& vehementer angi is,qui rationis gubernaculo destitutus varijs perturbationibus agitatur. Et ob eā rem dicit,
Psalm. 13. Dauid,Cōtritio,& infœlicitas in vijs eorum,viam pacis non cognouerunt,non est timor Dei ante oculos eorum. Ab hoc loco vsque ad finem capitis copiosè differit Eliphaz de toto impiorum genere,grauissimasque,& doctissimas de hac re dicit sententias,quas si in Iob conuenire assumat,vehementer errat.

Iniquus sē per dolet.

Et

[*Et numerus annorum incertus est tyrannidis eius*.] In quo vehementer eius amentia declaratur,qui cunctis diebus superbiat,Deoque resistat,cùm ignoret quandiu tyrannidem exercere,& alijs infestus esse possit.Declaratur etiam eorum,quos opprimit,quanta sit miseria,cùm lateat eos,quandiu tyranni tantam acerbitatem perpessuri sunt: quæ res vehementer angebat Dauid dicētem,Vsquequo exaltabitur inimicus meus su *Psal. 12.*
per me.Verbum verò de verbo traducere Hebræa sic etiam possumus,Et numero annorum absconditi sunt violento,id est cunctis diebus superbit, & numero annorū,qui absconditi sunt violēto.Anni verò vitæ eius absconditi dicuntur,quia Deo tantum cogniti sunt.Septuaginta verò ita conuertunt ἐπὶ σὺ ἀριθμητὰ ἀδόλου ἀνάσσῃ anni verò numerabiles potēti tributi sūt.Quia צפון nizpenu,quod absconditi sunt,propriè significat,vulgatus intellexit absconditos esse tyranno,& propterea.Incertos,ei scilicet,traduxit. Septuaginta verò intellexerunt diuina mente esse repositos eiq; constitutos,& propterea numerabiles siue certos traduxerunt. Quare vtraque versio cadit in Hebræa verba.

21 *Sonitus terroris semper in auribus illius*,Explicat,quod dixerat ex interpretatione Hebręorū superiori versu, Cūctis diebus dolore cōficitur impius,tractatq; satis elo Timet sem
quenter eas solicitudines, fraudisque cruciatus, qui- periniquus
bus impiorum animi dies noctesq, exedunt,quas pœnas luūt grauissimas,non alterius animaduersione,sed suæ angore cōsciētię.Cū enim(vt ait sapiētia)Sit timi *Sapien. 16.*
da nequitia dat testimonium condemnationis:semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur.*] id est, licèt nullus ei negotium, neque molestiam exhibeat, veretur tamè ne sibi instruantur insidiæ. Necesse enim est, vt is, quē multi timēt, à multis timeat. Hebræus vero verbū de verbo ita habet, In pace vastator veniet ei. Quod vulgat⁹ significare putauit, Timet vt veniat ei vastator, & propterea illo modo transtulit. Septuaginta vero, cum fuerit securus opprimet eū calamitas, & propterea reddiderūt ὁταν δοκήσῃ ἤδη εἰρήνευεν ἥξει αὐτὸς ἡ κατασροφή cùm visus fuerit pace frui, tūc eius veniet euersio. Est enim insignis temeritas, vt ij se securos esse posse opinētur, qui tam graues cum Deo inimicitias gerunt. Quare Paulus auctor est Thessalonicensibus scribens. Quū dixerint, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.

1. Thes. 5.

22 *Non credit, quòd reuerti possit de tenebris ad lucem, circunspectans vndique gladium.* Id est, si quando in calamitates incidat, desperat de salute sua, & vndique malum timet. Proprium enim est hominis iniqui, vt facilè despondeat animū, resq; aduersas non magno, sed abiecto animo tolleret. Sicut Dauid ait, In miserijs non subsistēt. Cùm enim subsidijs tantùm humanis nitantur, illis destituti, quò se conuertant, nesciunt. Eadem vero tenebrarum metaphora pronunciauit Esaias impios, quo se confirment in aduersa fortuna non inuenturos dicens, Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, lux obtenebrata est in caligine eius. Ex quo fit, vt cum nullum possit malorum exitū inuenire desperatione fractus animus vndique gladium, id est, malum, species progenere, sibi imminere formidet. Cuius rei præclarum specimen fuit tenebræ illæ crassissimæ,

Iniqui facie desperās

Psal. 139.

Esai. 5.

mæ, quæ obductæ fuerunt Ægyptijs, in quibus tanto perculsi fuerunt timore, vt dicat Sapientia, Vna catena tenebrarum omnes erant colligati, siue spiritus sibillans, aut inter spissos arborū ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut sonus validus præcipitantium petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium validarū bestiarum vox, aut resonans de altissimis mōtibus echo: deficientes faciebant illos præ timore.

Sapien. 17

23 *Cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies,* Aptissimè impiorum hominum ingenium describit, qui quāuis alijs malis opprimantur, dum tamen diuitias, & facultates habeant, confidunt, neque spem omnem suæ salutis abijciunt, cùm spes illi suas in fortunis collocatas habeant, Sicut tradit Sapiens in Prouerbijs, Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius, & quasi murus validus circunstans eū. Cùm verò hac vrbe fuerint expulsi, & is eorum murus corruerit, tunc spe sua deturbati cognoscunt se miseriarum tenebris vndique esse circumfusos, & quam grauis eos casus manebat, intelligunt. Quocirca Egestas à Domino in domo impij, Salomon ait. Sed in Hebræo est, [*cùm se mouerit ad quærendum panem*,] לַלֶּחֶם aie vbi nam, id est, quocunque loco eum potuerit inuenire, vt ei necesse sit stipē petere. Sed cùm hæc vox valde ambigua sit Hebræis, factum est, vt in aliam longè diuersam sententiam, quam vulgatus Chaldæus, & Hebræi, hunc versum, Septuaginta viri acceperint. Nam in hoc nomine, ל, he literæ quiescentis nulla ratio ducenda est, vt sæpe diximus quare, לא, e, significat vbi, insulas, & bestias, siue aues, insulas, & loca deserta

Prouer. 10

Prouer. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferta incolentes, vlulas vulgatus interpretatur, Esa. 13. vers. 22. eodem loco Septuaginta onocétauros, & thargum felles siue Cattos silaestres, huius significationis rationem hoc loco Græci ducentes, ita totum versum reddiderunt ἀγρυπνέτωσαν δὲ ὧδε οἱ τὰ γυπῶν οἱ οἷς δὲ ἐν ἑαυτοῖς ὅτι μένει σκότωμα μέγα δὲ σκότος vulturibus pro cibo constitutus est, hoique conscius est, quod eũ maneat ruina, & tenebrosa dies. Quæ versio descriptissimè superiori versui contexitur, quo desperationẽ hominis iniqui exposuit, id est, desperat é periculis euadere posse. Et meritò quidẽ, nã misera morte mulctabit, in sepultus; iacebit. Sicut Hieremias de rege Ioacim vaticinatus est, Sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Hierusalem. Deus etiã apud Ezechielem, Conuiuium instruit auibus, & bestijs ex iniquorum hominum cadaueribus dicens, Tu fili hominis (hæc dicit Dominus Deus) dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestijs agri conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem, carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, arietum & agnorum, & hircorum, taurorumque, & altilium, pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem de victima, quam ego immolaui vobis. Et saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus. Sequitur autem.

Hiere. 22.

Ezech. 39

24 *Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eũ, sicut regẽs qui*

qui præparatur ad prælium. Id est, ita eum miseria, & mala oppriment, vt ea nullo pacto effugere, aut declinare possit, id enim ea ratione dicẽdi, Angustia vallabit eũ, in scriptura sacra significatur. Sicut dicit Dauid, Circũdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Facile verò est hominem sceleratum, ita malis mergi, & miserijs circunueniri, cùm sit valdè infirmis præsidijs munitus: virum verò bonum valdè difficile est, & fieri non potest, licèt vehementer nonnunquàm sit oppressus, vt desperet omnino, quoniam eo nititur, de quo dicit Dauid, Altissimum posuisti refugiũ tuum. Quod dicit ad prælium Hebraicè est כַּלִּדוֹר lachidor, quod verbum est obscurum, nam alio loco eadem forma non reperitur, licèt כדור cadur eius simile in Esaia 22. vers. 18. reperiatur, quo loco Pila exponitur, & ita hîc quidam exponendum putant in eandem sententiam, id est, Sicut rex exercitus sui globo stipatus, qui in medio loco positus vndique circundatur. Et sic exponit Chaldæus, כמא דמעתי מאסת מלכא דגדודא כדן melech dimhatad leiçtabara begionim, rex qui ita se habet, vt circundetur legionibus. Septuaginta tamen vertunt ὥσπερ στρατηγὸς πεσὼν ἐν πίπτων, sicut dux præfectus cadens, id est, dux, qui exercitui præsit, in quem vnum in bello cadentem multa militum turba ruit, hostes, vt capiant, socij, vt seruent, quare omni ex parte circundatur. Hac ratione angustia circundabit iniquum hominem, vt omni ex parte angustijs vrgeatur.

Psalm.

Psalm. 90

25 *Tetẽdit enim aduersus Deũ manũ suã,* Quoniã opera manibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus fiunt per metonymiam, causa pro effectu, manus pro operibus in scriptura ponuntur. Illi ergo terē dunt aduersus Deum manum suam, qui faciūt aut moliuntur aliquid, quod Deus fieri prohibeat, qui deniq; violant legem Dei, qua voluntas eius declaratur, de quibus Esaias dicit, Manus vestræ pollutę sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate, & paucis interiectis, Opera eorū operainutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Terēdunt igitur iniqui omnes, manus aduersus Deum. Sed id, & ea quę deinceps sequuntur, in primis ad homines pertinent profligatissimos, & multis sceleribus contaminatos, & qui præcipites per omnia vitia ruant, ij enim imitari eos gigantes videntur, quos profani poetæ fingunt bellum aduersus deos suscepisse. Sicut Vergilius dicit.

Iniqui aduersus Deū

Esai. 1.

Hic, & Aloidas geminos immania vidi,
Corpora, qui manibus, magnum rescindere cælum,
Aggressi, superisque iouem detrudere regnis.

Et Homerus.

καὶ Τιτυὸν εἰσῆον γαίης ἐριθρεπτὸς ἀλωήν,
κείμενον ἐν δ' ἀνέσω, ὅθ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα,
γῦπε δ' μιν ἑκάτερθε παρημένω ἦπαρ ἔκειρον
δεργὸν ἐσω δύνοντες, ὁδὸν δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί
Λητὼ γὰρ ἄλοχον δίην κυδρὴν πορεκοίτιν
ναιετάων' ἐχομένην δία Κλήχωρε παγετοῖο.

Et Tityum vidi claræ telluris alumnum,
Porrigitur cui tota nouem per iugera corpus.
Hinc atque hinc geminus rostro vrget vultur adunco,
Immortale iecur tondens, iacet ille supinus,
Nec depellendi manibus datur vlla potestas
Latonæ namque ausus fuerat tentare cubile,

Impius

Impius æterno qui fuerat iuncta tonanti,
Cùm Pytho Panopæi peteret per amena vireta.

Et fortè hæc persequens Eliphaz, illos in primis homines perstringebat, de quibus dicitur in Genesi, Gigantes autem erant super terrā in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerūt, isti sunt potentes à seculo, viri famosi. Qui iniquis suis factis Deum, ita prouocarunt, vt vniuersum diluuio deleret, & euerteret orbem terrarum. Nā sequitur statim eodem capite, videns autē Dominus, quòd multa malitia esset in terra, &c. Delebo inquit hominem, quem creaui, à facie terræ. Ea verò cōiectura ducor ad id existimandum, quòd hanc doctrinam per manus maiorū suorū Eliphaz didicisse dicit, quos certum est non diu post diluuium extitisse. Vel fortè, hæc dicens Eliphaz illos homines tangit, qui turrim Babel ędificare conati sunt. Quo suo facto præ se ferebant cælo velle bellū inferre. Ex quo fortasse illa per hominum vulgus manauit fabella, de quibus usdā hominibus, qui corpore immanissimo & animo insolētissimo cūm essent, cælos ausi sunt bello tentare. Quorū meminit Plato in suo conuiuio in oratione Aristophanis. Quos cælū cōscēdere nixos fuisse narrat. Forte fasse legerat illud Genes. 11. Venite faciamus nobis ciuitatē & turrim, cuius culmē pertingat ad cælū. Iouēq; (ait ille) cū alijs dijs quid facto opus esset, deliberasse. Forsitan, quia illud legerat eiusdem capitis, Descendit autē Dñs, vt videret ciuitatem, &c. Venite igitur descendamus, & confundamus, &c. citatque Plato Homerū in hanc sentētiam de Otto, & Ephialto loquentē. Quos ita in Odissea Homerus describit.

Genes. 6.

Impiorū superbia.

Gigantiū fabula vnde fuerit orta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐννέωροι γὰρ τότε μὴ ἐννεακόσχοινες ἦσαν,
ἴυγος, ἀτὰρ μικὸς γε γενέσθην ἐννεόργυιοι,
οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισι μάχην ἐρίδηλον ἔμελλον

Qui cùm nouem essem nati annos, lati nouē cubitis eram, longi verò nouem iugeribus, qui bello tentarūt immortales, qui erant in Olimpo. Ad huiusmodi deni que profligatissimos homines, quæ sequūtur spectāt. [*Et contra omnipotentem roboratus est,*] Id est, Deo repugnauit, nec plagis alia ratione à Deo flexus ad officiū
Zach. 7. est. Sicut de filijs Israel dicit Zacharias, Cor suum posuerunt, vt adamantem, ne audirent legem. In eo verò eius stultitia summā significatur, quod dicit, [*contra omnipotentem,*] Id est, cui nemo potest resistere.

26 *Tetendit aduersus Deum erecto collo,* id sceleris lōge grauius est, vt non solum Deo resistere, verumetiā ei bellum inferre ausus fuerit, sicut Senacherib, qui hæc mādata dedit ad Ezechiā, Non te decipiat Deus tuus, in
Esai. 37. quo tu confidis dicens, Nō dabitur Hierusalem in manu regis Assyriorum. Cui postea verbis Dei respondit, Cui exprobasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorū tuorū, &c. Habitationem tuam, & egressum tuū ego cognoui: & insaniam tuam cōtra me. Quū furores aduersum me, superbia tua ascēdit in aures meas. Quòd [*erecto collo*] dicit, alludit ad rationem bestiarum, quæ erecto capite vadunt, vt alijs bestijs noceant. Septuaginta paraphrasi id satis apta interpretati sunt, In ὕβρει in superbia, vel iniuria, vel petulantia, quæ erecto collo significatur, sicut de Senacherib narratum est. [*Et pingui ceruice armatus est,*] Id est, nulla re alia se ad tantum bellum muniuit, quàm arrogantia, atque superbia

perbia, quam diuitiæ parere solent, quæ pingui ceruice significatur, vt à Dauide, Tauri pingues obsederunt me. Idem sed obscurius Hebræa verba significant, quæ ita verbum de verbo vertemus, Densitate altitudinis scutorum eius. Idem etiam Septuaginta viri ita vertentes ἐν παχεῖ νάτῳ ἀσπίδος αὐτῆς in crassitudine tergi scuti eius. Sed totum hunc versum quidam in aliam sententiam interpretantur, quia illud, [*aduersus Deum,*] in Hebræo est, Aduersus eum. Quod relatiuum referre putant non Deum, sed impium: in hanc sententiam, quòd Deus inuadet collum impij, quam interpretationem Biblia, quę Tugurina appellatur, secuta est, ita conuertens. Qui cum eo cōcurrens collum inuadit, ac densissimos clypeos conuellet, Id est, nullis armis Deo inuadenti repugnare poterit. Sed vulgati versio aptior est ijs, quæ sequuntur, quam & Septuaginta auctores probarunt. *Psalm. 20*

27 *Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina pependit,* Ex habitu corporis mentem, & animum hominis improbi describit, & hæc, quam dicit, crassitudo, & aruina eius, impij indicat arrogantiam, confidentiam, contumaciam, & mentis stuporem, quibus in flatus Dei leges infringere negligit. Eadē translatione idem declarauit Dauid dicens, Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum conclusserunt, os eorum locutum est superbiam. Et alio psalmo, Tenuit eos superbia, operti sūt iniquitate, & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, Quæ mentis crassitudo propter multas copias, & nimis prosperam fortunam hominibus accidit. Sicut enim corpus parum exercitatum, & bene pastum *Psalm. 16.* *Psal. 72.* Arrogātia impijs accidit propter diuitias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

crassius fit, ita & mens, si nullis laboribus exerceatur, sed delicijs reerectur, superba fit, & arrogans, Deoque parum obsecundat. Quod luculēter docuit Moyses dicens de populo Israel, Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butirum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & Hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimum. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum & recessit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in dijs alienis. Quare non minus ac forte multo magis timenda est viro pio rerū copia, quàm inopia.

Deut. 32.

Copiā non minus esse timendam quam inopiam.

28 *Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ*, quidam hoc versu calamitatem explicari putant, in quam incidet impius vir. Sed ijs magis assentior, qui de prospero eius rerum cursu dici iudicant, ex quo illa, vt diximus, eius crassitudo nata est. Hoc est tanta eius est copiarum vis, vt ciuitates desolatas restaurare, & domus desertas, & in tumulos redactas, quò nomen in vulgus comparet, reficere moliatur. Sicut Constantinus Byzantium ornauit, & amplificauit, &, Constantinopolis, voluit, vt appellaretur, Alexander Alexandriam, & multas alias vrbes. Quā expositionem ob eam rem mihi persuadeo, quòd hac re ipse Iob capite tertio hominem fœlicem descripsit dicens, Cum regibus, & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines. Sequitur autem.

Iob. 3.

29 *Non*

29 *Non ditabitur, neque perseuerabit substantia eius.* Hominis impij nam auit impietatem, nunc quas pœnas luet, Id est, diu non erit dives, macrescet, macie conficietur, & in egestate erit. Sicut illecui dictum à Deo est, Stulte hac nocte animam tuam repetūt à te, quę autem parasti, cuius erunt: sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. [*Nec mittet in terra radicem suam*, id est, nō firmas in terra radices aget: sed erit, vt ait Dauid, Tanq̄ puluis, quē proijcit ventus à facie terræ. Quod radicem dicit in Hebræo est נטע nitsam, quod verbum hoc tantum loco reperitur, quare non satis eius significatio constat. Hebræi perfectionem significare dicunt נצב nitsab radicem eius esse putantes, quod est consummare, atque perficere, in eandemque sententiam hunc locum exponunt. Id est, eius diuitiæ in terra non perficientur, nec ædificia, & alia opera inchoata perficiet: nam prius à Deo dissipabuntur. Septuaginta verò σκίαν vmbram reddiderunt in eandem etiam sententiam, id est, non perseuerabunt eorum diuitiæ, sed euertentur à Deo, ac solo æquabuntur, petita ex ædificijs translatione, qui tunc perfectè explanantur, cùm nullam in terra vmbram reddunt. Chaldęus transtulit מזרעיהון mezareihon ex eis, id est, nihil ex eorum diuitijs in terra relinquetur. Vt ex hoc apertè constet, quàm in certa sit huius vocis significatio.

Luc. 12.

Psal. 1.

30 *Non recedet de tenebris.* Tenebræ calamitates, vt sæpe diximus in scriptura sunt: in eas igitur calamitates incidet, ijs malis constringetur, quæ nullo pacto declinare, & effugere possit. Meritò enim perpetuis tenebris circunfusus erit is, qui tenebras semper amauit, lu-

Cur impius incidet in tenebras

cem fugit, nunquam integrum, & incorruptum, sed
Esai.8. semper cæcum, atque corruptum iudicium est ratio-
nis secutus. Hoc idem vaticinatus est Esaias dicens, Et
ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, &
dissolutio, & angustia, & caligo persequens. Non po-
Esai.9. terit auolare de angustia sua: [*Ramos eius ne faciet flam-*
ma,] Ramos vocat liberos eius, ædificia, & alia opera,
Cum laude memoria hominis iniqui non vsurpabitur. Eccli. 10. quæ pertinent ad impij famam, meliorisque conser-
uandam, quam ille multo studio custodire, & stabilire
conabatur, id quod etiam Esaias præfagiit dicens,
Quia omnis violenta prædatio erit in combustionē,
& cibus ignis. Faciet ergo Deus, vt cum laude memo-
riæ hominis iniqui non vsurpetur, sicut Ecclesiasticus
dicit, Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fe-
cit memoriam eorum è terra: memoriam superborū
perdidit Deus. Quòd si aliquorum impiorum vita de-
functorum, nomen celebrari videamus, mirū nō est.
Nam tādē extrema iudicij dies, qua omnes illorū cau
sę planæ omnibus fient, ita illorū famam atteret, &
omnino labefactabit, vt penitus deleat. Quod verò flā
mam dicit, Hebraicè etiam est שלהבת salhebet flam-
ma, sed Septuaginta transferunt ἀνέμου ventus, allu-
dentes ad Eurum, qui plantas, vt in principio huius
capitis diximus, inflammare solet. [*Auferetur spiritu*
oris eius,] In quibusdam exemplis vulgatæ editionis
est oris sui, quod & cadit in Hebræa, & ita explicant,
Oris, scilicet impij, quod ita marcescet, & extenuabi-
Impij futiles. tur impius, licet crassissimus aliquando sit, vt vel fla-
tu suo auferatur. Quò significet quàm leues & futiles
Esai.64. impij sint, licet grassissimam nonnunquàm personam
sustineant, id quod etiam tradit Esaias dicens, Ceci-

dimus

dimus quasi folliū vniuersi, & iniquitates nostrę, qua-
si ventus abstulerunt nos. Sed emendatior lectio es-
se videtur, quam posuimus, quæ est in Biblia Re-
gia, Eius scilicet, Dei, qui facilè fortissimos, & poten
tissimos quosque impios radicitus conuellet, & per- Iob.4.
det. Nam ita quarto capite Eliphaz locutus est. Quin
potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & semi-
nant dolores, & metunt eos flante Deo perijsse, & spi
ritu iræ eius esse consumptos. Spiritu labiorum suo-
rum interficiet impiū, ait etiam Esaias. Septuaginta eō Esai. 11.
uertunt ἐκ ῥέζου δὲ ἄνθος ἀναβήσεται decidet eius flos. Quia
relatiuum, neque Deum, neque impium, sed ra-
mum, vel ἔλασον germen, vt ipsi conuerterunt re-
ferre putarunt, פה pe, quod Hebræi ferè semper
os interpretantur, significat etiam, & fortè proprius
rei extremitatem, & ita פי pi gladij frequenter di-
cunt, id est, aciem gladij, & פי pi pallij, id est, le-
brum palij Exodi. 39. versu. 23. ita etiam פי pi ger-
minis, id est, flos eius, intelligere potuerunt. Sen-
tentia item optimè quadrat, id est, Nomen gloriæ,
& amplitudo improbi, licèt aliquando floreat, deci-
det tamen, atteretur, & comprimetur. Sicut mox di-
cit, Lædetur in primo flore botrus eius. Sequitur
autem.

31 *Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimē dus sit.* Quidam exponūt, Desperat Deum posse ab eo
vllo modo placari, vt desperauit Cain. Sed melius mi-
hi videtur exponi, In flatus errore non animaduer-
tit, quòd eum oporteat Deum mitigare, & aliqua Dan. 4.
ratione tot ei impendentia mala à se deprecari. Si-
cut Daniel Nabuchdonosor consuluit, Peccata tua

elee-

eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hic tamen versus in Hebræo difficilis habetur, varieque exponitur, cuius rei si causas reddamus, magnum ei lumen afferemus. Hebræa autem ita habent אז דאמן בשר כהעזה כדשרא והיה חנגרו׳ך al iaamen besau nitha chi sau tiie temurato. In primo verò שר sau, vel deest, ה, vel, א, si desit, ה, vt qui busdam placet Hebræis, Æquum & rectum indicat à verbo שרה saua æquare, Quare ita declarandum arbitrantur, Iniquus scilicet errans non credet, quod rectum & æquum sit. Quapropter loco eius credet, quod mendacium est. Et ita verbum de verbo vertemus, Non credet in æquum errans, quoniam mendacium erit permutatio eius. Et meritò quidem eam persoluit pœnam is, qui fidem non habet veritati, vt decipiatur à falsitate. Qua pœna multandos esse Iu-
Ioan.5. dæos Christus præsagijt dicens, Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Sin autem in illo שר sau desit, א, vt Chaldæus, & vulgatus, & alij putant, Mendacium significat, & ita versum reddunt, Non credet mendacio deceptus, quòd mendacium erit permutatio eius. Id est, studio res fallaces quærendi non animaduertit, quòd falluceserunt, & innanes omnes spes eius. Sicut de impijs dicit Esa-
Esai.28. ias, Posuimus mendaciũ, spem nostram, & mendacio protecti sumus. Id est, qualis erat spes talter respondetur ei, vt spes fallaces, ita & præsidiũ fallax. Sed restat exponere, qua ratione ductus vulgatus interpres secundâ versus partẽ ita exposuit, [*quod aliquo pretio re-*

mendus

mendus sit. Quia שרא sau, & mendacium, vt diximus, & gratis, & frustra etiam significat, vt ex. 35. huius libri capite vers. 13. intelligitur, quo loco, Frustra vulgatus, Hebræi Gratis interpretãtur. Huius significationis rationem ducens à negatione in principio versus posita affici putauit, id quod in scriptura sepe vsu venit. Intellexit igitur, Non gratis erit permutatio eius. Iquã sententiam cõuertit, Aliquo pretio redimẽdus sit. Septuaginta verò ita locum reddiderunt μὴ πιστευέτω ὅτι ὕπο-μόνος, κένα γὰρ ἀποβήσεται αὐτῷ non credat, quod permanebit, vana etenim euenient ei, Quia אמן aman, quod nos credere interpretati sumus, permanere etiam significat. Intellexerunt ergo negationem afficere verbum secundo loco positum, id est, nõ errore capiatur, quòd permanebit: & propterea ita conuerterunt: sententia autem facilis, & valde cohærens est. Quia cõfidunt in *Esai.59.* nihili (vt ait Esaias) & loquũtur vanitates, oua aspidũ ruperunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum est erumpet in regulum opera eorũ, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

32 *Antequam dies eius impleantur, peribit.* Dies hominis implentur, cùm vsque ad senectutem viuit, quę est ætatis terminus, & quasi peractio, vnde pleni dierũ obire in scriptura dicuntur, qui ad summam vsque senectutem viuunt, vt de Isaac, Et completi sunt dies Isaac cẽtum octoginta annorũ, & appositus est populo suo, senex, *Genes.35.* & plenus dierum. Peribit ergo impius antequàm dies eius impleantur. Id est, antequam senectutem assequatur. Quod de sceleratissimis hominibus, & grauibus vitijs implicatis intelligendum arbitror, qui peste, gladio, vel veneno absumptũ ferè nũquàm ad senectu-

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem perueniunt. Quod Ecclesiastes declarare videtur dicens, Ne impiè agas multum, & noli esse stultus, ne
Eccles. 7. moriaris in tempore non tuo. Et Dauid dicens, Viri san
Psal. 54. guinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et certè, & sacra scriptura, & alijs multis historijs memoriæ proditum est, multos huiusmodi homines citò obijsse, neque mihi succurrit vllus immanis, & ad omne scelus proiectus homo, qui extremam ætatem egisse narretur. [*Et manus eius arescent,*] Illę, quas contra Deum tẽ
dere ausus est, vt versu. 25 dixit. Sicut aruit manus le-
3. Reg. 14 roboam, quam extendit iubens prophetam Dei apprehendi, vt narratur in regibus, Arescent igitur manus eius, quoniam amplius grassari, & impunè nõ poterit scelera nefaria suscipere, venit enim nox, id est,
Ioan. 9. mors, quãdo nemo poterit operari, sicut Christus ait. Sed quòd manus eius dicit, Hebraicè est כפתו chippato: & cum alijs punctis significat manus plurali à כף caph, quod volam siue manus, siue pedis significat, puncta verò sæpe diximus ad naturam Hebræarũ vocum nõ pertinere, eũ sine punctis scribi solent. Cum ijs autem punctis, quæ modo habet hæc vox subscripta, est à כפה chippa, quod ramũ indicat, & ita Septuaginta viri quos Chaldæus, & Hebræi sequuntur, hũc locum traducunt, καὶ ὁ ῥόδαμνος αὐτῆς οὐ μὴ ἐκλείψῃ, & ramus eius nõ floreat. Nã רענן rahanan, quod hîc ponit Virere significat, sed vulgatus Arescet cõuertit, ná & idẽ est, quod nõ virescere, & aptius cũ manibus, quas ipse illo verbo (vt diximus) intellexit, coniungitur, nõ ergo florebit, neque virescet eius ramus ideſt, filij, domus magnificæ, & vestigalia, quę testamẽto reliquit, multisque rationibus curauit, ne imminueretur,

& dispergerentur, sed eorum esset in liberos suos perpetua successio, vt progeniem eius honestarent, & omnium seculorum posteritas nominis, & cognominis sui non esset immemor. Quę nequaquam, vt sperant, & ipsi cogitant, procedent: nam, vt paulò antè dixit, ramos eius arefaciet flamma: quare minime virescent. Quod amplius declarat dicens.

33 *Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius,* Est autem botrus in primo flore, quod Hispanè dicimus, *razimo en cierne*. Sed in Hebræo est בסר biçro, significat autem בכר baçar Vuam immaturam, Hispane *agraz*. Ait ergo quod citò progenies eius delebitur, antequàm genus eius, vt ipsi sperabant, posteritati propagetur, vt de domo dicitur Achab, Perdamque omnem
domum Achab, & interficiã de domo Achab mingen 3. Reg. 21.
tem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. Ad eãdẽ rationẽ, quod sequitur spectat. [*Et quasi oliua proijciens florem suum,*] Id est, filios procreauit, fructũ tamẽ ex eis, quẽ optat, non feret, vt genus propaget suum. Nam prius morientur. erit igitur, sicut oliua, quæ flõres affert, sed antè ipsi decidunt, quàm fructũ ferant.

34 *Congregatio enim Hipocritæ sterilis*, Congregationem vocat, sobolẽ, & familiam hypocritæ, id est, impij, & scelerati, species progenere. Hebraicè verò ponitur ipsum genus חנף hanęph enim Hebreis impius, & profligat⁹ est. Erit igitur familia eius sterilis, quia nõ propa Exod. 34.
gabit, reddit enim Deus iniquitatẽ patrũ in filijs ac nepotibus in tertiã, & quartã progenię. [*Et ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui munera libenter accipiunt.*] Tabernaculum, vel pro ædibus ponitur magnificè constructis, multo auro, & ampla supellectili refertis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel etiam pro familia,& stirpe,sicut apud Latinos Domus nonnunquam vsurpatur,vt poeta dixit.

Sergestusque,domus tenet, a quo sergia nomen.

Esai.5. Quidquid significent tabernacula impiorum,delebuntur tamen,sicut dicit Esaias,Hæc dicit,Dominus exercituum,nisi domus multæ desertæ fuerint,grandes,& pulchræ,& absque habitatore.Sed animaduertendum est,quam speciem pro toto genere ponat impiorum, [*qui munera libenter accipiunt*.] Ex quo intelligitur de illis imprimis ab eo verba fieri,qui rerum potiuntur, & regnum possident,qui ius denique alijs dicunt,quorum sunt crimina grauissima.Ex illis tamē ad eorum impietatem declarandam hoc selegit, quòd munera libenter accipiant.Quare significauit hoc scelus esse maximum, in ijs,qui reipublicæ præsunt.Nunquā enim huiusmodi homines æquum omnibus iudicium reddent.Nā munera,vt Deus dixit Moysi, Excæcant prudentes,& subuertunt verba iustorum, quo magis imprudentes,& iniustorum.Et Esaias,Populi sui scelera prædicans ait,Principes tui infideles,socij furum,omnes diligunt munera,sequūtur retributiones, pupillo non iudicant,& causa viduæ non ingreditur ad eos.

Munera accipe rescelus.

Exod. 23.

Esai.1.

35 *Concepit dolorem,& peperit iniquitatem, vterus eius præparat dolos.* Id est, scelus cogitat,quod alijs fraudi sit,facit totos etiam dies dolos,& machinas commolitur,quibus obeat,& conficiat maleficia,animo denique,& peruersis operibus improbus,atque adeò improbitatis plenus est. Ita etiam Dauid extremam hominis impietatem declarauit dicens,Ecce parturit iniustitiam concepit dolorem,& peperit iniquitatem. Ex quo intelligitur non de quibuscunque iniquis hominibus, sed de flagi-

Psalm. 7.

flagitiosissimis,& profligatissimis hactenus, vt diximus fuisse locutum.Quæ si in Iob conuenire putabat in magno,vt exposuimus,errore versabatur.

CAPVT XVI.

RESpondens autem Iob,dixit.

2 *Audiui frequenter talia: consolatores onerosi omnes vos* A
estis.

3 *Nunquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est,si loquaris?*

4 *Poteram,& ego similia vestri loqui: atq; vtinam esset anima vestra pro anima mea.*

5 *Consolarer,& ego vos sermonibus,& mouerem caput meum super vos.*

6 *Roborarem vos ore meo:& moderem labia mea, quasi parcens vobis.*

7 *Sed quid agam? Si locutus sum,non quiescet dolor meus: &* B
si tacuero, non recedet a me.

8 *Nunc autem oppressit me dolor meus,& in nihilū redacti sunt omnes artus mei.*

9 *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.*

10 *Collegit furorem suum in me,& comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis hostis meus, terribilibus oculis me intuitus est.*

11 *Aperuerunt super me ora sua,& exprobrantes percusserunt maxillam meam,satiati sunt pœnis meis.*

12 *Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.* C

13 *Ego ille quondam opulentus repente contritus sum:tenuit cer-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uicem meam confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.
14 *Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra uiscera mea.*
15 *Conscidit me uulnere super uulnus, irruit in me quasi gigas.*
16 *Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.*
17 *Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.*
D 18 *Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces.*
19 *Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.*
20 *Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis.*
21 *Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus.*
22 *Atque utinam sic iudicaretur uir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.*
23 *Ecce enim breues anni transeunt: & semitam, per quam non reuertar, ambulo.*

RESpondens autem Iob, dixit.
2 *Audiui frequenter talia.* Nã & ipse Eliphaz, & reliqui duo amici egerãt de iniquorum hominũ improbitate, de supplicioq; eis à Deo constituto. Et Iob etiam multas contumelias imposuerant, & eius culpa in has miserias incidisse significauerãt, quare ait [*Frequenter audiui talia,*] Vel potest exponi, Iam ego didici, & satis mihi cognitum est id, quod vos tam multis de toto genere dicitis impiorũ. [*Consolatores onerosi omnes uos estis.*] Id est, qui potius refricetis, quàm liniatis dolorem, & qui potius onus imponatis, quàm subleuetis. In Hebræo est consolatores עמלי hamal, quod est labor, & peruersitas, vel iniquitas, &

tas, & ita illud proximè superioris capitis versus vltimi nonnulli exponunt, Concepit עמל hamal iniquitatem. Ratione primæ significationis vulgatus optimè transtulit, [*onerosi*] Carẽt enim Hebræi adiectiuis, pro quibus sastantiuorum genitiuis vtuntur dicentes, Cõsolatores oneris, vel laboris. Ratione verò secundæ significationis Septuaginta traduxerũt, Cõsolatores κακῶν malorum Hebraismũ retinentes pro eo, quod Græci dicerent κακοὶ iniqui atque peruersi: quoniam consolatoris munus minime præstabant, sed vexatoris potius. Quare non sunt reijciendi, & contemnendi Græci, vt quidam Latinus interpres hoc loco dicit. Vocat autẽ illos cõsolatores per catachresim, cùm vexatores essent potius. Quoniam ad eum initio veniisse profitebantur, vt consolarentur eum, sicut in secundo capite narratur, Condixerant, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.
3 *Nunquid habebunt finem uerba uentosa?* Id est, inania atque futilia, & quæ nullam veram accusationem, nullã veram reprehensionem, nihil denique habeant propositi præter conuitium, & contumeliam, cuiusmodi illa sunt, quæ Eliphaz principio dixit superioris capitis, vsque aduersum. 13. Ita Poeta dixit.

An tibi Maurs uentosa in lingua.

[*Aut aliquid tibi molestum est si loquaris?*] Id est, facilè sine molestia vlla huiusmodi ventosa verba, & quæ rem non attingant, facies. Ita etiam transferunt Septuaginta viri. In Hebræo tamen est ממרצן iamrizcha. מרר maraz autem ambiguum est vulgato. Nunquàm enim eodem modo exponit tribus, vel quatuor, locis quibus in scriptura reperitur. Hebræis tamen semper est

Universidad de Deusto Biblioteca

roborare, iubare, & ita hunc locũ interpretãtur, quid te iuuabit, vel roborabit, id est, quare nixus, vel quibus argumentis adductus ista iactas? Chaldæus reddit תנחומיך iebaçminach, quid tibi iucunditatis affert.

4 *Poteram & ego similia vestri loqui.* Puto idem hoc esse, quod illud capitis duodecimi. Et mihi est cor, sicut & vobis, neque inferior vestri sunt, quis enim hæc, quæ nostis, ignorat, id est possem & ego easdem, quas vos res tractare, nam & mihi compertæ sunt, & me neque redarguunt, neque vllius delicti conuincunt. [*Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea.*] Id est si is esset vestrarum rerum status, qui & meus, eisdemque quibus ego miserijs vrgeremini.

5 *Consolarer, & ego vos sermonibus*, quod est prudentis & Christiani viri munus, vt afflictis animũ addat, & non super dolorem vulnerum eorum, vt quæritur de suis inimicis Dauid. *Psal. 63.* Quod autem Iob id præstaret facilè constat ex eò, quod ipse postea de se dicit, Erã mœrentium consolator. [*Et mouerẽ caput meũ super vos,*] mouere caput alijs scripturę locis irridentis esse videtur, vt in Hieremia, Plauserũt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt, & mouerũt capita sua super filiam Hierusalem. *Thren. 2.* Et in Ecclesiastico, ita de inimico dicitur, Quasi adiuuans suffodiet plantas tuas, caput suũ mouebit, & plaudet manu, *Eccli. 12.* Et in regibus, Spreuit te, & subsanabit te, virgo filia Syon: post tergum tuum caput mouit, virgo filia Hierusalem. *4. Reg. 19* Hoc tamẽ loco sine dubitatione dolentis est, & casum alterius grauiter ferentis, vt patet ex Septuaginta viris, ita reddẽtibus, Mouerem σὺν πένθει, cum luctu caput meum? Nulla verò re magis mœrẽtis animus subleuaẽ, quàm si alium

si alium etiam in suo casu dolere videat. Nam sibi quasi præsidium adesse cognoscit alterius animum benevolum erga se sentiens. Ita de Christo Ioannes narrat, quod cùm Mariam plorantem fratris sui mortem videret, infremuit spiritu, & turbauit se ipsum, & lachrymatus est. Quare & suam erga familiam illam charitatem & pietatem indicauit, quod & qui aderant intellexerunt: nam dixisse narratur, Ecce quemodo amabat eum. Et eis subsidio venisse demonstrauit. *Ioan. 11.* Mœrens leuatur si alium in suo casu dolere videat,

6 *Roborarem vos ore meo*: idẽ est, quod cõsolater vos (vt dixit) sermonibus meis. [*Et mouerẽ labia mea, quasi parcens vobis.*] Id est, ea loquerer, quæ mitigarent, non quæ augerent dolorem vestrum. Hebræa obscurius enunciantur, ita tamen verbum de verbo reddentur, Motio labiorum meorũ prohibebit, quod optime Chaldæus exponit, Motus labiorum meorum יעכב itmenach se prohiberet, vel se subraheret, id est, nihil sermonibus meis vobis detraherem, nullam contumeliam, nullum vobis conuitium facerem. Septuaginta tamen auctores, id cum sequentibus copularunt ita vertentes κίνησιν δὲ χειλέων οὐ φείσομαι motui labiorum non parcam, id est, loqui non desinã, & Hebræa verba per interrogationem intellexisse videntur in hãc sententiam, An motio labiorum meorũ se prohibebit? quã illi negatione explicarunt, & optime quadrat: nam sequitur.

7 *Sed quid agam? Si locutus fuero non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet a me.* Id est, quacunque me ratione geram dolore afficior. Si enim locutus fuero, molestum valdè est cum ijs hominibus disputare, qui tot,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam grauesque mihi contumelias imponunt. Sin autē tacuero graue nimis est, cùm tot falsō mihi crimina inferantur, non respondere.

8 *Nunc autem oppressit me dolor meus*, id est, tanto disrumpor, & tabesco dolore, vt neque eripi, neque vlla ratione minui possit, [*& in nihilū redacti sunt omnes artus mei.*] Iob. 2. Nam, vt in secundo capite narratur percussit eum Sathan vlcere pessimo à planta pedis, vsque ad verticem eius. Et propterea totum hunc versum ita Septuaginta viri conuerterunt νυνδὲ κρίσασθαί με πέποιηκε μορφὴν σκυθρωπὸν καὶ ἐπιλάβετο μου prę stitit me defessum, stupidū, putrefactum, & insilitit mihi, paraphrasi totum versum explicantes. Sed hæc versus pars ita est in Hebræo השמות כל עדתי hasimota cal hadati, desolasti omnem congregationem meam, nam עדה hada congregatio est Hebræis à verbo דעד iahad congregare. & ita Chaldæus transfert omnem סדעתי çihati cœtum meum. Sed hanc cōgregationem ad artuum compositionem vulgatus, & Septuaginti viri retulerūt. Potest etiam de familia intelligi eius, quæ filijs interēptis & fortunis amissis desolata fuit, vt ipse capite decimo Iob. 19. nono queritur dicēs, Fratres meos lōge fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Derelinquerunt me propinqui mei, & qui me noueram obliti sunt mei. Inquilini domus meę, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Sequitur in præsenti capite.

Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, Probat ex corporis externis signis magno se dolore intercludi, vt facile

lè quiuis nō crudelis homo idipsum posset cognoscere ex rugis, quibus eius cutis propter maciem summā contracta est. Planiusq; id in Hebręo dicitur, Fecit vt rugas cōtraherē, vt testis esset (subaudi) dolor meus, vt ipsa rugarum contractio testis eius esset. Vel fortè cùm vulgatus [*contra me*,] conuertit aliam sententiam, vt mox dicemus significauit, [*Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.*] Hanc sententiam Hebræi nō cognoscūt. nam כחש cahas, quod vulgatus falsiloquus interpretatur maciem, significare dicunt, & ita hunc locum verbum de verbo reddunt, Et stetit in me macies, in vultu meo respondebit, id est, vultus mei macies pro testimonio dicet me magno in dolore esse. Interpretis autem nostri sententiam quidam Latini Hebræos sequentes reijciunt. Sed fateor quam illi probant explicationem in Hebræa verba quadrare. Nego tamen interpretis Latini versionem minus aptam esse. Nam כחש cahas non solùm maciem, sed etiam mendacium, & frequentius fortè significat. Nam sicut כחש cahas in Pahal marcescere indicat, ita in Pihel mentiri. Quare nominis illa versio non aliena est, & eò magis quod Septuaginta auctores ψευδές μου, mendacium meum vertunt. Chaldæus כדבבי cadbubi mendacium meum. Quocirca si vulgatus interpres hoc loco non probatur, ij omnes interpretes improbandi sunt, quod absurdissimum est. Oportet ergo sententiam auctoris vulgati explicare, vt ij auctores grauissimi pariter explicentur. Falsiloquum igitur, & mendacium suum vocat dolorem suum acerbissimum, quo tabescebat, quod significare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& testari videbatur Iob iniquum esse,& culpa,& merito suo torqueri:cùm longè secus esset,quoniam ergo mentiebatur in illum,mendacium eum suum appellat.Et idem vulgatum significasse puto,cùm primã huius versus partem conuertit.Rugę meæ testimoniũ dicunt contra me, vt totus versus in eandem partem acciperetur.

10 *Collegit furorem suum in me,& comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* Narrat satis eloquenter octo versibus sequentibus in quanta rerum acerbitate versetur. Sed non conuenit inter interpretes,quemnam hostem suum appellet.Quidam diabolum opinantur,quibus ego non assentior.Nam in toto hoc libro de illo nunquàm quæritur, nec mẽtionem facit.Non enim tanto timori est diabolus bonis viris,quem sciunt tantùm carnificem esse,& ex Dei modò agere præscripto. Alij dolorem eius prosopopeia hostem suum vocare tradunt.Quorum sententia valde mihi videtur probabilis: siquidẽ & carmini hæc figura aptissima est, & sermonis contextus eam probare videtur.Nam dixit octauo versu, Oppressit me dolor meus,nono verò eum falsiloquũ & mendacium suum appellauit,& contra se testimonium dicere pronunciauit, rectè igitur consequitur, vt hoc cum decimo versu hostem suum nominet.Alij putant Deum hostem suum vocare.Quam ego sententiam sequar: quia magis toti sacrosanctæ scripturæ consentit. In qua frequenter vsu venit, vt viri sancti in suo casu dolentes de Deo conqueruntur,ab eoque pericula sua conflata esse iudicent. Et ita cum Hieremias appellat dicens,Tetendit arcum suũ quasi inimi-

Deũ hostẽ suũ appellat.

Thren.2.

inimicus,firmauit dexteram suam quasi hostis,& occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Syon. Effudit quasi ignem indignationem suam. Factus est Dominus velut inimicus præcipitauit Israel. Describit igitur Deum corporis specie formidabili,quòd comminetur eum, quòd infremat contra eum dentibus suis, quòd terribilibus eum oculis intueatur,vt ita significet quantum ei timorem iniecerit.Non enim dubium est,quin Deus vehementer terreat eum,quem periclitari decreuerit.Quod à se Hieremias deprecatur dicens,Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Quod dicit,[*Terribilibus oculis me intuitus est.* Optimè explicauit,quod Hebræus ad verbum dicit,Exacuit oculos suos in me. Septuaginta conuerterunt ἀκίσιν ὀφθαλμῶν ἐνέλατο oculorum telis insultauit.Chaldæus verò,Quasi nouaculam acuit oculos suos aduersum me.Illud etiam paraphraseos addiderunt Septuaginta ad iram hostis magis declarandam βέλη πειρατῶν αὐτὸς ἐπ' ἐμοὶ ἐπέπεσαν tela piratarum eius fuerunt in me conjecta. Illud etiam ab eis additum fuisse videtur ὀξέι ἔπαισε με ἐπὶ τὰ γόνατα in genibus me acuto percussit, postquàm dixerant, Oculorum telis insultauit.Sequentis autem versus dimidium prætermisisse videntur secundam eius partem modò vertentes,in genibus autem eũ percussisse declararunt:quoniam sublata fuerat ei omnis euadendi,& effugiendi potestas. *Hiere.17.*

11 *Aperuerunt super me ora sua,& exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.* Variè etiam hic locus exponitur, quidam existimant de suis id amicis dici, quòd in illum acerbi fuerint.Sed non expli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cant, quo illud tropo dicatur, [*percußerunt maxillam meam*,] aut quid significet. Nam vt verba simpliciter indicant, accidisse mihi non persuadeo, viros enim opinor fuisse grauissimos amicos Iob. Alij suarum calamitatum prosopeiam esse arbitrantur. Sed non idonei tropi illi esse videntur, qui in calamitates transferantur, [*Saciati sunt pœnis, percußerunt maxillam, aperuerunt ora,*] Alij autem dæmones Iob intelligere putãt: quam sententiam iam refellimus. Quare non dubito quin de alijs id improbis, & nefarijs hominibus dixerit. Nam postquàm fortunis omnibus euersus in tantis miserijs fuit, antequàm ad eum eius amici venirent, certum est à quibusdam petulantissimis hominibus abiectum, atque despectum, & multis ignominijs appetitum fuisse: Nam ipse capite decimonono ait, Stulti quoque despiciebant me, & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, aduersatus est me. Et capite trigesimo, Nunc autem derrident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium abominantur me longè fugiunt à me. Et faciem meam conspuere non verentur. Hos igitur super eum (vt ait) ora sua aperuisse puto, cùm (vt postea dixit) factus fuerit eis in prouerbium, & in canticum versus. Hos exprobrantes maxillam eius percussisse, & pœnis eius fuisse satiatos, quos non veritos fuisse (ait) in faciem suam conspuere. Ea enim est peruersa iniquorum hominum ratio, vt faci-

Iob antequã amici venirent a quibus petulantissimis hominibus abiectũ fuisse. *Iob.19.*

Iob.30.

lè

lè aspernentur eum, quem ab amicis, & cognatis desertum, fortunis omnibus priuatum, & misero, & graui morbo deformem redditum videant, licèt eum cùm diues esset, plurimi facerent. Vt ait Dauid, Quod exprobauerunt inimici tui Domine, quod exprobauerunt commutationem Christi tui. *Psal.88.*

12 *Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.* De ijsdem hominibus hoc dici existimo, & illum iniquum, quem nominat imprimis, cum esse de quo ipse capite decimo nono ait, Is, quem maximè diligebam, aduersatus est me. Quanquàm Septuaginta singulare pro plurali esse crediderunt ἀδίκων iniustorum, transferentes. Vt meritò Iob expressam Christi imaginẽ retulisse censeatur: qui etiam à Deo fuit in potestatem iniquorum redactus, & eorum libi ni permissus.

13 *Ego ille quondam opulentus repente contritus ſum,* Grauiorem suum casum fuisse declarat, quòd de altiori gradu fuerit deiectus, sicut quidam dixit, Miserum est fuisse fœlicem. Repente dicit, quoniam paucis diebus copijs omnibus fuit euersus, & morbo grauissimo oppressus, [*tenuit cervicem meam, confregit me,* Deus scilicet, quem animo in se graui, & acerbo, tanquàm hostem describit, [*Et posuit me quasi in signum,*] In quod scilicet sua omnia tela conijciat, ideſt, me varijs, & inauditis modis affligit: id quod alio modo dixit Dauid, Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Et Hieremias eadem figura vsus, Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. *Psalm.87.* *Thren.3.*

misit

Universidad de Deusto
Biblioteca

misit in renibus meis filias Pharetræ suæ, simile eius quod statim subijcit Iob.

14 *Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lũbos meos.* Quod lanceis suis dicit in Hebræo est רבדו rabau: significat autem proprie רבים rabim multos siue magnos. Vñ de possumus etiã interpretari, Circũdedit me magnis aut multis, siue doloribus, siue calamitatibus, siue iniquis, & perditis hominibus, sicut etiam eodem verbo

Psal. 21. vsus dixit Dauid, Circumdederunt me vituli רבים rabim multi, Tauri pingues obsederunt me. Sed Septuaginta reddunt, sicut vulgatus λόγχαις lanceis Chaldæus גדודין girroi iaculatores. Et ita quidã Hebræus,

Hiere. 50. qui doctus habetur, interpretatur illud Hieremię cap. 50. vers. 29. Annunciate in Babylonem רבים rabim plurimis omnibus, qui tendunt arcum, annunciate sue, vt ille dicit, congregate contra Babel sagittarios. Lanceas igitur, siue iaculatores Dei vocat ęrumnas, & miserias, i quibus versabatur. [*Non pepercit, & effudit in terra viscera mea,*] Alludit ad rationem agẽdi eorum, qui nihil se reprimentes tela sua in alicuius corpore exercent, quod etiam significauit Dauid dicens, Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea, ad eandemque rationem pertinet, quod sequitur.

15 *Conscidit me vulnere super vulnus,* id est multis vulneribus simul: multa enim vulnera, multas clades vno tempore accepit Iob, vt primo & secũdo capite narratur.

Psal. 41. Sicut etiã Dauid de se dicit, Abyssus abyssũ inuocat in voce cataractarũ tuarũ. Cataractas Dei vocat grauissimas eius iras, quibꝰ vrgẽtibus nõ vna tãtũ interuenit calamitas, quã hoc loco vocat Abyssũ, sed calamitas calamitate importat. [*Irruit in me quasi gigas,*] i. impetũ fecit

fecit in me quasi fortissimus vir, cui nihil potui resistere. sed primo me congressu prostrauit. Et ita in Hebræo est גבור guibor, quod fortem, & robustum virum proprie significat. Idem Septuaginta viri declararunt plurali numero δυνάμενοι potentes conuertẽtes.

16 *Saccum consui super cutem meã, & operui cinere carnẽ meã.* Id est, cũ ei non possem vlla modo resistere, feci, quod victi solent, vt ad preces confugiant, & se ad pedes victoris abijciant. Saccus enim, & cinis insignia erãt plorantium, & misericordiam implorantium. Et ob eam rem serui Benadad victi à Rege Israel id consilij iniisse narrantur, Ecce audiuimus, quod reges domos Israel clementes sint, ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad Regẽ Israel forsitan saluabit animas nostras. Qua ratione Deus cum sit clementissimus iratus, & punies optimè placatur, idque consilij Dauid ærũnis, & miserijs oppressus cœpisse narrat dicens, Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam, a facie iræ indignationis tuę, quia eleuans allisisti me. Iob autem id etiã fecisse traditur primo & secundo capite, cùm in terrã corruisse, & in ter quilinio sedisse narratur. Quibus nos locis cinerẽ, & puluerem luctum, & squalorem hominis afflicti significare diximus. Sed quod carnẽ meã dicit, in Hebręo est קרנך carni, quod proprie cornu meum significat, per translationem קרן cheren significat robur, quod animalia, quæ habent cornua, illis imprimis vires suas expromant. Et ob eam rem Septuaginta conuertant ἀσθένος μου ἐν γῇ ἐσχέσθη robur meum in terra extinctum fuit. Significat etiam gloriam siue regnum, quod

3. Reg. 20.

Qua ratione optime placatur Deus.

Psal. 101.

viribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

viribus regnum, & gloria comparetur, Sicut dixit Ana, Exaltauit cornu Christi sui, & Dauid, Cornu eius exaltabitur in gloria. Et propterea Chaldæus hoc loco transtulit abieci in terram וארגרד aicari gloriâ meâ. Qui omnes interpretes significasse putarũt, quod primo, & secũdo capite scribitur, Corruit in terrâ, Sedebat in sterquilinio, & propterea vulgatè simpliciter, & sine vlla metaphora posito modo trãstulit.

1. Reg. 2. Psal. 182.

17 *Facies mea intumuit á fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.* Ita enim natura fert, vt humore multo flendo ad oculos defluente genæ turgescant, & oculorum acies fiat obtusior, qua de causa dixit Hieremias, Mæstum factũ est in dolore cor nostrũ, ideo contenebrati sunt oculi nostri. Sed quod intimuit dicit in Hebræo est רמש homarmeru, quod non satis exploratæ significationis est, quòd hoc vno scripturæ loco reperiatur, Septuaginta συγκέκαυται combustum est, & non facies, sed ventrem ad maiorem amplificationem interpretati sunt vertentes κοιλία μου συγκέκαυται venter meus combustus est, hoc est tot lachrymas effudi, vt omnis mei corporis humor effluxerit, & ita arui, vt combustus esse videar. Nam vterque interpres intellexit Iob nimis fleuisse, licèt varijs id modis significauerit. Dauid etiam dixit, Aruit tanquam testa virtus mea. Chaldæus autem verbum illud transfert facies meæ כמגשרן metasteſin lutulentæ, Nam חמר homer, ex quo geminatum ortum esse videtur, lutum significat, alludereque videtur ad puluerem vel cinerem, quo caput suum sparsit, vt primo & secundo capite expositũ est, qui lachrymis humefactus faciem eius fœdabat, & lutulentam reddebat.

Thren. 5.

Psal. 21.

Hæc

18 *Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, quũ habere mũdas ad Deũ preces.* Totius suæ causæ status est, nullo merito suo tot pœnas luere. Nec egisse quidq̃, cur se merito ei Deus ita immutaret, vt preces suas, quibus eũ pro incolumitate, & salute sua prẽcabat, negligeret. Elegãter autẽ manus culpa vacantes cũ precibus mundis coniunxit. Siquidé eleuare manus Hebræis est, orare Deum, atque precari, Et ita dixit Dauid, Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Esse verò causam crimina, atq; flagitia cur Deus preces nõ audiat, simili dicendi ratione declarauit Esaias dicens, Et cùm extẽderitis manꝰ vestras, auertá oculos meos à vobis, & quũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Idem igitur est mundas manus habere, & mundas habere ad Deum preces.

Eleuare manus Hebræis est orare.

Psal. 140.

Propter flagitia Deus preces non audit.

Esai. 1.

19 *Terra ne operias sanguinẽ meũ, neque inueniat in te locũ latendi clamor meus.* Operire sanguinem Hebræis esse puto causam alicuius ita comprimere, vt non cognoscatur, vtrum iure vel iniuria damnum acceperit. Quod sicut commodo iniquorum virorum fit, quippe quorũ inferior causa sit, ita incommodo bonorum virorum, quippe quorum est causa superior. Quare id à se deprecantur, & ita optimè declarari arbitror illud Geneseos, Vox sanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra, Id est, petit, vt cognoscam, quo iure fuerit interfectus, dixerat enim ei, Quid fecisti? Quare his verbis Iob optare & postulare videtur, quod sæpe alias, vt eius agatur causa, & cognoscatur ab æquissimo iudice, quoniam ab amicis iniquis iudicibus condemnabatur, sicut capite. 13. dixit. Si fuero iudicatus scio, quòd iustus inueniar. Quis est

Genes. 3.

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui iudicetur mecum? veniat quare tacens consumor? Quod optabat optima conscientia fretus, in cuius sermonem versu superiori incidit. Quam expositionem confirmat, quod hoc eodem versu sequitur, [*Neq; inueniat in te locum latendi clamor meus.*] Sapiēter enim ad hāc innuendam sententiam vulgatus interpres addidit illud [*inte & latendi*] verbis Hebræis, quæ verbum de verbo reddita id modò significant, Ne sit locus clamori meo, id est, nullo loco consistat, sed vniuersum peruaget orbem, & omnibus notus sit casus meus, si fortè iudicem aliquem inueniā, qui æquum reddat iudiciū, & iustam ferat de mea vita sententiā, Vel ne sit locus clamori meo, quousq; ad cęlū vsque penetret, quando quidem iniquo iudicio in terra oprimor. Quod aptius cohęrere videtur, cum eo, quod sequitur.

Testis idē est quod iudex si de Deo dicatur.

20 *Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis.* Testis qui Hebræis est עד hed si de Deo dicatur non solum testem, sed etiam iudicem significare videtur. Et ita illud intelligendū est, Micheæ describentis Deū venientem, vt iudicium exerceat Samariæ, & Hierusalem, Et sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo, &c. Nam licēt humanū iudiciū nō patiatur, vt idem iudex, & testis sit, in diuino tamē iudicio omne aliud testimonium præterquam ipsius Dei leue est, quòd seduci possit. Quare cum orbē terrarum iudicabit, non aliorum sumet testimonia, ipse tantùm vniuscuiusque conscientientiæ certissimum testimonium dabit. Est enim testimonium Dei æquissimi iudicis sententia, & è contrariò eius sentētia loculetis, & oculati testis testimonium. Et propterea Malachias dicit. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis

Mich.1.

Malach.3.

velox

velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumantur mercedem mercenarij, humiliāt viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Optat igitur Iob, vt sæpe aliàs, ne sua causa comprimatur, sed à Deo æquissimo iudice tractetur, qui & testificatione certissima suæ inculpatæ vitæ vtetur. Deus autem licēt vbique sit, eius in primis sedes cælum esse ducitur propter loci pręstā tiam: sicut ipse per Esaiam testatur, Cælum mihi sedes est. Hunc ergo iudicem viri sancti vehementer desiderant, cùm iniquis iudicijs in terris vexātur. Et ob eam rem dicebat Dauid, Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda, & renes Deus.

Psal.7.

21 *Verbosi amici mei,* Optimè hoc loco nomen מליץ meliz explicatur, quod alijs locis Interpretem, rhetorem, diriserem declarat. Id est, amici mei verbis mecū agūt, verba tantùm proferunt, nullam consolationem afferunt: id quod clarius initio dixerat huius capitis, Audiui frequēter talia, consolatores onerosi omnes vos estis. Nunquid habebunt finem verba vētosa? [*ad Deū stillat oculus meus.*] Id est, Deum tantum lachrymis meis quæro, ipsique miserias, & calamitates meas propono ab eo medicinam, & remedium expectans. Sicut dixit Dauid, Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meā ante ipsum pronūtio. Est enim hoc sapientissimum, cùm malis vrgemur, consilium.

Psal.141.

22 *Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.* Iudicari hîc est litigare, vt alio loco, Quis est, qui iudicetur mecū veniat: quare

Iob.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tacens cõsumor. Ait ergo, Lachrymis, vt dixi, Dei clementiam imploro, quia non possum alia cum eo ratione agere. Nam si mihi integrum esset quemadmodum vir cum viro, ita cum eo litigare, id facerem libentius, & ex eo quererem, quo nam meritò meo tot tantaque mihi imponat supplicia? Persistit in ea sententia quam sæpe posuit tot pœnas nunquàm commeruisse, idque vel Deo iudice auderet probare, si in eius posset iudicium venire, eique aliquantulũ respirare permitteret. Sicut capite nono dixit, Auferat à me virgam suá, pauor eius non me terreat, loquar, & non timebo eum. Quod honestissimorum factorum conscientia fretus audebat, vt sæpe diximus. *Iob. 9.*

23 *Ecce enim breues anni transeunt: & semitam, per quam non reuertar, ambulo.* Rectè explicat, quod est in Hebræo, Anni numeri veniẽt, & numeri vocat, quia eorum numerus, atque terminus, licèt homines lateat, Deo tamen constat, cui, non possunt omnes anni, qui numerantur, nõ breues videri, si eum illa eius æternitate, quæ numerari non potest, comparentur. Sicut etiam 14. cap. dixit, Breues dies hominis sunt, & numerus mẽsium, eius apud te est. Quod dicit, [*Et semitam, per quam non reuertar, ambulo.*] Id est, cum numerũ annorum compleã, moriar, neq; rursus ad vitã redibo. Quæ efari videtur, vt ostendat non absurdum esse, nonnihil temporis respirandi à Deo optare ad litigandum cum illo. Nam si semel animam egerit, nullus huic clementiæ, quæ maximè Deum erga hominem decet afflictum, locus relinquetur, sæpissime enim ad hoc propositum hac sententia fuit vsus, sed copiosius capite decimo quarto à versu quinto, vsque ad duodecimum.

CAP.

CAPVT. XVII.

S *Pirit*us *meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solùm mihi supereſt ſepulchrum.* A

2 *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.*

3 *Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.*

4 *Cor eorum longè feciſti à diſciplina, & propterea non exaltabuntur.* B

5 *Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius deficient.*

6 *Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum coram eis.*

7 *Caliganit ab indignatione oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.*

8 *Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.*

9 *Et tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem.* C

10 *Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem.*

11 *Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum.*

12 *Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem.* D

13 *Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum.*

14 *Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & ſoror mea, vermibus.*

15 *Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 *In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea: putaſne ſaltem ibi erit requies mihi?*

Spiritus meus attenuabitur, Id eſt, vix ſpiritum duco, quod eſt morientis indicium: cùm in trahendo reddendoque ſpiritu vita noſtra contineatur, quare cum magna difficultate reſpirandi diu nō valet exiſtere. Poteſt & aliter explicari, vt ſpiritus animam ſignificare intelligamus. Quia ſcribitur in Geneſi de hominis informatione, Inſpirauit in faciem hominis ſpiraculū vitæ, & factus eſt homo in animā viuentē, Et ita Chaldęus transfert נפשי naphſi anima mea. Significat ergo, animā ago, pereo, & vita mea conſumitur, Quę explicatio Gręcis magis placuiſſe videtur, nam ita verterunt, ἐλέχομαι πνεύματι φερόμενος, pereo ſpiritu latus. Quòd verò attenuabitur dicit, Hebraicè eſt חבלה hubala corrupta eſt. Quod ſi ſpiritus pro aura vitali, quā carpimus, vſurpetur, ſignificat etiam, quòd fœtidum ſpiritū reddat, ſicut poſtea capite decimo nono dixit, Halitum meum exhorruit vxor mea: ſin autem animam indicet, vt tranſtulit Chaldæus, Anima mea corrupta eſt, eā, quam iam poſuimus, habet ſententiam. [*Dies mei breuiabuntur.*] id eſt, breui vitæ extremum diem morte conficiam. In Hebræo eſt נזעכו nizhacu, quod Chaldæus, & Hebręi, Extincti vel ſucciſi ſunt, in eandem ſententiam declarant, hoc vero tantùm ſacroſanctę ſcripturæ loco reperitur. Id quod alio loco dixerat, Dies mei velocius tranſierunt, quàm à texente tela ſuccidatur, conſumti ſunt abſque vlla ſpe: & decimo capite, Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui. Quod ſibi

Iob. 7.

Iob

Iob perſuadebat, quia in morbo erat deſperato. Ad idē pertinet, quod ſequitur. [*Solū mihi ſupereſt ſepulchrū.*] Id eſt, ſum ita conſumptus, vt nihil præter ſepulchrū mihi reſtare videatur, vt in mortuis numerer. In Hebræo eſt קברים לי chebarim li, ſepulchra mihi. Quare poteſt etiam exponi, vt à Græcis redditur δέομαι δὲ ταφῆς καὶ οὐ τυγχάνομαι ſepulchri egeo, & non conſequor, ſecundum illud, quod decimo quarto capite dixit, Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcōdas me, donec pertrāſeat furor tuus, quo loco infernum ſepulchrum ſignificare diximus. Nonnulli, qui ſequuntur, verſus obſcurè ſatis ab Hebræo ſcribuntur. Et ob eam rem variè conuçr-tuntur.

2 *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Status eſt totius ſuę cauſæ, tot plagas minimè pro ſuis culpis ſuſtinere. Id eſt, licèt peccata nulla tanto digna ſupplicio admiſerim, tamen malis, & ærumnis multis me oppreſſum eſſe video. Sed in Hebræo eſt אם התלצים עכדי לא im lo hatulim himadi, quod ita verbum de verbo reddemus, Si non illuſores, vel mendaces mecū, nā התלצים à hatal à quo התלצים hatulim, mentiri, decipere, vel illudere ſignificat. Quæ verba vel iurantis eſſe poſſunt, qua phraſi frequenter Hebræi iuſiurandum vſurpant, vt in pſalmo. 130. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam. Intelligiturque diſpereā, vel aliud ſimile, vel vt eſt in regibus, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſtiterit caput Eliſæi filij Saphar ſuper ipſum hodie. Vel vt alij putant, hæc verba referuntur ad ea, quæ in extremo ſuperioris capite dixit, Atque vtinam ſic iudicaretur vir

Iurādi mo d° apud He bræos.

Pſal. 130.

4. Reg. 6.

cum Deo,&c. Id est,id non optarem,nisi cum iniqui & fallacibus hominibus contenderem. Amicos ergo suos vocat fallaces,& deceptores, quòd dicerent Iob ob eius crimina à Deo tam acerbè puniri. Et propterea vulgatus interpres(quod Pagninus ignorare fatetur) clariori paraphrasi illa sub obscura verba conuertisse putauit,vertens[*Non peccaui,*] idem enim est, si dicas mentiuntur illi affirmantes me peccasse, & si dicas non peccaui.

3 *Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Qui versus coniecturam facit ea, quæ modo explicuimus verba, ad illa superioris capitis, vt diximus,esse relata, id est, Libera me Domine deceptoribus, & fallacibus his iudicibus, & me in tuū iudicium voca, ac deinde cuiusuis hominibus potentia me accusans,& litem intendens mecum pugnet. Nullius enim hominis tam æquo iudice potentiam,& auctoritatem verebor. Est enim Dei iudicium firmissimum innocentium præsidium. Sicut dicit Paulus, quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat,quis est qui condēnet?In Hebræo tame est,עדכה נא עירבני עמך מי הוא ידו לי תקע Rom.8. sima na horbeni himach mi hu leiadi itacheh. Quod valde quidem obscurè dicitur, varièque declaratur, ita tamen verbum de verbo conuertemus. Pone nunc [vel quæso]fidei iube mihi tecū, quis ille manui meæ pollicebitur. Loquitur autem cum Deo, vt ex sequenti versu cognoscitur,cùm dicat, Cor eorū longè fecisti à disciplina,quod nō nisi ad Deum pertinet. Ait ergo pone nunc futurum esse,quod opto, vt à te iudicer,tecum litigem,fidei iube ac mihi promitte, quòd tecum

tecum agam,apud te causam meam dicam, quod si mihi contingat,quis pollicebitur, quòd manus mecum conseret,aut quòd mecum disceptabit. Id est, quis mecum audebit contendere,nam neminē apud tā æquū, & sapientem iudicem formidabo. Quæ interpretatio præter alias,quæ ab Hebræis,& ab ijs, qui Hebraicā veritatem appellant, afferuntur,mihi placet. Quæ & Hebræis verbis,& vulgatæ versioni aptissima est: ita vt eandem prorsus vulgatus interpres habeat sententiam,si omnia benè ponderentur. Quare non rectè quidam Hebræorum studiosus ait, veram huius loci sententiam in vulgato non esse interprete. Quod verò לידו תקע leiadi itaceah,manui meę pollicebitur, interpretor, ideo est, quòd תקע tacah per se,prehensa manu polliceri significat,Cui כף caph,manus non nunquàm additur, sed in accusatiuo. Vt in prouerbijs, Fili mi, si spoponderis pro amico tuo תקעת לזר כפך tachta lezar cappecha defixisti apud extraneum manum tuam. Cùm ergo hoc loco nō in accusatiuo,sed in datiuo לד iad manus ponatur, extra verbi significationē est,& ad illud pertinet,cui spōsio fit. Sicut in hoc ex prouerbijs exēplo Extraneus,cui promittitur in datiuo ponit. Quod Hebræi, & eorū discipuli nō animaducrtētes parū aptè locū hunc exposuerūt. Græci tamē hos duos versus cōfuderūt,vnum ex eis sua versione faciētes, & aliā sententiā reddētes. Ita enim cōuertūt λίσσομαι κάμναν, καὶ τι ποιήσω, ἐκλέψαν μετὰ ὑπάρχοντα ἀλότριοι, τίς ἐστιν ὅτος τὰ χεῖρά μου σύνδεσμα supplico ægrotans. Et quid faciam? fortunas meas alieni furati sunt? Quis est hic manui vinciatur meę. Quòd Supplico ægrotans,dicūt,ita paraphrasim

reddunt illius, quod vulgatus vertit, In amaritudinibus moratur oculus meus. Intellexerunt enim eius oculos in Deo morari, hoc est, in tantis ærumnis in Deum me tantùm conuerto, ipsius auxilium implo-
Psal.125. rans. Sicut dixit Dauid, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multùm repleti sumus despectione. Illud autem fortunas meas alieni furati sunt, respondet ei, quod in Hebræo esse diximus, Si non illusores, vel fallaces mecum. Chaldæos igitur, & alios prædones, qui eius copias in primo capite inuasisse narrantur, illusores ab eo vocari Septuaginta crediderunt. Illud autem Manui meæ vinciatur, declarat id, quod ad verbum ex Hebræo reddimus, Quis ille manui meæ pollicebitur, est enim in Hebræis יָתַךְ tacah, quod apprehensa manu pollicieri (vt narrauimus) significat. Habet ergo Septuaginta virorum versio eandem, quam nos huius loci explicuimus sententiam, id est, quis ille est, qui dicere audeat, id meritò meo accidisse? apprehensa manu promittat apud æquum iudicem de hac re mecum disputaturum, non enim disputationem recusabo.

4 *Cor eorum longè feciſti à diſciplina, & propterea non exaltabuntur.*] Id est, mentes meorum amicorum fecisti, vt vacuæ sapientia, & vera rerum cognitione essent, neque intelligerent longè inter animi, & corporis bona differre, neque veram virtutem ex externa fortuna esse æstimandam. In qua re grauissimæ quidem offen-

offensionis, nisi attenti simus periculum est. Adeò vt Dauid, In hoc periculo versatus de se diceret, Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Et ipse Iob capite duodecimo ait, Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Quod ex Hebræo verti etiam posse diximus, Parata ad offensionem pedis. Hac etiam ratione eos, qui in hoc mundo habentur sapientes, longe Deus à disciplina fecit, Id est, stultissimos esse demonstrauit: cum Iesum Christum verum Dei filium mundo tam miserum, despectum, & afflictum proposuit, vt Paulus auctor est dicens, Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes, Stultitiam prædicationis vocat Christum crucifixum, qui pereuntibus, vt dixerat antè, stultitia est. Dici enim non potest, quantum sapientium huius mundi mentes perturbat, quantamque oculis eorum offundat caliginem, quòd meritis fortuna non respondeat. In eoque hominem omnium animalium infelicissimum esse ducunt, quòd præter cætera animalia homo ex libidine pendeat fortunæ. Adeò, vt diceret quispiam si sibi ab aliquo Deo daretur, optio, potius aut asinum, aut equum eligeret esse, quàm hominem, cuius versus, quia sunt iucundi subijciam.

Psal.72. Sapientes huius mundi in quo vehementer offendant.

1.Corin.1.

Εἴ τις προσελθών μοι θεὸν λέγοι κρατῶν
ἐμὲ ἀποθάνης ἢ νοις ἐξ ἀρχῆς ἴσον

ἐσῃ δ᾽ὅτι ἂν βλάψῃ, κύων, πρόβατον, πρᾶγος,
ἄνθρωπος ἵππος. σ᾽ιαρεῖσθαι χαίρω σε δῆ,
ἐμμεμψίμοιρ᾽ τᾶρ᾽ ὀδύν. ὅ, τι θέλει δ᾽ ἔλε.
ἅπαντα μᾶλλον, ἢ νοῦς ἐπεὶ ἂν μοκῶ
σοι ἐμέ, πλὴν ἄνθρωπον. ἀδ᾽ ἴκως ἐντυχεῖ.
κακῶς τε πράξει τᾶτο τἀξῶον μόνον.
ὁ κράτιστος ἵππος, ὡδὶ μελετᾶται ἔχει
ἐτέρᾳ θεραπείᾳ. ἀγαθὸς ἂν γένῃ κύων,
ἐν τῇ μόχθος ἢ τᾷ κακᾷ κυνὸς πολύ.
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
δύσιν ὀφ᾽ ἀγενὴς, καὶ δι᾽ ἐτέρου κρέπεται.
ἄνθρωπος ἐὰν μὲ χρηστὸς, εὐγενὴς, σφόδρα
γενναῖος, κἀδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει
πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἅπερ πάντων, σ᾽ έντιμα
ὁ συκοφάντης. ὁ κακοήθης τἀναντία λέγει
ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τὰς χεῖρονας
ὁρᾶν ἑαυτᾷ ξῶντας ὡδὶ φανέστερον.

Siquis potens Deus mihi accedens diceret. Poſtquã mortuus fueris, denuò reuiuiſces, eris autem, quod voles, canis, ouis, hireus, homo, equus. Rurſus enim vita tibi tranſigenda eſt: ſic fata iubent, tu, quod mauis elige. Quiduis potius, ſtatim mihi dictur⁹ videor, fac me quàm hominem. Indigna proſperitate, & rurſus calamitate immerita ſolus animalium homo afficitur. Optimus equus diligentiori cura, quàm alius colitur. Canis, ſi bonus fueris in precio longè maiori habeberis, quàm malus canis. Gallinaceus generoſior peculiaribus alimentis nutritur, ignauus vero etiam timet præſtantiorem. At homo licet probus, nobilis, & valde ge-

neroſus ſit, nihil ei prodeſt in hoc ſeculo. Adulator autẽ omniũ optimè viuit, deinde Sycophãta, tertio loco deinde fraudulẽtus loquit. Aſinũ ſieri præſtat, quam deteriores ſe ſplẽdidius viuẽtes interi. Hęc ille. Quod dicit, [*Propterea non exaltabuntur,*] Id eſt, me non erunt in cauſa ſuperiores, neq, me diſputãdo vincẽt. Quod ita eueniſſe narratur capit. 32. Omiſerunt tres viri iſti reſpondere Iob, eoquòd iuſtus ſibi videretur. Deique ſententia inferiores in diſceptando fuiſſe iudicati ſunt, vt ſcribitur in fine libri. Qua ſpe certiſsima eſſe debet vir bonus ab iniquis oppugnatus, & oppreſſus. Quod etiam precatur Dauid dicens, Ne tradasme Domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur. *Pſal.* 139

5 *Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius deficient.* Locus eſt valde difficilis, & ad explicandum, & ad contexendum, varièque declaratur varièque ex Hebræo prima verſus pars conuertitur, quod tota ex vocibus conſtet ambiguis, vixque duos auctores reperias, inter quos de huius loci aut conuerſione aut explicatione conueniat. Sed conſideranti, & ponderanti mihi multorum auctorum, quos de hac re legi ſentẽtias, vulgati interpretis noſtri translatio valde mihi probatur. Nam quòd [*Prædam*] vertit, quod alij ad blandiendum, vel blandicię conuertendũ exiſtimãt certum eſt חלק helec in ſcriptura diuina longè frequẽtius partem, quàm blanditiem ſignificare, quam ſignificationem ſequens vulgatus, vt cum ijs, quæ ſequũtur, aptius conueniret magis Latinè prædam tranſtulit, Locus difficilis.

cui

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui versioni Græci atque Chaldæus subscripserunt. Nam Græci π μερίδι parti conuertunt. Chaldæus לחלקא lemaphlig, ad diuidendum. Quòd verò [socijs] transfert, quod alij cogitationes transferendum putarunt, certũ etiã est רעים rehim sæpissime socios, & amicos in scriptura indicare. Et Chaldæus חבר Iob.2. habreia socios couuertit, cum igitur rectè voces conuersas fuisse constet, iam de sententia dissera-mus. Quoniam verò Iob futuram de suis amicis victoriam superiori versu prædixit, vt clariorem esse doceat, eos satis sibi confidentes ostendit, alludens ad modum agendi militum, qui victoriam ex hostibus consecuturum sperant, qui huiusmodi alacres spe prædæ partem socijs & amicis suis promittunt. Periphrasis ergo est arrogãtis, & confidentis hominis illud, Qui [Prædam pollicetur socijs,] Quod longe aliter, quam sperant, eis euẽturum essedicit. Nam non solùm prædam socijs non distribuẽt, verumetiam ne filijs, ad quos in primis præda redũdare debebat. Imo [oculi filiorum eius deficient,] dolentes eorum patrem misere victũ esse. Sicut enim in prima versus parte al-Iob.19. ludebat ad victoris rationem, ita in secunda ad victi conditionem. Quæ expositio mihi multò planior alijs, & cohærentior videtur. Est autem impiorum hominum confidentia, qua viros probos superaturos esse confidunt, pijs valdé molesta. Quocirca precaba-Psal 34 tur Dauid, Nõ super gaudeãt mihi qui aduersantur mihi inique, &c. Et dilatauerũt super meos suum dixerũt Euge, euge viderũt oculi nostri, nõ sup gaudeãt mihi. Nõ dicãt in cordibꝰ suis, Euge, euge animę nostrę, nec dicant

dicant, Deuorabimus eum. Erubescãt, & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione, & reuerentia, qui maligna loquuntur super me &c. Septuaginta tamen auctores cõuertunt τῇ μερίδι ἀναγγελεῖ κακίας ὀφθαλμοὶ δὲ μετ' ἐμοῦ υἱοὺς ἐτάκησαν parti annunciat iniquitates, oculi autẽ mei propter filios cõ tabuerunt. Quæ quadrat etiam nam רעים rehim alijs punctis, vt rahim dicamus, Mala, & iniqua declarat, eodem modo עינו hene oculi alijs punctis, vt henai legamus, Oculũ meũ significat, ideſt, nõ exaltabũtur, vt dixerat superiori versu, quoniam parti, id est, amico annunciauit iniquitates. Mutatio numeri sæpe ab Hebræis vsurpata, id est, annuntiauerunt iniquum esse. Secundam verò versus partem cum sequentibus con iungi voluerunt, quibus suas calamitates narrat, in quibus primò liberorum suorũ miseram numerat amissionem, sed in secunda versus parte vertenda tantùm Græci discrepant à vulgato, reliqui cum illo cõueniũt. Primæ verò versus partis tot sunt versiones, quot vertentes. Quidam Hebræus, Qui ad blandiẽdum narrat cogitationes, id est, Dei, dicens, vt Deo morem gerat, quòd ita Iob afflixerit, quia Iob eũ offenderat. Biblia Regia, Ad blandiciem indicauit amicis, id est, vt blandiat amicis. Tugurina versio, Qui amicos numerat inter bona sua. Auctor Biblię Roberti Stephani, Qui renunciauit cogitatus suos adulandi causa, ideſt, qui adulandi causa dicere solet, quidquid venerit ei in mentẽ, Pagninus, Qui blanda annunciauerit amicis. Quidam Hebręus, qui ab illis doctus habetur, Quis narrat amicis suis blanditias. Alius, Ad blandiendũ loquitur, quilibet eorum cum amico suo. Quæ versiones alijs

fortę

Universidad de Deusto
Biblioteca

forte placebunt,& cohærere iudicabuntur.

6 *Posuit me quasi prouerbium vulgi*, Id est, mecum comparant homines infelicissimos, ex meque petunt dicendi modos, quibus aliorū calamitates amplificēt. Quod *Psal.65.* & Christus de se per Dauidem dicit, Factus sum illis in parabolam: quod est extrema hominis infelicitas. Nam huiusmodi rationes dicēdi ex extremo eius rei, quam amplificamus gradu duci solent, vt Sole clarior dicimus, quia nihil esse sole clarius cognoscamus, Nive candidius, quia candore niuem præstare rebus alijs existimemus, ita si Iob miseriorē, Iob infeliciorē hominum vulgus dicebat, eum miserrimū, & infelicissimum fuisse intelligebant. In eandem sententiam dicitur, quod sequitur in eodem versu. [Et *exemplum sum coram eis.*] Quare paraphrasim vulgatus reddidisse videtur eius, quod est in Hebræo תֹּפֶת topheth sum corā eis. Quod varijs neque abijciendis modis exponitur. Quidam nomē esse loci proprium existimant, de quo narratur in .4. Reg.23. vers.10. Et contaminauit quoque topheth, quod est in conualle filij Enon, vt nemo consecraret filium suū, aut filiam per ignem Moloch. Idem igitur est topheth, quod Gehenon, id est, vallis Enō, in quo valle, quia multus ignis erat vsus, per quē filios suos homines traducebant, vt eos dicarent Moloch idolo: qua de causa, & quòd esset tāti sceleris officina, & quod illum cōtaminauit Iosias, id est, execrādum, & detestandum iudicauit, & quem homines vitare deberent, pro loco damnatorum in Euangelio gehena sæpe vsurpatur. Et ex hac significatione hunc locum interpretatur Chaldęus, qui locus est maximè no- *Matth.5.* tandus, ita vertens גהינם כן לגיהנם vegehinam min

min legeu ehi, Gehenā ero ex intrinseco, ita enim explicat כפנמם lepanim, quod est in Hebręo, id est, antequā è vita, vel è corpore meo exeā in Gehena positus esse videor, adeò magnis ex crucior doloribꝰ. Duo Hebræi magnæ inter illos auctoritatis ex hac sententia targū declarant. Sed in hac expositione id tantū difficultatis relinquitur, quod valde mirum videtur, si in valle Henon iam inde à temporibus Iob, illa tanti sceleris detestabilis esset officina, vt illius Iob mentionem fecerit, cùm prope esse Hierusalē, & multi viri eximia virtute præditi Regnū, & Rempublicam illam gubernauerint, qui æquo animo illam sententiam execrādam non paterētur. Sed fortè mos intermissus bonis viris regentibus, improbis regnantibus eodem loco repetebatur. Alij existimāt תפת tophet nomē esse Chaldęū, & Dominum significare, quod probant ex tertio capite Danielis vers.2. quo תפתראי tophtaie Domini, & *Dan.3.* præfecti prouinciarum vocātur, כפנמם lepanim verò quod vulgatus vertit Corā, Chaldæus Intrinsecus, illi Antè explanāt, quòd id etiam significet, ita igitur totū locum exponūt, Posuit me in prouerbium vulgi, qui antè Dominus eram. Vt ex contrarijs oratio copositā ornatior, & aptior sit ad commouendos affectus, & suam calamitatem narrandam. Sicut Hieremias, Quo *Thren.1.* modo sedet sola ciuitas, plena populo, facta est, quasi vidua, domina gentium. Alij dicunt in hoc nomine vltimum. ת. supereſſe, & idem quod תף toph tympanū indicare, & ita explicant, Sum tympanū eis, id est, irrisio atque ludibrium, sic vt in me illudentes manibus plaudant. Sicut dixit etiā Hieremias, Plauserunt super *Thren.2.* te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt,

& mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& mouerunt capita sua super filiam Hierusalem. Hæc cine est vrbs dicentes perfecti decoris, gaudiũ vniuer sæ terræ? Quam interpretationẽ Septuaginta viri pro basse videntur. Nam ita hunc locum traducunt γέλως ἦν αὐτοῖς ἐμοί βων risus eis fui, idem etiam Dauid significare videtur dicens, In me psallebant, qui bibebant vi
Psal. 63. nũ. Et alio loco Hieremias, Factus sum derisum om
Thren. 3. ni populo, canticum eorũ tota die. Narrat deinde quã tum eorum ignominijs, & cõtumelijs commoueatur, dicens.

7 *Caligauit ad indignationẽ oculus meus.* Tantũ mihi stomachũ faciũt, quòd eis ludibrio sim, vt cor meũ cumulatum ira oculorũ mihi acié eripiat. Ita enim natura accidit, eũ ira inflammamur multò spiritu sanguineque in oculos defluente, ex quo frõtis, & genarũ rubor oriẽ. Ex quo aduersus Stoicos intelligitur, nõ in ardore irarũ omnino tollẽdo, sed in reprimẽdo perfectá virtutẽ positã esse, qua sine dubitatione Iob præditus fuit, licèt ita ei animus arderet. [*Et membra mea quasi ad nihilũ redacta sunt.*] Experimur enim magnã ex graui iracũdia toto corpore cõmotionẽ fieri. Quòd mẽbra mea dicit in Hebræo est צָרַר iezurai, a צָרַר iazar, qđ propriè formare, fingere significat. Ex quo fit, vt צֵר iezer propriè quancunque formationẽ, & fictionem significet: hinc fit, vt desiderium, & cogitationem declarer, quòd sint quasi quædam mẽtis, & cordis fictiones, & totam etiam corporis conformationem ex membris suis cõstãtem. Quare recte membra mea versum est. Et ita quidam Hebræi hoc loco explicant. Chaldæus verò קְצַת צוּרְרַי chelaçtori forma mea. Alijs placet cogitationes exponere, id est ira tanta commoueor, vt in nulla

nulla cogitatione persistam: sed Græci צָרַר iezurai non à צָר iezer, cadere putarunt, sed futurũ esse verbi צוּר zur, quod obsidere significat, id quod alijs puris consonantes literæ facilè patiuntur, dum vltimũ, ר. pro. ל. obrepsisse putemus, quod sæpe accidit, vt in Zacharia nostro quinto capite ex sententia Hieronymi docuimus. Intellexerunt igitur Septuaginta auctores, Omnes ipsi sicut vmbram obsident me. Nam ita reddiderunt περιελήφθημαι μεγάλως ὑπὸ πάντων valde ab omnibus obsesus sum. Illud, Sicut vmbrã illa paraphrasi Valde interpretantes.

8 *Stupebunt iusti super hoc.* Mirantur quidem boni, quod innocentes à Deo puniantur, quippe qui sciant, penas natura sua ad scelera vlciscenda esse institutas. Neque legem, & prophetas vnquàm bonos, sed impios tantũ minari, probis autem præmia, & multa laudis insignia polliceri, quæ ita esse conuersa, vt boni malis opprimantur, mali bonis fruantur, non possunt non admirationem facere. De qua re Dauid ait, existimabã, vt
Psalm. 52 cognoscerem hoc: labor est ante me. Et ita de hac re Deus loquitur per Abacu. 1. Aspicite in gentibus, & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credit, eũ narrabitur. Quia & ego suscitabo Chaldæos, &c. [*Et innocens contra hypocritam suscitabitur,*] Hypocritam vocat impium, quod impietatem dissimulet, nã in Hebræo est חָנֵף haneph quod impium significat. Ob eam rẽ igitur se boni viri in impios incitant, quod ea de causa impij superbiores, & deteriores fiant, & meliore se conditione esse q̃ bonos, & innocentes homines putant. Sicut auctor est Dauid psalmo nono, Dum superbit impius incẽditur
Psalm. 9 pau-

Universidad de Deusto Biblioteca

pauper. Et alio psalmo de hac re differens, Quia inflãmatum est cor meum, & renes mei cõmutati sunt. Et ego ad nihilũ redactus sum, & nescíui. Psalm. 72 Euripides etiã elegãter huius rei rationem exposuit.

ὅταν κακοὶ πράξασιν ὦ ξένοι καλῶς,
ἄγαν κρατοῦντες, καὶ νομίζοντες δίκην
φώσδ' ἐσφάσαν πάντ' ἐφέντες ἡδονῇ.

Quando iniqui ô hospites fortunatè viuunt, Nimis dominantes nec pœnam putantes luituros se, nihil nõ perpetrant, indulgentes voluptati.

9 Et tenebit iustus viam suam, & mundus manibus addet fortitudinem. Id est, licèt hanc rem vri boni vehemẽter mirentur, & valde perturbentur, eam explicare nescientes, tamen ab officio non recedent, imò fortius in eo se continebunt. Sicut qui oppugnantur, acrius repugnant. Ita boni viri est, cũ in aliquas difficultates in virtute colenda inciderit, eam non interrumpere, sed studiosius complecti: certũ enim ei esse debet ab honestissima vitæ ratione digitum nusquãm: certa enim virtus in re incerta demonstratur. Nã qui incredulus est, nõ erit recta anima eius in semetipso, Iustus autem in fide sua viuet, dixit ipse Deus Abaeu, vt hanc ei difficultatem explicaret. Et Dauid cùm psalmo. 72. pluribus de hac re verba faceret, in extremo psalmo cõcludit, Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.

Cẽ a virtº re demonstratur incerta.

Abac. 2. Psal. 72.

10 *Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inveniam in vobis vllum sapientem,* Id est cùm hæc, quæ dixi, vos lateant, conuertimini, & venite mecum ad disputandum, & meis facilè argumentationibus ostendam nullum in vobis esse sapientem. Quia vt antè dixit cor

corum

corum longe fecisti â disciplina. Et cap. 13. Prius vos ostendam fabricatores mendacij. Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

11 *Dies mei transierunt.* Sæpe hanc repetijt sententiam, vt capite septimo, Dies mei velocius trãsierunt: quàm à texente tela succiditur, [*Cogitationes meæ dissipatæ sunt,*] se anxium valde, atque solicitum hoc, & sequenti versu describit, id est, cogitationes meæ variæ sunt, neque vna re consistere possunt, quia nulla acquiescunt: quemadmodum illis vsu venit, qui curarum æstu fluctuant. [*Torquentes cor meum.*] Id quod necesse erat, si nullam quietem afferebant, sed vndique mala, & detrimenta impendere nunciabant. Sed vulgatus Græcos secutus fuisse videtur, ita vertens: ita enim illi totum hunc versum transtulerunt ἀι ἡμέραι μου παρῆλθον ἐν ῥόμβῳ ἐξέκλιναν δὲ τὰ ἄρθρα τῆς καρδίας μου Dies mei in strepitu præterierunt, efracti sunt articuli cordis mei. Quia igitur Septuaginta reddiderunt Efracti sunt articuli cordis mei, vulgatus conuertisse videtur, Torquẽtes cor meum. Tum quia דרשׁ iaras præterquam quòd possidere, expellere etiã significat, vnde מורשׁד morasse participiũ esse potest, expellentes significans, quod ipse Latina phrasi torquentes interpretatus est. In Hebræo tamen est, si verbum de verbo reddamus. Dies mei transierunt, cogitationes meę dissipatę sunt, possessiones cordis mei. Cogitationes suas per appositionẽ possessiones sui cordis appellauit. Chaldæus tñ has cordis possessiones ipsã cordis materiã esse putauit, nã ita trãstulit ירוד לבר luhe libi, tabulis cordis mei. Tabulas. n. cordis nominauit Salomõ in prouerbijs tertio & septimo capite.

Hinc etiam factum est, vt Græci articuli cordis cõuer terent. Illud etiam verbum Dissipatæ sunt, nõ in cogi tationes, sed in possessiones, vel articulos cordis tran sire duxerunt, & propterea trãstulerũt, Dissipati sunt articuli cordis mei. Cogitationes autẽ ad superius ver bum pertinere iudicarunt, intelligentes, Dies mei tran sierunt cogitationibus, id est, breui, sicut cogitationes
Psalm.38. transeunt. Sicut in psalmo dicitur, Verũtamen in ima gine pertransijt homo. Ex quo fit, vt paraphrasi illud
Psalm. 9. In strepitu reddiderint, sicut in alio psalmo dixerũt, Perijt memoria eorũ cum sonitu. Quare eadẽ vtraq; versione est sententia, cum verbisque Hebræis co hærens.

12 Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lu cẽ. Facilè hũc locũ Titelmanꝰ exponit, hoc modo, Co gitationes meæ animum distrahentes faciunt, vt totã noctẽ insomnem ducãt, & ita peruigil nocte, sicut die sim. Et postq̃ noctẽ sum assecutus, quã optabã, sperãs, q̃ in ea nõ nihil acquiescerẽ, rursũ nihil acquiescẽs diẽ desidero, id est, neque die, neque nocte vllam mihi cu ræ, & cogitationes meæ dant quietem. Ex insomnia
Psalm.76 etiam Dauid dolorem animi sui declarat dicens, Anti cipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & nõ sum locutus. Sed Hebræa obscura sunt, & aliam videntur habere sententiam. Quare alia etiam esse potest vulga ti sententia. Ita verò verbum de verbo Hebræa con uertemus. Diei noctem apponent, luci propinquę pro pter tenebras. Septuaginta viri cùm multis alijs locis paraphrasin adhibeant hoc loco ita se Hebræis verbis astrinxerũt, vt vel Hebræam phrasim sua versione re tineant. Nam vertunt ἀπὸ προσώπου σκότους à facie tene-

bra-

brarum, quod nos vertimus propter tenebras מִפְּנֵי כִּי enim, à facibus Propter Hebræis significat, Chaldæus non paruum huic loco lumen affert, ita vertens secun dam versus partem, nam primâ eodem omnino mo do, quo nos conuertit, Diei noctem apponẽt lucẽ pro pinquam מִמַּשׁ קָרֵן meça lequin auferentes à conspe ctu tenebrarum. Hebræi quidam in commentarijs exi stimant suppositum verbi Apponent esse הִצְרִיר habarau socios eius, eum iniquũ esse temerè iudicãtes, cũ luce clarius esset, id esse falsum. Sicut dicit Esaias, De huiusmodi temerarijs hominibus, Væ qui dicitis *Esai.5.* malum bonum, & bonum malum: Ponentes tene bras lucem, & lucem tenebras. Alij verò מחשבותי mahaseboto cogitationes eiꝰ, id est, cogitationes meę propter tot calamitates, & ærumnas, quas patior, quas frequenter scriptura sancta tenebras vocat, mihi affe runt valde ancipitem discernendi rationem, sic vt qua si mentis impos res non intelligam apertissimas, ac de nique faciunt, vt in nocte verser sempiterna, nullam lucem propinquam cernens, id est nullam è tantis ma lis emergẽdi viam. Vtraque est valde probabilis expo sitio loci difficilis.

13 Si sustinuero infernus domus mea est, & in tenebris straui le ctulum meum,

14 Putredini dixi Pater meus es, & Mater mea, & soror mea vermibus.

15 Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat. Hoc dicit, vt refellat id, quod ab eius amicis sæpe dictum est, Fore si ad meliorem se frugem cõuer teret, vt omnibus malis depulsis in pristinam eũ Deus dignitatem restitueret, & multis ornamentis augeret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt Sophar capite vndecimo, Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, &c. Eris stabilis, & non timebis, miseriæ quoq; obliuiscēris, & habebis fiduciā propositā tibi spe. Quod ille refutat dicens, Nihil boni in hac vita reliquum sibi esse, quod iam sperare possit, cū morbo insanabili, disperatoque impediretur. Quo argumento sæpe etiam vsus est ad hoc idem cōfutandū, vt in principio capitis huius diximus, cùm enim natura non posse videret, valetudinem recuperare, id miraculo faciendum, vt postea factū est, minime sperabat. Quod est prudentis, & pij viri miracula à Deo nō quærere. Illud igitur, quod in huius capitis principio dixit, Solū mihi supereſt sepulcrū, multis nūc verbis amplificat. [*Si sustinuero,*] Id est, licèt expectem patienter ferens, quid tandem boni consequar? [*Infernus domus mea est,*] Citò enim moriar, & in sepulcro expers bonorū omnium huius vitæ iacebo, nihil igitur de domo, & familia mea restituenda debeo cogitare. Nam sepulcrum mea domus, & in eo mea familia erit, Numerat deinde, quæ sepulcrum consequantur ex ijs, quæ in domo, & in familia esse solent, [*In tenebris stravi lectulū meum,*] id est, in sepulcri tenebris iacebo, nec amplius hac mortalium communi luce fruar. [*Putredini dixi Pater meus es, & mater mea, & soror mea vermibus.*] Id est, nullos ibi parentes, nullos fratres, & sorores habebo, nisi putredinem, atque vermes. [*Vbi est ergo nunc præstolatio mea?*] Conclusio est totius argumentationis, qua suorum amicorū dicta refellit, quibus ei spē salutis, si frugi fieret, ostendebant, id est, Cùm hæc ita sint, vt iam animam agam, & tantùm de sepulcro cogitem, in qua nam huius vitæ re spes mea erit? aut vnde quidpiam

piam boni expectabo? [*Et patientiam meam quis considerat?*] Clarius est in Hebræo: nam idem ponitur, nomen, quod superiori versus parte תקוה ticua spes, siue præstolatio, id est, quam mihi nunciatis, siue pollicemini spem, qua in tantis malis erigi possim, cùm citò me vita defectura sit. Nam equidem præterquàm, quòd leuis illa consolatio bono viro esse debet, quæ huius nititur vitæ commodis, sæpe fallax, & incerta est. Non enim semper bonorum hominum detrimenta in hac vita resarciuntur, sed plerunque miserijs, & malis omnibus oppressi moriuntur, dicente de illis Apostolo, Alij distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionē. Alij verò ludibria, & verbera experti sunt, in super & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierant in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angustiati, afflicti. Quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & in spelūcis, & in cauernis terræ. Facit enim magno, & sæculso animo virum rerum humanarum contemptio, non earū spes, sed spes eā, quæ in Deo posita sit. Sicut dicit Dauid, Quæ est expectatio mea nonne Dominus? & substantia mea apud te est.

Bonorū huius vitæ detrimēta nō semper resarciuntur. *Heb.* 10.

Quæ magnanimi viri spes esse debeat. *Psalm.* 38.

16 *In profundissimum infernum descendent omnia mea.* Infernū pro sepulcro posuit, vt alijs scripturæ locis. Nec enim mihi placet, quod quibusdam Hebræis infernum hic centrum terræ significare, id est, nihil iam boni in hac vita spero, nam quidquid ad me attinet in sepulcro, in quo citò iacebo est. Alludens ad illud, quod dixerat, In tenebris stravi lectulum meum, putredini

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixi, Pater meus es. Eandem sententiam, licèt alijs verbis, Septuaginta viri expresserunt, qua satis facilis redditur locus Hebræis valde difficilis propter vocẽ בור bade inferni, quibus non satis constat, quid hoc loco significet, & ita quidam vertunt fulchra siue latera inferni, alij radices inferni, alij membra, corporis scilicet mei in infernum descendent. Chaldæus satis obscurè כולי tande duo corpora. Quidam Hebræus doctus inter eos Septuaginta viros, & vulgatum nostrum secutus dicit ל de syllabæ nihil significantis esse adiectionem. ב. ba verò præpositionem esse, In significans, & ita locum explanat, In infernum descendent, res scilicet, quæ ad me attinent. Quare non dubito, quin aptior, & facilior sit Latini interpretis, & Græcorum expositio. [*Putasne saltem ibi erit requies mihi?* Id est, putatis me in sepulchro consecuturum illam felicitatem, atque salutem, quam mihi si in gratiam Dei redeã nunciatis? si enim ibi mihi id nõ contingat, nullus alius locus relinquitur, nam citò, amplius hanc vitam nõ visurus, ibi cõmorabor. Quòd dicit requies in Hebræo est נחה nahat requies à verbo נוח ianah. Si tamen radix eius sit נרה nahat descendere significat, & ita reddunt Septuaginta in eandem sententiam ἢ ὁ μοθυμας ὰν ὡδὶ χώματος καταβησόμεθα, an vna in sepulcrum descendemus. Id est, ego, & bona illa, quæ mihi pollicemini. Possunt etiam Hebræa verba sine interrogatione intelligi, vt à quibusdam Hebræis, & à Chaldæo intelliguntur, & ita verbum de verbo cõuerti, Verè simul in puluere quies, id est, simul cum alijs multis in sepulcro quiescam, neque vllam in hac vita quietem aut salutem, vt vos mihi nunciatis spero, sicut capite ter-

te tertio de sepulchro dixit, Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus, & cõsulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines. Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore. Iob. 3.

CAPVT. XVIII.

E *Respondens autem Baldad Suhites dixit.*

2 *Vsque ad quem finem verba iactabitis? intelligite prius, & sic loquamur.* A

3 *Quare reputati sumus, vt iumenta, & sorduimus coram vobis?*

4 *Qui perdis animam tuam in furore tuo, numquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?*

5 *Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?*

6 *Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna quæ super eum est, extinguetur.*

7 *Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum.* B

8 *Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.*

9 *Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis.*

10 *Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.*

11 *Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent eum pedes eius.* C

12 *Attenuetur fame robur eius, & inedia innadat costas illius.*

13 *Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors.*

14 *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eũ, quasi rex, interitus.*

15 *Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur.*

16 *Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius.*

17 *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius*
D *in plateis.*

18 *Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.*

19 *Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec ulla reliquiæ in regionibus eius.*

20 *In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror.*

21 *Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum.*

RESpondens autem Baldad Suhites, dixit.

2 *Vsque ad quē finem verba iactabitis.* Putant nō nulli plurale esse pro singulari, vt hæc verba Baldad ad Iob solum modo referantur, quod Græcorum æditio probare videtur, qui singulari numero vertunt, μέχρι τίνος ἃ ἄκουσι vsquequo finē non facies? Sed cū plurali dixerit Hebræus, & ita vulgatus & Chaldæus transtulerint, non modò ad Iobū, sed etiam ad Eliphaz Baldad verba alij pertinere existimant. Fortèque in Eliphaz etiam in vectus fuit, quòd Iob non ab ipsis satis conuictum significare videbatur, dū voluit iterum cum eo de eadem re disputare, vel quia maledicta vltro citroque disputantes conceperunt. Nam quòd quidam dicit Eliphazum, ob eam remiratum fuisse, quod contēni, & præteriri videretur, verisimile non est, cum suo ante loco dixisset. Ait ergo. [*Vsque ad quem finem verba iactabitis?* Id est, de eadem re eisdem argumētis disputabitis. [*Intelligite prius, & sic loquamur,*] Significare videtur eo, iracundia in-

flam

flammatos potius maledicta congerere, quàm res de quibus disputabant attendere, vt eis solet accidere, quibus contumax est de aliqua re disceptatio.

3 *Quare reputati sumus, vt iumenta.* Id est, quare ita coram nobis disputatis, quasi nos non intelligeremus vos minime decorum in disputando seruare. Quidam id ab eo dici putant, quòd Iob superiori capite dixerit de suis amicis, Cor eorum longe fecisti à disciplina. Sed non solùm ad Iob, sed etiam ad Eliphaz, hæc verba diximus esse referenda. [*Et sordidamus coram vobis,*] In Hebræo est נטמינו nitminu, quod a טמא tamah esse putatur, quod mentē, ne intelligat, occludere significat, id est, Cur stulti stupidiq; à vobis habemur. Quidam tamen doctus Hebræus in commentarijs טמאתם tamim immundi sumus interpretatur, vulgato nostro subscribens, potestque radix verbi esse טמם tama immundum esse significans, vt. ד. sit loco. א. Vtroq; modo eandem habet sententiam, vt iustas iræ suæ causas exponat, quòd ab eis contemptus, nec pro dignitate tractatus esset. Nascitur enim ira per se vique sua ex opinione contemptus. Vsque ad hunc locum Septuaginta viri numero singulari Baldad loqui interpretantes ad Iob tantùm eius verba accommodare videntur, quod faciliorem habet expositionē, & ijs, quę sequuntur aptiorem. Nam sequenti versu ad Iob tantum orationem conuertit Baldad.

Ira nascitur ex opinione cōtēptus

4 *Quid perdis animā tuā in furore tuo?* In Hebræo est si verbum de verbo reddamus, Perdens animam tuam in furore tuo, vt aptius cum sequentibus tanquam in vocatiuo positū coniungatur. Iob verò perdentem vocat animam suam in furore suo. Quòd omni abiecta

suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ salutis spe tam anxiè mortem optaret, ac vita sua tot mala, & tantam acerbitatem redimere. Sicut ipse cap. 13. dixit, Quare lacero carnes meas dētibus meis, & animam meā porto in manibus meis? & quia cum Deo de sua innocentia disputare optabat, Deumque suā causam calūniari significare videbatur. Sicut. c. 10 dixit, Nūnquid bonum tibi videtur, si calumnieris, & opprimas me, cap. etiam. 27. dicit, Deus abstulit iudicium meum. Sequitur in eodem versu. [*Nūquid propter te derelinquetur terra, & trāsferētur rupes de loco suo.*] Haud facilis est hyperbole, & parabola hæc ad explanandū, cur ita Iob reprehendat, aut quid attineat his illum incommodis vrgere, quòd terra derelinquatur, quòd rupes transferantur, varijsque modis à viris doctis declaratur. Quidam, Nūquid querelis tuis de Deo, & expostulationibus facies, vt, quæ Deus iam inde ab æterno futura constituit, mutētur, cuiusmodi est, quòd orbis terrarum habitetur, quòd rupes suis sedibus fixæ firmæque sint. Sed rogabo hos, ex quibus dictis Iobi id incōmodi concluditur? confugere tamen videntur, ad illud, quòd vulgus dialecticorum sæpe vsurpat, Ex impossibili quodcunque sequitur. Et ita qui rem aliquam difficilimam maioremque, quàm pro viribus suis moliuntur, eis dicere consueuimus (aiunt) Nunquid mare siccari? aut cælum suo cursu prohiberi vis? ita Iobo Baldad dicit, Ne putes querelis tuis mutādū esse, quod de te Deus facere decreuit. Nā si id putas, puta etiā terrā vniuersam deserēdā, & rupes suo loco mouēdas. Sed leuis hęc expositio esse videtur, cùm ex ea hoc absurdum, quod concludit Baldad, non magis ad propositū attineat, quàm si mare exsiccare posse

se aut cæli cursum impediri, aut aliam quancunq; rem earum, quę fieri non possunt, concluderet. Tum valde friuolè diceretur, Iob ne suis querelis mutanda putaret ea, quæ Deus futura esse decreuit? Siquidem nemo vnquàm rem tam stultam in animum induxit. Alij autem ita interpretantur. Tantum ne tibi arrogas, vt solus sapere videaris nos, inepti iudicemur? Ita ne vt te mortuo terra omni viro sapienti destituatur? Quæ congrua esset expositio, nam similis hæc sententia est eius, quod dixerat Eliphaz cap. 15. Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus. Quid nosti, quod ignoremus, quid intelligis, quod nesciamus. Sed nihil cohæret cum eo, quod sequitur in eodem versu, & transferentur rupes de loco suo. Alij verò sic explanant. Nunquid à Deo terra propter te deseretur, vt ipsum res mortales minimè curare censeamus, ipsumque Deum rupem quidem firmissimā, mutari posse ex tuis verbis iudicemus. Quæ expositio prętер cæteras quibusdam placet Hebręis. Sed nō declarant ex quibus verbis Iob, vel leuiter significari videatur mortalia à Deo non curari, vel mutabilem esse, vt ex eis hanc increpationem à Baldad petitam esse ducerent. In eo tamen hęc expositio mihi vehemēter probatur, quod צור zur rupis hîc Deū significare dicant. Nam id frequentius, quàm rupem veram, in scriptura sacra significat, vt psal. 17. vers. 3. Deus me צורי zuri rupis mea, sperabo in eo. Et eodem psalmo, vers. 47. Benedictus צורי zuri Deus meus. Et psalmo. 78. & vers. 35. & rememorati sunt, quia Deus צורם zurā rupis vel adiutor est eorū. Hoc verò nomine Deus in scriptura vocatur, quòd singulare pręstet auxilium,

Psalm. 17 Deus cur vocetur rupis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis,qui sperant in eo. Ita igitur locus hic rectè mihi explicari posse videtur. Vt quia Iob multis cap.16. iactu-
ram suam amplificauerat, deinde verò adiunxit, Hæc
Psal.125. passus sum absque iniquitate manus meæ, cum habe-
rem mundas ad Deum preces,adiecit præterea,vt amicorũ dicta refelleret,nihil à Deo boni in hac vita sperare,sed omnem suæ salutis spem abiecisse,& in sepulcro tantùm aliquam à laboribus quietem expectare. Quæ omnia vt confutet Baldad,hoc dicit,id est, Si tu vir innocẽs tãtis miserijs,&doloribus intercluſus nullam habes tuæ salutis spem,nec vllum tibi Deus auxilio allaturus est,deserant terrã sancti,&innocẽtes viri, si Deus eis præsidio rupiq; firmissimæ nõ est. Ex quo enim auxilium quærant,cùm spes omnes suas in Deo positas habeant,quò cõfugiant,si rupis, & arx eorum Deus transfertur,hoc est firma eis,& stabilis non est.
Psalm. 58 Quo incõmodo Deum ipsum vrgebat Dauid,vel potius Christ⁹,orans,vt ei opẽ ferret,& dicẽs, Nõ erubescant in me,qui expectant te Dñe,Dñe virtutũ,id est, ne putẽt,si me in te sperãtẽ destitutũ videant,firmissimum se apud te non manere præsidiũ. Quod magnũ quidẽ incõmodũ,& absurdũ est,& ex verbis Iob cõcludi videtur, præsertim iuxta Iob amicorũ sententiã,
Bonorũ virorum quę certa spes sit. qui bonis viris bona in hac mortali vita sæpe pollicebãtur. In quo errore eos versari,& à Iob redargui diximus multis huius libri locis. Non enim satis intelligebant,vt sanctorũ virorũ spes certissimæ sint,cõmodorum huius vitæ esse nõ debere,neq; huiusmodi vtilitates,& emolumẽta ex Deo patrono suo quærere debe-
1.Cor.15. re, tradente Paulo,Si in hac vita tãtùm in Christo sperantes sumus,miserabiliores sumus omnibus hominibus,

bus,sed cœlestia,& perpetuo mãsura bona à Deo sperare debere. Quæ certissimè Deo nixi officijs suis cõsequẽtur. Id quod Christus apud Matthæũ docet eos, dicẽs,Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra,vbi ærugo,& tinea demolit,& vbi fures effodiũt,& furãtur. Thesaurizate autẽ vobis thesauros in cælo,vbi neque ęrugo,neque tinea demolitur,& vbi fures non effodiunt,nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus,ibi est cor tuum. Sequitur autem. *Matth.6.*

5 Nõne lux impij extinguetur,neque splendebit flãma ignis eius?
6 Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eũ est extinguetur. Cùm vrgendo incõmodo probauerit fieri non posse,vt actũ sit,de bonis,& integris hominibus,& quòd eorũ prędicãtur spes,dicit modo id potiⁿ ad impios homines pertinere,quos grauis manet ruina,& interitus inopinatus. Nõ rectè tamẽ à quibusdã hic locus mihi videt explanari dicẽtibⁿ, Lucẽ, Flãmã Lucernã significare cõsiliũ,prudẽtiã, & industriã iniquorũ,quã infatuãdã enũciat,sed melius est, vt gloriã opulẽtiã,&prosperitatẽ illorũ significet,sicut alijs scripturæ locis Lux prosperitatẽ declarat, Tenebræ verò calamitatẽ,& in hãc partẽ Iob.c.21.ait,Quoties lucerna impiorũ extinguẽt,& superueniet eis innundatio. *Iob.21.* Impij homines tãdem ruent.
Tũ q̃ sequẽti versu,de illorũ cõsilio infatuãdo loquit. Ait ergo licẽt improbi clari sint gratia, potentia,& auctoritate valeant, eorũ tamen splendor deformabitur, atque delebitur. Sicut de improbo quodã dicit Esaias, Quomodo cecidisti de cælo lucifer,qui mane oriebaris. Quãuis enim opibus,& hominũ admiratione impius in cęlo esse videat,decidet tñ ex astris,eũ enim eiⁿ gloria leuissimas radices egerit,diu nõ põt consistere. *Esai. 14.*

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam morte saltem omnis eius amplitudo absoleſcet.

7 *Arctabuntur greßus virtutis eius.* Ideſt, non ita viribus, & potentia valebunt ad ea, quę conabantur, expromẽ
Sapien. 2. da. Ij, qui vt ſapientia narrat, dicere ſolẽt, Sit fortitudo noſtra lex iuſtitię, quod enim infirmum eſt, inutilẽ inuenitur, id eſt, nullis officij, & iuſtitię legibus cohibeamur, quominus libidinẽ noſtrã, ſi potuerimus, expleamus. Ea enim eſt profligatiſsimorum hominum ratio, vt à nullo maleficio, quod cõmittere poſsint, ſe temperent, ſi vtilẽ ſibi, aut iucũdum eſſe cenſeant, qui alio modo coerceri non poſſunt, niſi vt hîc dicitur, vt greſsus virtutis eorum arctentur, ideſt, vt eorum virtus atque potẽtia pręcidatur. Vt Deum precabatur Iudith
Iud. 19. dicens, Erige brachium tuum, ſicut ab initio, & allide virtutem eorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deijcere gladio ſuo cornu altaris tui. Arctare etiam greſſus ratio dicendi eſt ad ſignificandam calamitatem, & oppreſſionem. Sicut è contrario, dilatare greſſus ad proſperũ
Pſalm. 17 rerũ curſum, ſicut de ſe dicit Dauid, Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & nõ ſunt infirmata veſtigia mea. In Hebręo eſt צעדי zahade greſſus. Sed Septuaginta auctores צעירי zohre paruuli ſiue minores legiſſe vidẽt, ſunt enim ד. & ר. literę valde ſimiles apud Hebræos. Et propterea ita id conuerterunt Καὶ υστειλαν ἐλαχίστα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶ captentur minimi facultates eius. Nam און on non ſolum virtutem, & vim ſignificat, ſed etiam ea, quæ vi comparata ſunt, vt declarant Hebręi capit. 20. libri huius verſu. 10. verbum autem יצרו izru alijs punctis actiuum eſſe poteſt. Quare apta

apta verbis Hebris eſt conuerſio Septuaginta virorũ. Sententia autem etiam aptiſsima eſt, id eſt, Ita claritas, & amplitudo eius infringetur, vt à minimis, & vilibus hominibus, quos ipſe contemnebat, facultates & fortunas ſuas defendere non poſsit. Ita Ieroboam ſeruus Salomonis ab eoq; in exilium proficiſci coactus, maiorem partem regni eius poſtea occupauit. [*Et præcipitabit eum conſilium ſuum,* Ideſt, Eiuſmodi cõſilium inibit, ex quo grauiſsimum detrimentum accipiet. Sicut Roboam conſilio iuuenum nolens populi tributum leuare, magnam regno ſuo cladẽ cõflauit. Sic factum etiam eſt, vt Goliat, & Holophernes gloria florentes gladijs ſuis iugulati fuerunt. De qua re pluribus egimus cap. 5. Exponentes illud, Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, ad quod pertinet etiam, quod ſequitur.

Suo cõſilio deccpti ini qui peribũt

8 *Immiſit enim in rete pedes eius, & in maculis eius ambulat.*

9 *Tenebitur planta illius laqueo,* Id eſt, Suis ſe prauis conſilijs, ita implicabit, vt damna, atque detrimenta nõ ſubter effugiat, & ea quæ in alios intendebat pericula ſibi creentur, id quod iniquis hominibus anxiè Dauid im- *Pſal. 34.*
precatur dicens, Veniat illi laqueus, quẽ ignorat, & captio, quã abſcõdit, apprehẽdat eũ, & in laqueũ cadad in ipſum [*Et exardeſcet cõtra eũ ſitis,*] In Hebræo eſt צמא zamim, quod ſitiẽtes. 5. cap. huius libri verſ. 5. Vulgatus interpretatus eſt. Et ita hoc loco Græci reddunt διψῶντας, Quare intelligẽdũ eſt, Exardeſcet cõtra eum ſitis alicuius ſitientis, id eſt, qui fortunas, & opes eius vehementer inhiet, eiſque diripiendis neruis omnibus incumbat. Id quod etiam improbis imprecatur Dauid dicens, Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiã eius, *Pſal. 108*

& diripiant alieni labores eius. Quis enim magis sitit alienas opes quàm fœnerator. Græci verò transitiuum faciũt verbum חזק iahazec, quod noster vertit exardescet, paraphrasi vtens, significat autem propriè חזק hazac roborare, & ita optimè vertunt Græci interpretes κραταιώσει ἐπ' ἀυτὸν διψῶντας Roborabit aduersus eum sitientes. Deus scilicet, vt roborabit Ieroboam aduersus Roboam filium Salomonis.

10 *Abscondita est in terra pedica eius, decipula illius super semitam.* Persistit in eo, quod dixerat suis consilijs iniquos homines perituros, videturque huius rei satis considerandam rationem exponere. Nam in ea, quam instituit vitæ ratione, quam oportunissimam existimat ad auctoritatem sibi, & potentiam parandam, ea, quam munit, via, vt sui sit voti compos, malum, & incommodum maximum latet, in quod ex improuiso ignarus incidet. Id ergo incommodi pedicam, & decipulam illius appellat, inquam se suis sceleratis consilijs conijciet. id quod planius docet Ecclesiasticus dicẽs,

Eccli. 27. Faciẽti nequissimũ cõsiliũ, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi. Illusio, & improperiũ superbormũ, & vindicta, sicut leo insidiatur illi. Cuius rei vnicuiq; res humanas attentè cõsideranti exempla multa in vita succurrent. Quę homines certè maximè terrere debẽt, & à dolosis, & perditis cõsilijs auocare.

11 *Vndiq; terrebunt eũ formidines,* Doctissimè modum hominis impij describit, qui licèt eũ res prosperè cadunt

Iniquus val de timet. erecto animo sit, si offendat tamẽ, seq; ei immutet fortuna, vehementer metu exanimatur. Ex flagitiorum enim cõscientia magnus timor, & ingens oritur solicitudo. Sicut dicitur in sapientia, Semper præsumit sæua

Sapien. 7.

pertur-

perturbata conscientia. In eandẽ sententiã Septuaginta dicũt, vndique eũ perdent ὀδύναι dolores, quibus affici solet is, qui in metu est [*Et inuoluẽt pedes eius.*] Id est, Formidines pedes eius inuoluent, cogentes eum se in fugam conijcere. Quam sententiam planius Hebræa significare videntur, quæ ita habẽt, si verbum de verbo traducamus. Et dispergẽt eum pedibus suis, id est, Suis pedibus fugam quæret. Eandem sententiam Græci videntur innuere πάντοθεν δὲ περὶ πόδας ἀυτὸν multi circum pedem eius, id est, dolores ex timore nati. Ita fiet, vt se se fugę det. Eodem modo Sapiens in prouerbijs declarat, quãtus impiorum hominum metus sit, dicens, Fugit impius nemine persequente. *Prouer. 28*

12 *Attenuetur fame robur eius,* id est, Potentia eius infringatur sic, vt libidinẽ suã non possit, vt antè exprimere. Quòd [*robur*] dicit Hebraicè est און on, quod vis, & robur propriè est. Quia tamẽ in filijs procreandis patris robur demonstrãt, putãt Hebræi per mitem nimiã filiũ significare. Et ita quidã Hebræus explicat illud psalmi. 77. vers. 51. Percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum. Hebraicè est אונם onim, & declarat ille, Filiorũ, vt primitias filiorũ Sit idẽ, quod primogenita. Hieronymus reddit partus. Ita hoc loco alius Hebræus in cõmentarijs זרעו zarho semẽ eius explicat, id est, Semẽ eius famelicũ sit, quę apta etiã est expositio. Nã hoc etiã virisiniquis imprecatur Dauid dicẽs, Nutãtes trãsferãtur filij eius, & mẽdicent. Sed illud אונם ono Septuaginta ad famẽ retulerunt ἐν λιμῷ σφόδρα in fame angusta conuertẽtes, hoc est valida, & nimia fame opprimãt. [*Et inedia inualat castus illius,*] Id est, fame cõficiãt, ne tãtis viribus polleat. Ad eã

Fame aliquando cõ ficiuntur iniqui.

Psal. 108.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem pertinent sententiam Hebræa verba, quæ verbū de verbo translata sic habent. Et afflictio parata costæ eius, & propterea Græci conuerterunt πλῆγμα δὲ ἀντῶ ἡτοίμασται ἐξάισιον fœda ei parata est ruina, id est, Casus eum, & afflictio manet, quæ repente eum inuadet imparatum. Id quod ipsa sapientia in prouerbijs viris iniquis fore prædicit, Quum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit. Quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Ex quo loco etiam explanatur, quod sequitur.

Prouer. 1.

13 *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consummat brachia illius Primogenita mors*, primogenita mors, vel primogenitus, vel angelus mortis, vel θανάτος mors, vt Septuaginta, Chaldæus, & alij vocem Hebræā declarant, repentina illa calamitas est, vt mea fert sententia, de qua Salomon loco citato locutus est, in qua vir iniquus tabescet. Quòd pulchritudinem, & brachia dicit, idem verbum est apud Hebræos בדים badim, sed diuerso modo explicatur, vulgatus primo loco interpretatur pulchritudinem, Septuaginta verò κλάδες ramos. Secūdo loco vulgatus interpretatur brachia, Septuaginta vero ὡραῖα pulchra. Significat autē בדים badim ramos, & per trāslationem membra corporis, quòd eius sint quasi rami, filios etiam quòd sint quasi quidam parentum rami. Quare [*Pulchritudinem cutis eius*,] Corporis eius membra possūmus intelligere, brachia vero filios eius. Vt primo loco membra corporis, secundo liberos בדים badim significet, vt hoc versu calamitatem eius, & liberorum eius, quam antè tetigisse diximus, complectatur.

Malę calamitates impiorum.

14 *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius*, Opes, & fortunas

nas hominis potentis fiduciam eius vocare puto, diuitijs enim maximè confidit, ex eisque auxilium quærit ad alios opprimēdos, & libidines suas explēdas, dicente etiā in prouerbijs Salomone, Substātia diuitis vrbs fortitudinis eius, & quasi murus validus circunstans eum. Septuagintaverò auctores sanitatem fiduciam eius esse crediderunt ἴασις vertentes. Sicut enim infirma valetudo dibilitat, ita firma spē facit potenti. Quid quid igitur sit, in quo spes suas collocauerit, conuellatur, è domoque eius pellatur. [*Et calcet super eū quasi rex interitus.*] Id est, Interitus is, cui mederi, & repugnare non possit, in eamque calamitatem depellatur, quam leuare nulla ratione possit. Idem sapiens loco citato significauit dicens, Et interitus quasi tempestas ingruerit. Hebraicè est, in eandemque sententiam dicitur, Et detrudat eum in regem terrorum, id est, in magnā calamitatem, & luctum, quem releuare nullo modo possit. Sed verbi suppositum עצה hazato consilium eius quidam Hebræus in cōmentarijs esse vult, hoc est, Cōsilium eius detrudat eum, &c. Alij Deū, hoc est Deus detrudat eum &c. Vtrumque quadrat. Facilè ex hoc versio Græcorum intelligitur χοὶν δὲ ἀντὸν ἀνάγκη αἰτίας βασιλικῆς contineat eum necessitas accusatione regia, id est, Ea necessitate vrgeatur, qua sicut reus iusto iudicio damnatus, nullo modo liberari possit. Sicut dixit Dauid, Cùm iudicatur exeat condemnatus. *Psal.* 108.

15 *Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est.* Id est, Eo mortuo non filij, sed socij, hoc est, alieni occupent domum, & tabernaculū eius. Sicut etiā dixit Dauid, Filij eius ejciantur de habitationibus suis, & diripiant alieni labores eius. Sed obscurè hoc conuersum est, *Psal.* 108.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut obscura sunt,& valde concisa huius loci Hebrę verba תשכן באהלו נכרי לו tiscon beaholo ni beli lo,habitet in tabernaculo eius,eo quod nō ei.Quod variè exppnitur,Septuaginta viri putarunt huius verbi suppositum esse ἀνάγκην necessitatē,hoc est, Necessitas habitet in tabernaculo eius. Chaldæus verò אנת הדתה intete, vxorē eius suppositū esse duxit, eo quod verbum Hebræis sit fœmeninum,& ita hunc locū explicat, Vxor eius habitet in tabernaculo nō suo. Quę expositio verbis Hebræis,& contextui præter cæteras,quas probant Hebręi mihi semper aptior visa est. Nam huic malo Iob etiam se deuouet, si legem Dei violauisset dicens,Si ad hostium amici mei insidiatus sum, scortū alterius sit vxor mea. Quidam Hebræus in commentarijs בהלה bahala terror suppositum esse dicit,& ita explicat locum, Terror habitet in tabernaculo eius,propterea quòd eius non sunt ea, quæ in eo sunt,sed calumnia,& rapina comparata. Quæ idonea etiā expositio est.[*Aspergatur in tabernaculo eius sulphur.*] Id est penitus iusta Dei sententia subuertatur tabernacul,& domus ea,quæ alienis opibus constructa fuit, & inquā præda ex alienis fortunis crudelissimè capta importabatur,quæ denique erat prædonis, vel potius sanguinariæ bestiæ receptaculum. Ita Zacharias de illo volumine,quod vidit volās, in quo erat scripta sententia,& animaduersio Dei in improbos, Et educam (ait)illud,Dicit Dominus exercituū,& veniet ad domum furis,& ad domū iurantis in nomine meo mendaciter,& cōmorabitur in medio domus eius,& consummet eam,& ligna eius,& lapides eius. Aspergi sulphur optat, vt Dei acerbissimum supplicium inuat.

Iob.13.

Zachar.5.

Hac

Hac enim ratione horrendum illud exemplum in Sodomam,& Gomorrham editum fuit. Narratur enim in Genesi,Dominus pluit super Sodomâ,& Gomorrham sulphur, & ignē à Domino de cælo, & subuertit ciuitates has. *Genes.19.*

16 *Deorsum radices eius siccētur,sursū autē atteratur messis eius* Id est,radicitus familia,genus,& liberi eius extinguantur,& radicitus ex orbe terrarum cōuellantur. Quare frustra impij hæc longissimè propagare conantur. Dicente etiam Esaia,Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit,& germen eorum,vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Dñi exercituum, & eloquiū sancti Israel blasphemauerūt. Ex quo illud efficitur,quod sequitur

Frustra impij genus & familiā suam lōgissime propagare studēt *Esai.5.*

17 *Memoria illius pereat de terra,& nomen eius non celebretur in plateis.* Id est,nulla inter mortales mētio fiat eius, qui scelcratis,& peruersis modis famæ, & nominis celebritati seruiuit. Sicut etiā ei imprecatur Dauid,In generatione vna deleatur nomen eius,& dispereat de terra memoria eius. *Psal.108.*

18 *Expellet eū de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.* Subaudi Deus,vel calamitas,aut calamitates, vt congruum suppositum sit verborum Hebræorum, quæ pluralis numeri sunt,אלהים elohim Deus,quod iungitur etiam verbo plurali apud Hebræos. Nihilque aliud hoc versu significari puto,nisi morte mulctabitur. Nā lux in hoc libro appellatur vita,vt, Quare misero data est lux, Et qui concepti non viderunt lucē, dicitur,cap.3. Mors etiā tenebrę nominatur,vt.c. 10. Ante quam vadam,& non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine terram miseriæ & te-

Iob.3.

Iob.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tenebrarum, vbi vmbra mortis. Quòd verò de vrbe dicit, Hebraice est תבל tebel orbem significans, & ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ab orbe transferunt Septuaginta interpretes: & in quibusdam vulgatæ æditionis exemplis est, De orbe: facileq; forte pro orbe irrepsit vrbe. Quomodocunque sit eadem est sententia, quam diximus.

19 *Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, neque vllæ reliquiæ in regionibus eius.* Pro semine, & progenie in Hebræo est, Filij, & nepotes eadem sententia, id est, Soboles, progenies, & genus eius extirpetur, & funditus ex hominum cõmunitate exterminetur. Licèt ipse illud imaginibus ornare, & multis opibus stabilire conatus sit. Idem etiam significauit Dauid dicens, Fiát nati eius in interitu. Illud neque [*Vllæ reliquiæ in regionibus eius,*] Paraphrasi Septuaginta transferunt ἀλλ' ἐν τοῖς ἀυτῆ ξένοις ἕτεροι in rebus eius viuent alij. Et quia in Hebræo pro regionibus eius est מגוריו megurau habitationibus eius. Sicut etiam dixit Dauid, Filij eius ejciantur de habitationibus suis.

Psal. 108.

Psal. 108.

20 *In die eius obstupebunt nouissimi, & primos inuadit horror,* Diem eius vocat casum, & exitium eius, nouissimos appellat eos, qui tunc postremo nati fuerint, primos verò qui primo nati sunt, id est, Iuuenes, & senes, omnes denique homines vehementer formidabunt, cùm tantamtantisque modis munitam stirpem, atque familiam tam miserabili ruina exstirpari viderint. Id quod luculanter etiam vaticinatus est Dauid dicens, Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, Ecce homo, qui non posuit Deum adiu-

Psal. 51.

adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.

21 *Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum,* Id est, ita agetur cum ædibus iniqui magnificè constructis, & is exitus erit eius, qui Deum contemnit. Vel tabernacula posuit pro familia, quã etiam Latini domum vocant, & Castellani *casa*, id est, ita impius cum tota sua familia exterminabitur. Eritque apta totius capitis per oratio, in quo de impio, & eius familia egit. Quæ de toto iniquorum genere Baldad dicens, Si deinde velit assumere, Iob iniquum esse, vt concludat ob eam rem in tot calamitates venisse, falsa erit, vt iam diximus assumptio. Animaduertendum etiam est, vt ea, quę dixit Baldad, certissima habeantur, non semper iniquos homines scelerum suorũ pœnas in hac vita luere, imò plerosq; vsque ad extremum vitæ diem prosperam fortunam trahere, vt in multis regibus, & principibus sceleratis sæpe expertum est. Atque adeò per multos annos genus, stirpem, familiam, & regnum suum latissimè propagare, vt his temporibus magno Christianæ Reipub. incommodo ex Othomanorum improba progenie cognoscitur. Non dubium tamen est, quin hac vel futura vita, grauissimum sit iniquis hominibus supplicium constitutum.

Quo pacto sit intelligendum sceleratos semper pœnas luere.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT. XIX.

A RESpondens autem Iob, dixit.
2 Vsquequo affligitis animã meã, et atteritis me sermonibus?
3 En, decies confunditis me, & non erubescitis opprimẽtes me.
4 Nempe etsi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.
5 At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis.
6 Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit.
7 Ecce, clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, &
B non est qui iudicet.
8 Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.
9 Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.
10 Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam.
11 Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostẽ suum.
C 12 Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viã per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum.
13 Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.
14 Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei.
15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerũt me: & quasi peregrinus fui in oculis eorum.
16 Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.
17 Halitũ meũ exhorruit vxor mea, & orabã filios vteri mei.
18 Stulti quoque despiciebant me: & cùm abeis recessissem, detrahebant mihi.
D

Abo-

19 Abominati sunt me quondã consiliarij mei: & quẽ maximè diligebam, auersatus est me.
20 Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meũ, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.
21 Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.
22 Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?
23 Quis mihi tribuat, vt scribãtur sermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro.
24 Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certè sculpantur in silice?
25 Scio enim, quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sim.
26 Et rursum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ.
27 Quẽ visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius, reposita est hæc spes mea in sinu meo.
28 Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum.
29 Fugite ergo à facie gladij, quoniã vltor iniquitatũ gladius est & scitote esse iudicium.

RESpondens autem Iob dixit.
2 Vsquequo affligitis animã meã, & atteritis me sermonibus? Idest, quibus mihi conuitium in iuria facitis, & meos grauissimos dolores reiteratis. Quod hominum genus vehementer molestum erat Dauidi dicenti, Inuerantur confusione, & reuerentia, qui maligna cogitant super me. Psal. 34.
3 En decies confunditis me, Numerus finitus pro infinito, id est, sæpe eisdem mei sermonibus confunditis, sæpe eadem repentẽtes. Eodem numero finito pro infinito

vsus

Apoc. 2. Genes. 3.

vsus est Ioannes in Apocalypsi, Habebitis tribulationem diebus decem, id est, Multis diebus. Et Iacob in Genesi, Immutasti mercedem meam decē vicibus, id est sæpe. [*Et non erubescitis opprimentes me,*] Quòd opprimentes dicit Hebraicè est הכבירו tacheru, quod verbum hoc tantùm loco reperitur, & propterea ignotæ significationis esse videtur: nam variè exponitur. Septuaginta eodem ferè modo, quo vulgatus interpretantur ἐπικεῖσθε incumbitis in me. Chaldæus autem è נכר alio verbo deductū esse putauit, quod cognoscere significat. Nā ita conuertit הא תשתדרון עלי nisi temere hū cognoscitis, id est, cōfunditis me, cùm meā inculpatam vitam cognoueritis. Quidam Hebræus in commentarijs הלא תגעידון talhigu subsanabitis. Alij admiramini de me, declarant, alij indurati eritis mihi. Quacūque ratione exponatur in humanitatem significat amicorum erga Iob.

4 *Nēpe & si ignorauī mecum erit ignorantia mea.* Id est malo ignorantiæ meæ dānum ferre, quàm tam grauibus sermonibus à vobis erudiri, quibus irritatus forte in tantis malis animū despōdebo, & ad eā desperationē compellar, ex qua longe maius vulnus, quàm ex hac ignorātia accipiam. Et quidē existimo satius esse ignorare, quā ab imperitis doceri. Nā pro vno, quē tollāt errore, multos alios, & fortè magis pernicioſos incutiunt. Vnde narratur de Isocrate eos nullatenus instituere voluisse, qui ab alijs primùm fuissēt instituti. De huiusmodi magistris Iacobū dixisse puto. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Scientes quoniam maius iudicium sumitis. Huic loco Septuaginta viri subiecerunt, id in quo Iob in hac disputatione

Satius ignorare quā ab imperito doceri.

Iacob. 3.

ne errasse, & ignoranter feciſſe videtur: quod neque in Hebræo, neque in Chaldæo, neque in vulgato interprete est. Summopere vero animaduertendum est, λαλῆσαι ῥῆμα ὃ οὐκ ἔδει πάσῃ ῥήματα μὲν πλανᾶ τοὺς καὶ οὐκ ὀρθῶς locutum fuisse verbum, quod minime decet, verba verò mea errant, & nō in tempore. Certū enim est Iob errasse verbis non ita modestis faciendis, cùm diceret cum Deo velle de sua innocentia experiri, id quod ipse vltimo capite fatetur dicens, Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meā, Audi, & ego loquar, interrogabo te, & respondemihi. Quod Septuaginta viros apposuisse dico, vt significarent non adeo hunc errorem grauem fuisse, vt antiquius ei nō esse deberet in eo versari, quàm amicis integram suam vitam damnantibus, & contumelijs afficientibus consentiri, vt ipse Iob mox dicit.

5 *At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis.* Id est mihi in tanta calamitate insultatis, & probare conamini me culpa mea in tāto opprobrio versari. Similem hostium suorum insultationem Dauid pertulisse videtur, cùm de illis dicit, Tentauerunt me, subsanauerunt me subsanatione, frēduerunt super me dentibus suis. Quod [*erigimini*] dicit, In Hebræo est, תגדיל higdilu, magnificatis, quod quidam interpretantur, Magnificatis errorem, scilicet meū. Sed melius, vt intelligamus, Magnificatis vos ipsos, me vicisse putātes. Quare rectè vertit vulgatus [*erigimini,*] quam sententiam etiam Septuaginta reddiderunt.

Psalm. 43

6 *Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me.* Status est causæ suæ, de quo tota cum amicis cōtrouersia erat, idest, Non merito meo tantas mihi pœnas impoſuit.

impoſuit. Sicut in principio dixit reſponſionis ſuæ, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram me rui, & calamitas, quam patior, in ſtatera. Quaſi arena Iob. 6. maris, hæc grauior appareret. Et cap. 10. Dicam Deo, Noli me condemnare, indica mihi, cur me ita iudices, Iob. 10. Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me? Illud autem [*non æquo iudicio afflixerit me*,] mitius in Hebræo ponitur, עורתכי hiuetani peruertit me. Et ita trāſferunt Septuaginta viri, Dominus eſt τιμωρός contur bans. [*Flagellis ſuis me cinxerit*,] id eſt, ſupplicio conſtrin xerit. Quòd [*Flagellis ſuis*,] dicit, in Hebræo eſt מצורו mezudo, quod hoc tantum loco ſub hac forma reperi tur. Quare variè declaratur, in eandem tamē, quam ex plicui ſententiam. Chaldæus, & Hebræi Rete eius inter pretantur, ſicut מצודה mazuda eiuſdem radicis ſub alia forma, appoſitēq; in verbum cadit Cinxerit, quòd retis potiuſquàm flagelli eſſe videtur. Septuaginta ta- men auctores nō cum. ר. ſed cum. ד. nomen legiſſe vi- dentur, facilēque vna pro alia irrepſiſſe poterat. Nam ὀχύρωμα munitionem conuerterunt à מצור mazor, quod Hebræis munitio eſt. Sententia verò eadē eſt, ſiue Rete, ſiue Munitionē cōuertamus, id eſt me doloribꝰ, & anguſtijs ita intercluſit, vt ſubterfugere nō poſsim. Sicut verſu .8. ſtatim dicit, Semitā meā circūſepſit.

7 *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet*, Id eſt, dolore cla mare cogor, nemo tamen me reſpicit, nemo audit, aut auxilium fert. Deus me peruertit, amici calumniātur atque cōdemnāt, quò igitur me vertam neſcio. Quod [*vim patiens*,] dicit, in Hebræo eſt חמס hamaç iniqui- tas aut falſitas. Id eſt, clamabo iniquitate vel falſitate oppreſſus, vt interpretatur vulgatus, vel vt alij voci-

ferabor

ferabor iniquitatem, & falſitatem: id eſt. Iniquitate, & falſitate ab amicis circumuenior dum culpam in me conferunt, & me criminum accuſant ur, quæ nūquàm commiſi. Verumtamen illud Vociferabor longè ali- ter reddunt Græci γελάω rideo, quia non per. ע. ſed per. ח literæ, licēt figura diſsimiles, prolatione tamen ſimilli mæ verbum legiſſe videntur: verbum autem Hebræum per. ח. ſignificat ridere. Illud autem, Et ne- mo audit, illi transferunt οὐ λαλήσω non loquar. Vul- gare enim eſt verbum Hebræum ענה hana & loqui, & reſpondere Hebræis ſignificare, idemque eſſe ne- mo audiet, vt vertit vulgatus, & nemo reſpondebit, [*Vociferabor, & non eſt, qui iudicet*,] Id eſt, ſi querar ini- quo me iudicio opprimi, non eſt qui iuſtum mihi red dat iudicium, cùm Deus ad quem ab hominibus dam natus prouoco, mihi etiam iratus ſit. Ex Deo enim vi ri ſancti hominum temerarijs ſententijs, & nefarijs contumelijs vexati æquum iudicium quærūt. Quod quandiu non exereet, ſed inimicos inſultare, & poten tia in eos valere permittit, ſibi iratum, & infenſum ar bitrantur. Quocirca dicebat Dauid, Exurge Deus iu dica cauſam tuam, memor eſto improperiorum tuo- rum eorum, quę abinſipiente ſunt tota die. Cauſa ve- rò, & improperia Dei ſunt, quæ virum ſanctum attin gunt: cùm ipſe ſe Dei patrocinio cōmiſerit, in eoq; ra- tiones omnes ſuas collocauerit. Totius autem huius verſus ea eſt apud Septuaginta auctores ſententia, Siue taceam ridens, atque contemnens contumelias quibus afficior, ſiue clamem Dei æquitatem implorans, non eſt, qui faciat iudicium. Verba verbis aptè etiá reſpon dere iam docuimus.

Boni contu melijs affe cti ex Deo æquum iu diciū quæ- runt.

Pſal. 73. Imprope ria viri ſan- cti ſunt im properia Dei.

Semię

Universidad de Deusto Biblioteca

8 *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in cal le meo tenebras posuit.* Narrat per aliquot versus, & amplificat calamitates suas, id est, Deus ita me miserijs, & ærumnis obruit, vt emergere, & respirare nō possim, non est, quò confugiam, aut vnde aliquam consolationem accipiam, aut leuationem vllam expectē. Simili tropo vsus fuit Hieremias dicens, In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Concluſit vias meas lapidibus quadratis, semitas meas subuertit. Sequitur autem. *Thren.3.*

9 *Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.* Gloriam, & coronam idem hoc loco significare puto, diuitias, fortunas, & splendorem domesticum, vt dicit Salomon in Prouerbijs, Corona sapientium diuitiæ eorum. Vel fortè coronā dixit, vt regnum inueret. Satis enim probabile est regē fuisse, eius enim amici reges, vt diximus in principio, in Tobia vocantur. Quidam Hebræus in commentarijs dicit, Coronam filios significare: quia dicit Salomō in prouerbijs, Corona senum filij filiorum. Omnia quadrant. *Prouer.14* *Prouer.17*

10 *Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam.* Sæpe diximus Iob de sua salute desperasse, quod natura recuperari non posse videbat, id quod hoc versu significat.

11 *Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostē suum.* Quòd dici non potest, quantum exanimet, quantoque dolore conficiat viros bonos, cum tam immensam Dei potentiam sibi infestam esse videant, & eius à quo opem, & auxilium in rerum angustias compellabant. Ita etiam dixit Hieremias, Tetendit arcū suum *Thren.3.*

suum, quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis.

12 *Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viā per me, & obsederunt in gyro tabernaculū meū.* Latrones vocat, maxima illa pericula, & extrema penè discrimina sibi à Deo illata: vt patet ex versione Græcorum πρόσκαιρα tentationes vertentium, quæ in illum omni impetu simul incurrentes, vndique illum ita obsederunt, vt nihil mali vitare poterit. Idē significauit Dauid dicēs, Super me cōfirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Et Hieremias, Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. *Psal.87.* *Thren.3.*

13 *Fratres meos longè fecit à me, & noti mei, quasi alieni recesserunt à me.*

14 *Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant obliti sunt mei.*

15 *Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerūt me, et quasi peregrinus fui in oculis eorū.* Optimè hominum ingenium ob oculos ponit, & qua ratione mortales amicitiam, & beneuolentiam quam frequenter vsurpant, & de qua gloriari solent inter se colant, vt discamus ab hominibus spes omnes nostras abducere, & in Deo ponere, sapiēterque Ecclesiasticū dixisse, Nō agnoscetur in bonis amicus, in tristitia, & in malitia illius amicus agnitus est. Quia, vt quidā Poeta dicit. *Eccli.12.*

Tempore felici multos numerabis amicos.
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Admodū enim pauci homines virtute, sed omnes ferè vtilitate dirigunt amicitias, ex cōmunicationeq; vtilitatum, vt dicebat Æschines orator, fiūt inter eos amicitię. Ex quo vsu venit illud, quod dicit Ecclesiasticus, Fallax hominū amicitia. *Eccli.37.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis amicus dicit, ego amicitiam colo, sed est, amicus solo nomine amicus, Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore afflictionis aduersarius erit. Aristoteles etiã hac ratione puto ductus dicere solebat ὦ φίλοι φίλοι οὐδεὶς φίλος amici amici nemo amicus. Et ob eã rẽ Christus meritò suos Apostolos amicissimos esse duxit, eorũ ita constantiã cõmendans, Vos estis, qui permãsistis mecũ in tentationibus
Luc. 22. meis, Nõ ita Paulo Apostolo accidit dicenti. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerũt, non illis imputetur. Dns autẽ mihi astitit, &
2. Timo. 4. cõfortauit me. Quare ad Dei nos amicitiã cõferamus, quia licet ab omnibus alijs per fidẽ deseramur, nobis tamen semper aderit. Ad idem declarandum pertinet, quod sequitur.

26 *Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.* Facilèque intelligitur. Suæ enim, potiusquàm hero, seruiebat vtilitati, qua sublata, difficile homines huiusmo in officio contineas.

18 *Halitum meum exhorruit vxor mea*, quod fœtidus fortè & graue olẽs propter morbum esset. Sed quòd exhorruit dicit, in Hebræo est זרחה zara. Quod variè explicatur. Chaldæus, & quidã Hebræus in cõmentarijs alienum declarant, ex radice זור zur, id est, Vxor mea me alienum duxit. Hanc fortè significationem vulgatus secutus, Exhorruit, conuertit. Si vero radix sit ipsum זרה zara, quod circuire, & circundare inter alia significat, possumus vertere, Spiritus meus circundedit vxorem meam, id est, Precabatur illam, & vt ad me accederet, obsecrabat. Et propterea Septuaginta transferunt καὶ ἱκέτευον τὴν γυναῖκα μου & suppli-

supplicabam vxori me. Cùm viri sit imperare, & vxoris obedire, vt Paulus auctor est, Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris. Sed in aduersa fortuna ita conturbantur, & confunduntur omnia, vt neque caput nec pedes. [*Et orabam filios vteri mei.*] Locus est obscurus. quoniam quos filios orasse dicemus? cum primo capite narretur omnes eius filios domus ruina periisse. Quare Græci vertunt προσεκρουσάμην δὲ καλακεύων υἱοὺς παλλακίδων μου blãdiens verò vocabam filios concubinarum mearum. Fas enim erat olim viris plures vxores ducere. Nam plures habuit Abraham, & Iacob, eratque lege veteri permissum. Concubinæ vero vocabantur inferiores vxores, quæ thori tantùm participes erant, non autem æqualis mensæ, neque eorum filij hæreditatis. Septuaginta igitur ita hoc & primum caput conciliant, vt primum caput de filijs principis vxoris intelligatur, hoc verò de filijs concubinarum, quos remansisse putant. In Hebræo tamen est לבנך בדלתך libne betni, quod ita quidam Hebræus explanat, Orabam scilicet, vxorem meam pro filijs suscipiendis, id est, orabam, vt mecum rationem haberet ad filios procreandos, quo accepta restauraretur iactura. Potest etiam facilius exponi, si prius intelligamus articulum ל seruientem datiuo iurantis etiam esse apud Hebræos. Et ita quidam non indocti Hebræi explicant illud Esaiæ. 8. quo loco idem est articulus, Ad legem magis, & ad testimonium, Per legem, & per testimonium. Orabam ergo atque precabar vxorem meam per filios, quos habuimus. Alij putant filios vteri vocare eos seruos

Ephes. 5.

Aduersa fortuna omnia conturbar.

Esai. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos vnicè diligebat, vt dicit Ecclesiasticus, Si est tibi
Eccli. 31. seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic
cum tracta. Quoniam in sanguine animæ comparasti
illum. Eademque de causa filios vteri eos poterat ap-
Proner. 17 pellare. Dicit etiam de seruo Salomon, Seruus sa-
piens dominabitur filijs stultis, & inter fratres heredi-
tatem diuidet. Literis etiam sacris consignatū est quá
Genes. 15. charus fuerit Abrahamo seruus eius Eliezer, vt filium
c. 24. cum suum vocauerit, & heredem facere, cùm liberis
careret, putauerit. His igitur omnibus modis hic locus
subobscurus illustrari, & declarari potest. [*Stulti quoq; dispiciebant me,*] Merito stulti vocantur, qui alium ea so-
lùm de causa despiciunt, quòd calamitate sit afflictus
Eccli. 11. cū bonis, & iniquid eque possit accidere, dicente præ
sertim ecclesiastico, Ne spernas hominem in visu suo.
Breuis in volatilibus est apis, & initiū dulcoris habet
fructus illius. Septuaginta transferunt οἱ δὲ εἰς τὸν αἰῶνα
μέ ἀπεπομίσαντο Ipsi autem in seculum me abiecerunt.
Sentētia eadem est, sed si verba verbis cōferamus, diffi
cilior versio est. In Hebræo est נְעָרִים hauilim quod
pueros, iniquos, & stultos significat, sublato tamen
vtroque ו. & alijs punctis: nam hæc omnia adesse, &
abesse possunt, vt de literis quiescentibus, & punctis
sæpe diximus, sublato igitur vtroque ו. seculum signi
ficat, vt interpretationi Græcorum cohæreat. Vel pos
sumus dicere, οἱ ipsi pueros eos referre, quos superio-
ri versu filios vocauerat, & ita relatiuum loco antece-
dentis Græcos posuisse. [*Et quū ab eis recessissē detrahebat mihi.*] Hoc etiam stultorū est, & eorum, qui temere de
spiciunt absentis dignitati detrahere. Quod valde mo
lestum erat etiam Dauidi, & in malis, & incommodis
eius

eius ab eo numeratur, Aduersum me susurrabant
omnes inimici mei. In Hebræo ad verbum est, Sur-
gebam, & loquebantur de me. Quod quidam expo-
nunt honorificè pueris iniquis, & stultis assurgebam,
& ipsi gratiam referebant detrahentes mihi. Sed me-
lius est Surgere in eam partem accipi, quam accepit
vulgarus Surgebam (inquam) vt ab eis recederem.

19 *Abominati sunt me quondam consiliarij mei.*] Id est, qui
mihi erāt à consilijs, & quibus aliquādo maximè fide
bam. Ecce alia humanæ societatis experientia, &
quàm sit infirmum præsidium cognoscemus. Hoc
idem expertus est Dauid, qui ait, Amici mei, & pro-
Psal. 7. ximi mei aduersum me appropinquauerunt, & stete-
runt. Et qui iuxta me erant de longè steterūt. [*Et quem maximè diligebam aduersatus est me.*] Ecce alia, quod & ac-
cidit Dauidi dicenti, Etenim homo pacis meæ in
quo speraui, qui edebat panes meos, magnificabit su-
Psal. 40. per me supplantationem. Christus etiam ab Apostolo
suo hostibus suis crudelissimis proditus fuit, tan-
tis igitur exemplis instituti, illud Ecclesiastici Satis
prudens esse consilium intelligemus. Ab amicis tuis at
Eccli. 6. tende.

20 *Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* Eandem sen-
sentiam, & Hebræus & interpretes omnes cl. ssici
expressērunt, Extrema sum macie confectus, diuersa
tamen ratione dicendi vnusquisque vsus est. Nam
Hebræus si verbum de verbo vertamus, ita habet,
Pelli, & carni meæ adhæsit os meum, & cuasi cum
cuti dentium meorum, id est, Ea tantùm cutis mea
non est tabe consumpta, quæ est circa dentes meos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est que Hebræa phrasis ad maciē summā significandā Os carnibus adhærere, vt cognoscitur ex psalmo. 101. A voce gemitus mei adhęsit os meum carni meæ. Vulgatus autem id clarius reddere volens, intelligens fieri non posse, vt cutis adhæreret ossibus, nisi consumpta carne, quæ interiecta est, transtulit [*Consumptis carnibus*] Item cutē circa dentes labia esse duxit: & propterea reddit, Derelicta sunt tātummodo labia, &c. Græci verò obscurius hoc totum verterunt. Nam primò aliter, quàm Hebræus, & vulgatus versum diuiserunt accētum Athna, qui Latinis est colum, nō sub Os meum, sed sub Adhęsit collocātes: deinde עצם hazmi plurale esse voluerunt, quod eisdem consonantibus, alijs tamen punctis, vt hazmai dicamus esse potest. Ita ergo primam versus partem intellexerūt, In pelle, & in carne mea adhæsit, tabes scilicet, vel putredo. Et propterea paraphrasi vertētes traduxere ἐν δέρματι μου ἐσάπη σὰρξ καὶ σάρκες μου, in pelle mea putruerūt carnes meæ. Secundam verò versus partē ita intellexerūt, Seruaui ossa mea in dētibus meis, id est, Omnia ossa mea cōsumpta vel putrefacta sunt, præterquàm dētes, ita trāsferēntes τὰ δὲ ὀστᾶ μου ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται ossa mea in dentibus habentur, id est, nulla mihi ossa illęsa reliqua sunt, pręterquàm dentes.

21 *Miseremini mei, miseremini mei, saltē vos amici mei, quia manus Dñi tetigit me.* Idest, me Deus supplicio affecit, est autē boni, & Christiani hominis miserari casū, & calamitatem eius, in quē Deus animaduertit. Contrà verò est valde acerbum, & immane, id, in quo suos amicos Iob statim reprehendit, dicens.

22 *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?*

Dei enim est pœnis mulctare ac supplicio coercere, quia iudex, & quia pater est, sed cū id officij munus non faciat ad stomachū eius, ingrati sunt vehementer ei, qui in hac re operā ei suā subministrāt, quibus, & Dauid mala imprecatur dicens, Quoniā quē tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderūt. [*Carnibus meis saturamini,*] ratio est, dicēdi ad corū nimiā acerbitatē, & crudelitatē significādā, qui cū eius dolores consolationibus subleuare deberent, augebāt cōuitijs. Hāc dicēdi rationē ita explicant Septuaginta interpretes ἀπὸ δὲ σαρκῶν μου οὐκ ἐμπίμπλασθε, & carnibus meis non saturamini. *Psal. 68.*

23 *Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro.*

24 *Stylo ferreo, vel plūbi lamina, vel certè sculpantur in silice.* Id est, Nam quod efficere sermonibus vestris conamini, vt mę orationis meę, & meorum dictorū pœniteat, tantum abest, vt aliquid proficiatis, vt potius à vobis irritatus, quòd rem apertissimam negetis, optarem, vt sempiterna eorum relinqueretur memoria, & ne comprimi possent in aliquo libro scriberentur, vel potius in tabulis plumbi, vel silicis stylo ferreo sculperentur. Non enim debet constans, & magnus vir vlla ratione ab optima abduci sententia. Sed hoc loco minimè prætereundum censeo, quanta liberalitate, & magnificentia Deus sancto Iob in votis, & optatis occurrit: optabat ipse, vt in silice aut plumbi lamina verba sua scriberentur, ne vlla vnquàm deleretur obliuione, at lōgè meliore ratione id à Deo pręstitum fuit. Nā post tot seculorū ætates ita frequēti totius ecclesię vsurpatione celebrata sūt, vt eorū memoria

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria semper recentissima fuerit, & omnium seculorum posteritas verborum eius immemor non erit.

25 *Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum.* Hic versus cum duobus sequentibus obscurè ponitur in Hebræo, & ita in varias totus hîc locus trahitur sententias. Quidam totum intelligendum existimant de restitutione ea, qua fuit à Deo in pristinam valetudinem, statum, & dignitatem restitutus, & multis alijs beneficijs auctus. vt in fine huius libri narratur, & hanc ipse resurrectionem suam vocare. Quorum sententia mihi sanè non probatur, neque enim cohærere potest cum cæteris eius dictis. Nam sæpe, vt explicuimus, significauit de sua iam salute desperasse, neque vlla sibi requies superesse, nisi sepulchrum, vt capite septimo, Desperaui nequaquàm vltra iam viuâ: parce mihi, nihil enim sunt dies mei. Et capite decimo septimo, Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Et in fine eiusdem capitis, Putredini dixi, Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea? Cum quibus testimonijs hæc explicatio concordare non potest. Quare non dubito, quin totus locus sit exponendus de illa, quam expectamus, corporum resurrectione, vt à vulgato interprete exponitur. Hac enim se reficiebat spe, sperans tunc sui corporis incommoda perfecte resarcienda esse. Sicut capite decimo quarto dixerat, Constituas mihi tempus in quo recorderis mei: putas ne mortuus homo rursum viuet? cunctis diebus, quibus nūc milito, expecto, donec veniat immutatio mea, vocabis me, & ego respondebo

Iob. 14. Resurrectio ex mortuis.

spondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram. Hac etiam spe Paulus volebat, vt se Thessalonicenses in aduersa fortuna consolarentur, scribens eis, Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit. Ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quia igitur per Christum, vt hoc loco Paulus docet incolumes, & multis insignibus gloriæ ornati sancti viri ad vitam reuocabuntur, sanctus Iob vocat Deum redemptorem suum dicens. [*Scio quod redemptor meus viuit.*] In quo magnopere considerandum est, quo animo sancti viri erga Deum sint, vt eum nunc redemptorem suum appellet, quem proximè hoc eodem capite hostem suum appellauerat. Ita enim fit, vt viri sancti pœnis affecti, in illius clementia spem suæ salutis ponant, quem aduersum se iratum sentiunt, & ipsius auxilium implorent, à quo opugnari cognoscunt. Ita Hieremias eodem capite à nobis proximè citato, quo Deum velut inimicum factum esse dixerat, monet dicens, Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, &c. Ita Dauid in psalmis sæpe supplicem se ad eum conuertit, cuius in se grauissimas iras experiri dicit. Nunquam enim Deus tanta in aliquem, dum hanc mortalem vitam agit, accenditur ira, vt non latissimum clementiæ locum relinquat. Quod [*viuit*] dicit proprium Dei est, vt viuat semperque sit. Quod leuat sperantes in eo, & in quo verus Deus à dijs gentium distingui tur. Quoniam hi dij mortui sunt. siquidem non possunt opem ferre rogantibus. Sicut dixit Esaias, Pro vi

Thess. 4

Boni auxilium Dei implorant, a quo oppugnari cognoscunt. *Esai. 8.*

uis â mortuis? incommodo eos vrgens, qui ex illis responsa querebãt. Et propterea in sacra scriptura sæpe pij viri iurant dicentes, Viuit Deus, Viuit Dñs Quod dicit, [*Et in nouissimo die de terra surrecturus sum.*] Id est, in fine seculorum, quando viuis & mortuis est iudicium redditurus me â mortuis, & ex sepulcro excitabit, vt sicut ipse, Viuit ita ego, qui in illo speraui, corpore, & animo viuam. Sed Hebræa, si verbum de verbo red dãtur, variãt, ita enim habent וא חרון על עפר יקום ueaharon hal hapar iacum, nouissimo super puluerẽ surget. Varietas autem in eo versatur, quòd verbum [*resurrecturus sum.*] In Hebræo est tertiæ personæ יקום resurget, illud autem in nouissimo die, in Hebræo est Nouissimo tantùm, potestque per nominatiuum conuerti. Quare in aliam sententiam à quibusdam hic locus declaratur, id est, nouissimus (Redemptor vide licet meus) super terram consurget, id est, cæteris intereuntibus, ipse perpetuo consistet, vt sit explicatio vitæ Dei, cùm dixisset, Viuit. Quæ explicatio mihi certè non placet. Nam hic locus de sententia piorum, & doctissimorũ virorum est de [*Resurrecturus.*] ne, vt diximus, non de restitutione Iobi intelligendus. Quòd verò tertiæ personæ verbum resurrecturus sit apud Hebræos. Primùm animaduertendum est, primam & tertiam personam futuri distingui ab Hebræis per .א. radici apposita, quod facit primam personam, & per .ת. quod facit tertiam. Literæ autem אהוי aeui, quas quiescentes vocant inter se permutantur, vt tradunt Grammatici, & nos hoc libro sæpe diximus. Quare potuit .א. esse pro .ת. in exemplo interpretis vulgati. Deinde vt verbum tertiæ personæ

personæ sit, de eius non liquet suppositio, neque possunt vllo modo illi probare Nouissimũ, aut Redemptorem esse suppositum. Nam Chaldæus doctissimè quidem פרקנה purcane redemptionem eius verbi suppositum esse sensit, & illud אחרון aharon Post hæc interpretatus est, על עפר hal hafar verò, Super terrã, quod vulgatus è terra ille עלי halai Super me paraphrasi reddit, alludens ad puluerem ex quo homo factus fuit, vt est in Genesi, & in quem post mortem redibit, & ex quo rursus per resurrectionem restituendus est. Ita ergo Chaldæus hoc traduxit, & post hæc redemptio eius consurget super me, Id est, Postquàm hæc mihi calamitas vitam abstulerit, ipse me à mortuis excitãdo restituet, vt hęc illa sit immutatio, quam capite decimo quarto Desiderare dicebat. Habet ergo versio Chaldæa eandem, quam vulgata nostra sententiam. Septuaginta verò interpretes aperte locum de resurrectione intelligunt. Nam ita conuertunt οἶδα ἐγὼ ὅτι ἀναιρεῖ ἕως ὁ ἐκλύων με μέλλων ἀφι γῆς ἀνασῆσαι τὸ σῶμά μου τὸ ἀναπλάσαν τοῦτο scio, quòd æternus sit à quo soluendus sum; & à quo excitanda est pellis mea, quæ tolerat hæc. Sequitur autem.

26 *Et rursum circundabor pelle mea.* Pars pro toto, pellis pro corpore, id est, Postquàm animam efflauero, rursum ad corpus redibo. Quod verò Circundari dicit Paulus dixit, Induere, Corinthijs scribens, Oportet corruptibile hoc induere corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Sed in Hebræo id obscurè tradi tur, difficilèque posse nonnulli putant editionem Latinam ad Hebræa verba accom- 1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

commodari. Difficultas autem posita est in verbo, [*Circundabor,*] cui in Hebræo respondet נקפו nicephu, quod est numeri pluralis, & actiuam verbum, vt placet Hebræis à verbo נקף nacaph, quod frangere, & conterere est, & ita locum explicant ex Hebræoque conuertendum existiman, Et præter pellem meam contriuerunt hoc, id est, Vermes, vel morbi, aut dolores mei non solùm pellem, sed etiam ossa & carnem attriuerunt. Quod totum vel contemnens, vel quia illud (vt dicunt) manu indicabat, illo pro nonomine demonstrante זאת zot significauit. Sed aptior est vulgata versio facilèque potest ad Hebræa verba accommodari, sic vt verbum נקפו nieephu non sit à נקף nacaph, sed à היקף iacph, vel קוף coph quæ sunt circundare, vel circuire, sitque in voce passiua. Quod si. ד. vtrumque verbum requirit, diximus sæpe iam deesse posse, quòd sit litera quiescens. Tunc ad verbum ita locus reddi poterit, Et rursum pelli mea hæc circundabuntur, subaudi, ossa mea vel artus mei. Quæ sententia nihil differt ab ea, quam reddidit vulgatus interpres, quæ placuit etiam Chaldæo interpreti. Nam hanc huius loci paraphrasin edidit רמין בחר דאתפח מעכד ורא דא umin batar de itapah msei rehe da. Et postquam inflata fuerit pellis mea, erit hoc. Inflabitur, autem pellis, cùm artus, & ossa totumque corpus (vt expositit vulgatus) circunderit. Septuaginta verò interpretes liberiori illa paraphrasi, quam diximus, vsi sunt, Pellis mea, quæ tollerat hæc. In qua reddenda verbum נקף nacaph Contriuit, spectasse videntur, intelligentes pelem meam, quam hoc modo morbi attriuerunt.

Et

Et propterea, Quæ tollerat hæc, conuerterunt. [*Et in carne mea videbo Deū.*] Id est, Postquàm à mortuis excitatus fuero, & carne indutus ac circundatus mea videbo Deum, quod nulli mortalem vitam agenti, contingere potest, dicente Deo, Nō videbit me homo, & viuet. Sed qui, Et contriuerūt verbum נקפו nicephu interpretati sunt, ita hoc explicāt, Ex hac mea carne contrita videbo Deum, Id est, Facilè cognoscere possum hæc vulnera mihi à Deo inflicta fuisse. Quam explicationem Septuaginta secuti fuisse videntur, quòd illam (vt diximus) verbi significationem spectarunt. Ita enim hunc locum trāsferunt παρα γαρ κυριε ταυτα μοι συντετελεσται. Hæc enim à Domino mihi confecta sunt. Chaldæus tamen eodem modo quo vulgatus hunc locum traducit, quia etiam eandem, quā ipse verbi נקפו nicephu significationem secutus fuit. *Exod. 33.*

27 *Quē visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt.* Consolatur se illius dici memoria, quo Deum æquissimum innocentiæ suæ iudicem videbit, & propterea tam expressam illius spectationis mentionem facit. Quòd dicit, [*Quem visurus sum ego ipse,*] in Hebræo ad verbū est, Quem ego videbo mihi, idest, commodo meo, quia mihi aderit meque à temerarijs hominum iudicijs vindicabit, Septuaginta tamen interpretes ita conuertunt ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνεσυσαμην καὶ ὁ ὀφθαλμός μου ἐθεασατο καὶ οὐκ ἄλλος, quæ ego cognoui, & oculus meus vidit, & non alius, idest, Intellexi Dei summa potentia tantam mihi cladem fuisse conflatam, sicut de se afflicto dixit Dauid, Hæc mutatio dexteræ excelsi. Vtranq; expositionē Hebræa capiunt. [*Reposita est spes mea in sinu meo.*] Id est, Cæteris rebus meis amissis, hæc *Psal. 76.*

spes

Universidad de Deusto
Biblioteca

spes mihi reliqua est, qua me in tantis malis sustento. Hanc spem feciſſe puto, vt vellet Iob verba sua in silice (vt dixit) sculpi, ne vnquàm expungerentur, quousque in æquum venirent iudicium. Sed Hebræa longè diuersa esse videntur. Nam sic habent si verbum de verbo vertamus, Consumpti sunt renes mei in sinu meo. Et ita vertit Chaldæus, & Hebræi interpretantur, & verba singula, & totam sententiam, id est, nunc verò me contumeliæ vestræ discruciant, & acriter torquent. Sicut eadem phrasi dixit Dauid, Quoniam inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, Quo loco pro renibus idem quod hîc in Hebræo ponitur verbum, כִּלְיוֹת celaiot, vt ex vulgati sententia renes hic possimus explicare. Sed animaduertendum est, hoc nomen ab Hebræis duci ex verbo כָּלָה cala, quod præter alia desiderare significat, itaque renes Hebræi quasi desideria vocant, quòd in renibus (inquiunt) vis est desiderij coitus. Vulgatus ergo interpres propriè nomen intelligendum putauit, & ex ea significatione enunciationem ita explicasse videtur, Perfecta sunt omnia desideria mea in sinu meo, id est, omnia desideria mea in ea spe vertuntur, quam habeo videndi redemptorem meum. Quæ sententia in illis verbis est, Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Eodem etiam modo locum hunc Septuaginta intellexisse videntur, nam ita conuerterunt πάντα δέ μοι συντετέλεσται ἐν κόλπῳ omnia mihi in sinu consummata sunt. Id est, Mihi certum, & exploratum est in has omnes miserias me Deum impulisse, vel omnia mea desideria

Psal. 72.

sideria in eo cõsummata sunt, quòd Deus excitet pellem meam.

28 *Quare ergo dicitis? persequamur eum.* Redit ad propositũ, vnde digressus est. Dixerat enim amicis. Quare persequimini me, sicut Deus. Cũ verò nũc ait, [*quare dicitis,*] deliberationem, & decretum illorum in eo persequendo significat, quod erat longè deterius, & iniquius, quàm si fortè, & temerè cum eo contenderent. Erat etiam graue peccatum, quòd non vt veritatem defenderent aut exquirerent, sed vt Iob infesti essent, cum eo disputationem instituerant. Simileque hoc consilium est eius, quod narratur in sapientia viros improbos suscepisse dicentes, Et cogitantes apud se non rectè, opprimamus pauperem, & iustum. Ac rectè eos increpat, [*Quare*] dicens, cùm frustra, & sine causa huiusmodi consilium inierint. Sicut etiam traditur in prouerbijs, Si dixerint abscondamus tendiculas contra insontem frustra. [*Et radicem verbi inueniamus in eo,*] Optimè impiorum consilium in viro pio circunuemendo declarat. Vt quoniam in eius inculpata vita quid accusent, aut reprehendant, non inueniunt, ad eius verba exploranda conuertantur, in quibus facilior est calumnia: quòd in diuersas sententias eadem verba interpretari possumus. Et ita in Sapientia vbi impiorum de pijs hominibus opprimendis cõsilium narratur, illorum nomine dicitur, Videamus si sermones illius veri sint. De sacerdotibus etiã, & scribis hostibus Christi scribitur â Luca, Miserunt insidiatores, qui se iustos simularẽt, vt caperent eum in sermone. Et cũ falsa aduersus eũ testimonia quererẽt, vt illũ meritò cede indignissima mulctare vi-

Sapien. 2.

Prouer. 1.

Sapien. 2.

Luc. 20.

In verbis hominis pij quæritur iupij occasionẽ perdi illum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re viderentur,ad verborum calumnias confugerunt: sermones eius in aliam longè diuersam partē accipientes. Hîc dixit(dicebāt)possum destruere templū Dei, Matt.26. & in tribus reędificare illud. Iniquorum ergo hominū amici Iob rationem ineuntes dicebāt, Radicem verbi inueniamus in eo. Sed quod[*Inueniamus*,]dicit, in Hebræo est נמצא nimza,quod potest etiam passiuū præteritum esse,& ita Hebræi interpretantur inuenta est. Illud autem[*in eo*]in Hebręo est בו bi in me,ita igitur totum locum declarāt,Radix verbi inuenta est in me, Id est,Me persequi non debetis,cùm certissimis firmissimisque fundamētis verba mea nitantur, hoc est,Certissima resurrectionis spe recreatus, cupio mortalem vitam ærumnis plenam deserere. Quæ interpretatio licēt non sit inepta,non est tamen aptior,quàm ea,quę à vulgato reddita est. Nam נמצא nimza prima persona etiam est futuri pluralis. Quòd verò nunc Hebræa בו bi in me habent, diximus iam hoc libro,& pluribus in Zacharia nostro.c.5.de sententia diui Hieronymi.ו.&.ו.literas esse valde similes, quòd non figura, sed magnitudine differant,ex quo accidit, vt vna pro alia facilè in libris sacris obrepat. Cum.ו. autem significat[*in eo*,]& ita etiam Chaldęus legebat,nā[*in eo*]vertit,&[*inueniamus*,]sicut vulgatus Latinus. Eodē etiā modo Septuaginta conuertunt καὶ εὕρωμεν λόγον ἐν αὐτῷ,& radicem sermonis inueniemus in eo. Cū ergo tres tam locupletes interpretes eodem modo legerint,satis probabile est non minus germanam illā, quam hanc,quæ nunc in manibus habetur fuisse lectionem. Sed variāt Septuaginta auctores. Nam illam primam huius versus partem. [*Quare dicitis persequamur*

mur eum,] ita conuertunt διὰ τί καὶ ἐρεῖτε τί ἐρούμεθα ἔναντι αὐτοῦ διὰ τί si autem dicitis quid coram eo dicemus? Quare genus persecutionis mihi explicasse videntur, quæ verbis,& acerbis reprehensionibus erat.

29 *Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatem gladius est.* Gladius per synedochen supplicium est,idest,Cauete supplicium Dei,quo iniquitates vleisci solet. In Hebræo est,Ira iniquitatum gladius est,idest,Simul atque Deus irascitur iniquitatibꝰ,eas punit. Alij verè homines non semper iram suā expromere possunt:Deus autem cùm sit omnipotens,simul atque irascitur,iram expromit,pœnas reperēs. Ita in sacra scriptura ira Dei ab eius supplicio non distinguitur,neque vnquàm iratus esse dicitur,nisi quādo supplicio afficit. Quocirca dicit Dauid,Deus iudex iustus fortis,& patiens, nunquid irascitur per singulos dies?quasi diceret,Nō,quia patiens,& fortis est,cùm tamen per singulos dies ęgre ferat homines iniquos,quoniam tamē eos non punit, irasci per singulos dies non dicit. Nisi tamen frugisiāt irascetur,id est,puniet:& propterea Dauid loco Puniet,Irascetur posuit, quod idem esse putauit, id quod ipse declarat adiungens,nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit,arcum suum tetendit,& parauit illū,& in eo parauit vasa mortis. Chaldæus,vt hāc Hebræam dicendi rationem declaret,ita hoc loco cōuertit. Quia cum irascitur iniquitatibus Deus, adducit occidentes gladio. Sequitur autem.[*Et scitote esse iudicium.*]Idest,esse,qui de mihi factis iniurijs quærat, & sententiam ferat,& reum supplicio afficiat. Quod nescire videntur iniqui,cum tam temerè,& effrenatè suas libidines expleant:ad eas verò continendas iuuenem monet Salo-

Ira Dei ab eius supplicio non distinguitur.

Iudicium Dei bonos vehemēter consolatur, quod nescire videntur iniqui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mon, vrin huius rei memoriam redeat dicens, Ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Huius etiam rei memoria bonos viros iniurijs, & contumelijs affectos vehementer consolatur. Sicut Christus significauit, cum graui accepta cõtumelia inuidis, & maleuolis suis respondit, Ego gloriam meam non quæro, est qui querat, & iudicet. Eccles. 11.

CAPVT. XX.

A RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit.

2 Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.

3 Doctrinam, qua me arguis audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.

4 Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram.

5 Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.

6 Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit.

7 Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi est?

B 8 Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.

9 Oculus qui eum viderat non videbit: neque vltra intuebitur eũ locus suus.

10 Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.

11 Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.

12 Cùm

12 Cùm enim dulce fuerit in ore eius malũ, abscondet illud sub lingua sua.

13 Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.

14 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecũ.

15 Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet C eas Deus.

16 Caput aspidum surget, & occidet eum lingua viperæ.

17 Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.

18 Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionũ suarũ, sic & sustinebit.

19 Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit, & nõ ædificauit eam.

20 Nec est satiatus venter eius: & cùm habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.

21 Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.

22 Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.

23 Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.

24 Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.

25 Eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amari- D tudine sua: vadent, & venient super eum horribiles.

26 Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis, qui non succenditur, afflictus relictus in tabernaculo suo.

27 Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.

28 Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

29 Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESpondens autem Sophar Naamathites dixit.

2 *Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi,* Id est varię res mihi succurrūt. In Hebręo id obscurius dicitur, propterea cogitationes meæ ישׁתּרנני ieśibuni, quod possumus interpretari, Respondent mihi, vt interpretatur Chaldęus, quē noster interpres secutus fuisse videtur, vel Retrahunt me, & sententiam mutare cogunt: quam interpretationem Græci auctores secuti sunt. Nam hanc paraphrasin loci huius reddiderunt ἐχ ἔτας ὑπελάμβανον ἀντιρρέπειν σε τάχυτα. Non existimaram, te hæc sic contra dicere. Quæ dixisse mihi videtur Sophar, quòd Iob tam confidenter optaret, vt sermones sui, quos ipsi refutauerant, perpetuis literis consignarentur, quòd eos tam acriter reprehenderet, & in se acerbos fuisse diceret, quòd eos Dei supplicium manere minaretur, ac denique quòd eos contumeliosius, & tanquām iniquos homines tractaret. Nec enim mihi placet, quod tradit Autor Bibliæ Roberti Stephani, hoc capite respondere Sophar ijs, quæ Iob capite duodecimo de pace, & prosperitate dixerat improborum. Nam toto illo capite, ne verbum quidem de hac re fecit, sed id capite sequenti per sequitur, vt refellat, quæ hoc capite dicit Sophar. Sequitur eodem versu. [*Et mens in diuersa rapitur,*] Id est, cùm variæ res mihi in mentem veniant nescio vnde initium dicendi summam. In Hebræo est propterea חושׁתי בד hus sibi, quod variè potest exponi nam חושׁ hus est festinare, & ita Tugurina vertit, In me festinatio existit. Quam interpretationē vulgatus secutus fuisse videtur illo modo transferens, sic enim mentis festinatio

tio aptè declaratur, חושׁ eus significat etiam sensum vnde חכמי חושׁים hames husim dicunt Hebræi quinque sensus. Quare vertere possumus, Sensus in me, est. Potestque vel ad sequentem versum referri, vt quidam volunt, id est, Sensus in me est eius contumeliæ, quam iacis in nos, vel potest ad superiorem versus partem referri iuxta interpretationem Septuaginta virorum. Id est, Cogitationes meæ retrahunt me, faciunt tamen propterea, vt cognoscam sensum in me esse, id est, rectè sentire me non esse scientia te inferiorem. Quæ explicatio Septuaginta auctoribus probatur, nam ita hoc interpretantur καὶ ἐχὶ σννίεται μάλλον ἢ ἐγὼ neque magis quàm ego scitis.

3 *Doctrinam, qua me arguis audiam.* In Hebræo acriora verba ponuntur. Doctrinam, vel reprehensionē ignominiæ meæ, id est, qua me grauiter increpans afficis ignominia. Et ita Græci traducunt παιδείαν ἐντροπῆς μᾶ doctrinam confusionis meæ. [*Et spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.*] Id est, pro me, hoc est ex ea scientia, & intelligentia, qua imbutus sum cognosco iniuria me à te ignominiosè tractari, quocirca ipsa me ad respondendum excitat, multa de quibus disserā mihi suppeditans.

4 *Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram.*

5 *Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Identidem eodem reuoluuntur amici Iob differentes de toto impiorum genere, deque pœnis à Deo illis constitutis. Ita hoc loco dicit Sophar, quòd licèt impij (hos enim intelligit cùm hypocritā dicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam est in Hebræo חנף haneph) licèt inquam impij felices habeantur, rebusque secundis floreant, & in oculis vulgi sint, citò tamen omnem illorum gloriam *Psalm.36.* esse extinguendam. Sicut dixit Dauid, Inimici verò Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient. Et in Sapien- *Sapien. 5.* tia ipsi impij ita de sua felicitate pristina loquuntur, Transierunt omnia illa tanquàm vmbra, & tanquàm nuntius præcurrens. Vt autem id intelligamus, minimè improborum gloriam metiri debemus huius vitæ exiguo tempore, quod nobis natura ad viuendum dedit: tam parua enim mensura rem tantam minimè comprehendemus. Multi enim iniqui tyranni toto suæ vitæ tempore rerum potiti sunt, & gloria magna circumfluxerunt. Sed mentem oportet in illam æterni tatẽ traducere, quæ nulla mensura circunscribi potest. Quam sibi proponẽs Dauid dixit, Mille anni ante oculos tuos tanquàm dies externa, quæ præterijt. Quod *Psal.89.* difficilè mortales rudes æternitatis, breue tantum vitæ tempus experti cognoscunt, ac sibi persuadent. Et propterea fortè Græci hunc versum interpretantes nihil de breuitate gloriæ impiorum dixerunt. Sed tantum impiorum lætitiam tristi casu, gaudium perditione esse terminandum.

Qua mẽsura sit metienda prosperitas impiorũ, vt quã breuis sit appareat

6 *Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit.*

7 *Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eũ viderant, dicẽt vbi est?* Ad idem hæc pertinẽt, & significãt nullam vel fumã gloriam, & immensas opes securos à misera ruina homines nequam reddere posse. Imo quo magis vigent, & in cælo sum, eò casu grauiori ruunt, vt auctor

ctor est Dauid dicens, Vidi impium super exaltatum, *Psalm.36.* & eleuatum sicut Cedros Libani. Transiui, & ecce nõ erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Et alio psalmo, Verumtamen propter dolos posuisti eis: *Psalm. 72* deiecisti eos, dum aleuarentur, ita verò Septuaginta viri superbiam hominis iniqui describunt ἐὰν ἀναβῇ εἰς οὐρανὸν ἡ ὑπερηφανία αὐτοῦ καὶ ἡ θυσία αὐτοῦ νεφῶν ἅψηται, si oblationes eius in cælum conscenderint, & sacrificium eius nubes attigerit. Quod est maximè notandum, id est, si Deus ei in precibus, & votis semper occurrat, omniaque ei pro voluntate concedat, transieritque, vt ait Dauid, in affectum cordis.

8 *Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.*

9 *Oculus qui eum viderat non videbit: neque vltra intuebitur eum locus suus.* Eiusdem rei amplificatio est. Quod etiam dixit Dauid, Quomodo facti sunt in desolationem? Subitò defecerunt perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium Domnine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges,

10 *Filij eius atterentur egestate.* Id est, valde egeni erunt, quæ sententia varijs modis ab interpretibus redditur propter verbum ירצו ierazu. Nam Chaldæus, & quidam Hebræi volunt duci à רצה raza placauit, voluit, & ita explicant, Filij eius placabunt pauperes, id est, Adeo egeni erunt, vt gratiam, vel pauperum sequantur, vt aliquod ex eis beneficium obtineant, quod summæ est egestatis indicium, vt egeniores egenis, & viliores vilibus sint. Alij opinantur, idem futurum à verbo deriuari רצץ razaz

Quantã sanis filijs iniqui perniciem affe-

razaz cõtriuit. Quod probauit vulgatus interpres illo modo explicãs, & Græci auctores ita vertẽtes τὰς υἱὰς αὐτοῦ ὀλέσαιτα πτωχούς, filios eius perdant tenuiores, id est, adeo infirmi & egeni sint, vt vel tenuioribus hominibus non possint resistere, quæ versio aptior verbis Hebræis esse videtur. Denique quacunque ratione exponatur Hebrea verba eam, quam vulgatus posuit, habent sententiam, Filios perditorum hominum in egestate propter inopiam futuros. Vt verum appareat illud, quod de eisdem dicit Dauid, Thesaurizat, & ignorat, cui congregauit ea. Psalm. 38. Est enim Deus zelotes, visitãs iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorũ, qui oderunt me. Exod. 20. Quare pater vitijs inquinatus maiorem filijs perniciem affert, quàm mille hostes. [*Et manus eius reddent ei dolorem suum.*] Dolorem hic actionem significare intelligendum est, hoc est dolorem, quem attulit alijs, id est, Pœnas persoluet eius vis, quam intulit, & iniuriarum, quas infirmis, & pauperibus hominibus fecit. In Hebræo est תשלכנה tasebna reddent à שוב sub reddere. Sed Septuaginta à שבבד à sebib scintilla, vel flamma verbum hoc duxisse videntur, ita vertentes αἱ χεῖρες αὐτοῦ πυρώσουσιν ὀδύνας manus eius exurant dolores, quæ versio obscura est, cùm manus in nominatiuo, dolores in accusatiuo Græcè ponantur. Significare tamen voluisse puto idem, quod vulgatũ, Grauissimas iniuriarum pœnas pendent, quas pœnas ipse sibi conscisc unt peccatis suis. Vel causæ redditio est, cur filij eius atterentur egestate, quia patris manus alijs attulerunt dolores. Hoc denique illud est, quod minatur Esaias, Væ impio in malum retributio enim manuum eius fiet ei. Esai. 3.

11 *Ossa*

11 *ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.* Non assentior quibusdam, ita hunc locum exponentibus, Ossa illa, in quibus tanta erat vis, mortua aridaque iacebunt in sepulcro. Nam id cunctis etiam eueniet hominibus, hoc enim incommodum sequitur per se vique sua naturam, potiusquàm vitia, de quorum hîc pœnis agitur. Sed grauius quidam, & detrimentosius hac ratione dicendi significari puto, quæ similis eius est, qua de bonis viris Ioannes in Apocalypsi dixit, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Opera enim illorum sequuntur illos. Apoc. 14 Sicut autem officia sua pios viros mortuos sequuntur, quòd magnam post mortem illorum mercedem à Deo consequuntur: ita ossa improborum hominum implentur vitijs adolescentiæ suæ, & cum eis in puluere dormiunt, quòd magnas apud inferos scelerũ suorũ pœnas pendant. Sicut de quodã diuite narratur apud Lucam, Quod sepultus est in inferno, & magno ibi supplicio propter scelera sua constringebatur. Idque hoc loco aperte doceri arbitror. Quod dicit [*vitijs adolescentiæ suæ,*] optimè declarat nomen Hebræum עלומו halumau, quod quidam abscondita sua interpretantur. Sed nomen עלומים halumim singulari carens propriè pueritias, vt ita dicam, significat. Septuaginta verterunt, Ossa eius impleta sunt νεότητος αὐτοῦ adolescentia eius, idem, sed obscurius, quod vulgatus significantes. Luc. 22.

Peccata post mortẽ sequuntur iniquos.

12 *Cum enim dulce fuerit in ore eius malũ, abscondet illud sub lingua sua.*

13 *Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.*

Describit hominem profligatissimum, & ad omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

scelus proiectissimum, qui peccandi consuetudine ita vitijs cumulatus est, vt nihil illum conscientia pungat, aut Dei, officij ue cura remordeat, sed vehementer flagitijs, & peccatis delectetur. De quo dicit Salo-
Prouer.2. mon in prouerbijs, Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Cùm dicit, [*Absondet illud,*] &c. [*Et celabit in gutture suo.*] Alludit ad
Quibusdã iniquisquã dulcia sunt peccata. rationem agendi eius, qui frustrum, aut bolum sibi iucundissimum non deglutit, sed quo magis delectetur, in ore versat, linguaque, in qua vis gustatus posita est, voluit atque reuoluit, vt ita declaret, quàm iucundum scelus sit quibusdam scelleratissimis hominibus. Huius rei exempla multa traduntur in historijs Sardanapali, Neronis, Elcogobali, & aliorum immanium hominum.

14 *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Aspidis venenum dicitur esse amarissimum, ita vt hac potissimum de causa mortiferum sit. Panem autem vocat Hebræa dicendi ratione, qua quicunque cibus panis vocatur, cibum illum, quo, vt superiore versu dixit, adeò delectatur, vt illud sub lingua contineret, id est peccatum. Peccatum igitur, quod fuit illi iucundissimum, [*vertetur in fel aspidum.*] Id est, eritei amarissimũ, & horribile, sero tamen, cùm pœnis quas illo meruit, afficiatur. Quod etiam docuit sapiens in
Prou.20. prouerbijs dicens, Suauis est homini panis mendacij, postea os eius implebitur calculo. Et in Apocalypsi
Apoca.18 traditur, Quãtum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.

15 *Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas*

illas Dominus. Id est, cùm morte fuerit absumptus; missas faciet diuitias, quas comparauerat, neque illi in tormentis vllo modo subuenient. Sicut canebat Dauid, Quoniam cùm interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Et diuiti cuidam respõsum est, vt narrat Christus apud Lucam, Stultè hac nocte animã tuã repetunt â te, quæ autem parasti cuius erũt?

Quas pœnas pendet iniquus homo.

Psal. 36.

Luc. 12.

16 *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Aspides, viperę, & alię serpentes, quæ morsu veneno inficiunt, constat id in capite recõditum habere. Nam est eorum saliuum, quod lingua in id vulneris inijciunt, quod dentibus imponunt. Propterea ergo dicit caput aspidum suget, &c. id est, amarissimum hauriet venenum, quo panis eius iucundissimus, vt dixit, in fel cõuertatur. Id est, grauissimo supplicio scelus eius vindicabitur, est enim eiusdem sententiæ alijs verbis repetitio.

17 *Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butiri.* Riuulos, flumina, & torrentes rerum copiam, & affluentiam significãt: Mel & butirum, res quasque iucundissimas. Dupliciter autẽ hic locus explicatur, quidã de bonis diuinis, id intelligendum existimant, hoc est de gratia, & gloria Dei, quę melle, butiroque iucundiora & suauiora sunt, quib⁹ tamẽ bonis iniquus homo priuabitur. Quam expositionem multis persequitur Titilmanus in commentarijs, multaq; affert sacrę scripturæ loca, quibus fluminis, & torrẽtis metaphora huiusmodi copia, & suauitas bonorum declaratur, Sed non satis est similium translationum in scriptura explicanda, sed etiam contextus rationem ducere. Potest autem ita hæc expositio contexi, vt quoniam duplici

Universidad de Deusto
Biblioteca

plici pœnarum genere ex Theologorum sententia iniqui homines mulctandi sunt, vno, quo in æternum agentur cruciatum, altero, quo amicitiæ Dei, & beatæ eius vitæ expertes fient. Cæteris versibus egit de primogenere, hoc versu agit de altero. Alij autem rectius contexi putant, si riui, & flumina mellis, & butiri huius vitæ delicias significent, quorum magnam copiam iniquis, & peruersis studijs sibi parauerat, vt ex Neronibus, & ex Eleogabalis, & Sardanapalis cognosci potest: quæ adeò dulces ei, & suaues erant, vt illas absconderet, (vt Dixit) sub lingua sua. Et propterea ex eius sententia cum suauitate mellis, & butiri meritò comparantur, quibus tamen non fruetur. Nam vertentur in fel aspidum intrinsecus, vt dixerat. In eadem ergo persistens sententia hoc versu maiori amplificatione, vt hoc libro fieri solet, dicit, [*Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.*] Hos riuulos inuenisse putabat diues ille, qui secum (vt in Luca narratur) cogitabat dicens, Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, & bibe, & epulare. Quos tamen vt statim narratur non vidit. Quæ expositio non reijcienda mihi videtur: licèt Titilmannus indoctè, cætera doctus vir, nimis Iudaizátium esse dicat. Non enim Iudaizare putandus est, qui nullum asserit Iudæorum dogma, qui nihil, quod Catholicæ religioni repugnet affirmat. Quid verò in hac expositione est, quod ad Iudæorum doctrinam pertineat, aut quod Christianæ disciplinæ contrarium sit? Nonne verum est, quod hac expositione traditur? Nonne, vel hoc capite repetitum? Nunquid veritas, nunquid

Luc. 12.

Iudaixari quid sit.

quid ipsius scripturæ effatum doctrinam sapere Iudæorum, aut à Catholica religione alienum existimandum est? At (dicit) priori illa explicatione sacræ religionis nostræ doctrina de perpetuo improborum cruciatu confirmatur. Perinde quasi non multis alijs locis facilius, & clarius confirmari possit. Præsertim quòd altera etiam explicatione, si rectè intelligatur, hoc idem etiam traditur. Sed hoc docti viri testimonium propterea mihi magis stomachum mouit, quòd his temporibus quidam indocti, & temerarij homines leuiter statim eos Iudaizare clamant, qui non omnia in sacra scriptura exponenda ad sensus anagogicos referant, vel qui facilem, & planam alicuius Hebræi intepretationem sequantur. Quorum inepti clamores adeo formidabiles fuere multis sacrarum literarum studiosis hominibus, vt eos ab hoc honestissimo, & sanctissimo studio vehementer deterrerent: docti verò homines in sacris literis vix tutò se versari posse putabant. Quorum propterea stultos clamores deberent Ecclesiæ magistratus reprimere, quòd impij, quòd temerarij, quòd sacrarum literarum studijs infesti, quòd pijs hominibus valde contumelioſi sint. Neque æquo animo pati, vt catholici viri Iudaizare dicantur, dum nihil tradunt, quod à pia, & Catholica disseintiat disciplina, sed in vera semper hæreant doctrina: licèt illam vel ex Hebræorũ, vel gentilium libris hauserint. Sequitur autem.

Ij, quĩ iudaizare stultè clamã quã detrimẽto si sacrarum literarum studiosis fuerint.

18 *Luet quæ, fecit omnia, nec tamen consumetur.* Id est, pœnas persoluet scelerum omnium, quæ fecit, neque tamen finem faciet soluendi, vt suppositum verbi consumetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumetur sit Solutio, hoc est, Perpetuis pœnis afficie-
Matth. 18 tur. Sicut dicitur in Matthæo de conseruo illo, qui tra-
ditus est tortoribus, donec redderet vniuersum debi-
tum. In Hebræo tamen est, si verbum de verbo redda
mus, Reddet laborem, & non absoruet, laborem voca
re videtur fortunas, & delicias quas magno labore cō-
parauerat, aut conseruauerat. De illis enim sapiens di-
cit, Coaceruaui mihi argentum, & aurum, &c. Feci mi
hi cantores, & cantatrices delicias filiorum hominum,
&c. Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei non nega
ui eis. Cùmq; me conuertissent ad vniuersa opera, quę
fecerant manus meę, & ad labores in quibus frustra su
daueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem
animi. Has ergo (ait) reddet opes, qua verò ratione sta
tim declarat dicens. Non absorbet, vel non deglutiet,
hoc est, Eis non fruetur. Vt idonea pœna statuatur ei,
cui sceleratæ deliciæ, ita erant iucundæ, vt quo diutius
delectaretur, nō deglutiebat, sed parcebat illis, vt dixe
rat, ita fiet, vt eas cùm velit deglutire, non possit. Faci-
lè verò Hebræa possunt trahi in vulgati Latini senten
tiam, si verbum יבלע iblah in passiua ponatur, quod
duobus punctis mutatis fiet, diximus autem sæpe pun
Puncta He- cta ad dictiones per se vique sua non pertinere, & pro
bræa ad di- pterea extra ipsas ponūtur, & pro legentiū voluntate
ctionē per olim mutabantur. Et hac de causa Christū cuidā legis
se nonperti- perito respōdisse puto, In lege quid scriptum est? quo
nere. modo legis? Quòd diuersis forte modis scriptura tūc
Luc. 10. legeretur, id est diuersis punctis, atque vocalibus. Se-
ptuaginta tamen auctores in actiua legisse videntur,
nam ἐμέσεται non gustabit transferunt. [*Iuxta multi-
tudinem ad inuē.ionum suarum sic sustinebit.* Id est, Supplicii pro

pro meritis erit, sicut dixerat, Ossa eius implebuntur, vitijs adolescentiæ eius. Et sicut Salomon in prouer- Prouer. 1.
bijs luculenter ait, Comedent fructus viæ suę, suisque
consilijs saturabuntur. In Hebræo tamen verbum de
verbo est, Sicut copias commutationis eius non lætabi-
tur. Copias commutationis vocat turpes illas facul
tates, atque delicias, quas cum veris diuitijs, id est, à vir
tute, & amicitia cum Deo profectis commutauit. Ait
ergo non pro opibus erit lætitia, multas congessit di-
uitias, sed non multum illis delectabitur, quia illis non
fruetur, vt ex diuite illo, de quo proximè diximus, co-
gnoscitur. Vulgatus autē interpres intellexit, vt verè
intelligi potest, non lætabitur, quia dolore afficietur.
Et ob eam rem paraphrasi vtens, [*Sustinebit*,] transtu
lit. Iuxta *multitudinem ad inuentionū suarum*,] id est, secun-
dum copias iniquæ commutationis eius, vt ad Hebræa
verba tota eius paraphrasis accommodetur. Græci ta-
men auctores longè liberiorem paraphrasim huic lo-
co adhibuerunt, ita enim totum hunc versum conuer-
terunt ἐς κενὰ καὶ μάταια ἐκοπίασε πλοῦτον ἐξ ὧν ἐγεύσα-
το, ὥσπερ σφίγος ἀμάσητος ἀκαταπότου frustra, & ne-
quicquàm labore peperit diuias, quas non gustabit. Si
cut strigosum, quod nec mandi, nec bibi potest. Sen-
tentia verò eadem est, quam Hebræa habere diximus.
Chaldæus tamen illud, quod in Hebræo ad verbum es
se dixim⁹, Secūdū copias cōmutationis eius nō lætabi
tur, aliter explicat כדת קפה מתפרג מנה ולא דבלע
cidtucpeh mitparag mineh uela ibuah, cùm fortitudo
eius mutabitur ex eo non loquetur, id est non loque-
tur exultans, & gaudens, sicut cùm erat viribus inte-
ger. חיל hel autem Hebræis etiam fortitudo signifi-
cat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rapina quantum sit flagitiũ.

cat. Sed illa à nobis posita aptior videtur expositio.

19 *Quoniam confringens nudauit pauperis domum: rapuit, & nõ ædificauit eam.* Egit de supplicio, quo sunt homines iniqui constringendi, hoc versu agit de peccatis, quibus tantas pœnas commeriti sunt. Et cum varijs diuersisque flagitijs inquinati fuerint, quibus, & in Deum impij, in se nefanda libidine spurci, & obsceni, in homines crudeles, & acerbi extiterunt, tantùm rapinam, & alienorum bonorum direptionem commemorat. Ex quo intelligitur tam graue id scelus esse, vt vel solum meritò tanto supplicio vindicetur. Quod est maximè animaduertendum, nam ita plerunque in sacra fit scriptura, vt cæteris hominum flagitijs prætermissis, hoc vnum ponatur, ad declarandum quanta sint pœna, & cruciatu digni. Ait ergo. [*Quoniam confringens, &c.*] Eadem sententia similibusq; verbis clarius ponitur in Hebræo. [*Quoniam confringens nudauit pauperes: domũ rapuit & non ædificauit eam.*] Pauperes appellat eos, qui vim illatã sibi propulsare non poterant, quos à diuitibus confractos, & nudatos esse dicit, quòd prætereà quòd fortunis eos spoliarunt, cõtumelijs etiam, ignominijs, plagis, & alijs modis vexarunt. Sicut clarius dicit Esaias,

Esai. 3. Rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum cõmolitis?

Esai. 58. Et alio loco præcipit, Dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Quod dicit, [*domum rapuit, & non ædificauit eam.*] id est, quam non ædificauit, domum inquam alienam diripuit, & alienas fortunas inuasit.

20 *Nec est satiatus venter eius.* In eandem sententiam Hebræa dicũt, Tráquillum in ventre suo non agnouit, & Græci traducunt ἐκ ἔστιν ἀνταῦ σωτηρία τοῖς ὑπάρχουσιν.

Salus

Salus eius in facultatibus non erit, id est, eam satietatẽ, tranquillitatem, atque salutem, quam sibi tãtis opibus pollicebatur, non consequetur. [*Et cùm habuerit, quæ concupierat, possidere non poterit.*] Sæpe, id hoc capite repetit, id est, non fruetur, fructum non capiet ex diuitijs conscutis, vel propter mortem, quæ illum repentè opprimet, sicut diuiti illo, de quo Christus apud Lucam narrauit, accidit: vel propter auaritiam, quæ non sinit auarum suis vti pecunijs. Sicut dicit Ecclesiastes, Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, hoc ergo vanitas. In eandem sententiam Hebræus, & Græci dicunt, In desiderio suo non seruabitur, id est, voti & desiderij sui non erit cõpos.

Luc. 12.

Eccles. 5.

21 *Non remansit de cibo eius.* Obscurè hoc, & ab Hebræo, & ab interpretibus dicitur, sed clarius ab Hebræo, quẽ ita verbum de verbo cõuertemus, Nihil reliquũ fuit in comedendo ei. Quo insatiabilem auari hominis rapiendi libidinem breuiter tangit, quæ nulli parcet, nullam prætermittit occasionem, tantum denique diripit, quãtum valet. Et ob eam rem dicit, Nihil remansit de cibo eius, hoc est omnia deuorat, quæ deuorare potest. Luculentius hoc idem expressit Salomon verbis dicens iniquorum, Deglutiamus in fontem, sicut infernus viuentem, & integrum, quasi descendentem in lacum, omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. Et Sapiẽtia, Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis, sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ.

Quam insatiabilis auaritia sit.

Prouer. 1.

Sapien. 2.

[*Et propterea nihil permanebit de bonis eius.*] Par pari Dei iusto iudicio referetur, vt sicut ipse nihil boni, quod diripere

Auari pœna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ripere posſit,prætermiſsit,ita nullum eius bonum, nō diſsipabitur atque perdetur, in Hebræo loco Permanebit eſt יהלך iahil,quod varijs modis exponit. Quidam Hebræi exponunt,Non parturiet bonum eius,id eſt fructum non feret. Alius Hebræus exponit non יצלחה iazliah non proſperabitur,id eſt, non proſperè cadent conatus eius. Alius Hebræus,& Chaldæus nō יקוה icue non expectabit bonū ſuū, id eſt, Spe cadet cùm totum diſsiparī viderit. Septuaginta vertunt non ἀνθήσει florebunt bona eius,id eſt, non feliciter euenīēt. Quę omnia licēt varia ſint ad eandē tamē,quā ex ſententia vulgati expoſuimus,pertinent ſententiam.

22 *Cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.* Id eſt,grauiſsimas pœnas pendet. Sed eſt maximè notandum,quo tempore impium hominē in cruciatum dicat eſſe dādum, cùm ſatiatus inquam fuerit. Quod iniquos homines maximè terrere deberet, qui ſatiari vehementer expetunt,diuitijsq;, & delitijs vt abundent,laborant:quare interitum ſuum, & magnam ruinam,quærere videntur. Ex quo factū eſt, vt
Oſe. 4. cum grauiter Iſrael Dei gratiam exulcerāſſet, & illum acerbè Deꝰ punire decreuiſſet per Oſeā dixit. Quoniā ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine. Id eſt, Sicut pecoris Dominus eum agnum,quem ſibi occidere decreuit,vberrimè paſcit,vt pinguem reddat. Cum quare conuenit illud, quòd canit Dauid,Ira Dei aſcendit
Pſal. 77. ſuper eos,& occidit pingues eorum. Quod dicit, [*omnis dolor irruet ſuper eum.*] In eandem ſententiam Græci dicunt omnis ἀνάγκη neceſsitas. Et Hebræus omnis יד עמלך iad hamel manus laborantis hoc eſt facilè quiuis

quiuis ei faceſſet negotium. Cùm igitur ita ſit,vt tunc ſit impius funditus euertēdus,cùm ſatiatus fuerit,meritò Sophar optat dicens.

23 *Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris ſui,& pluat ſuper illum bellum ſuum.* Optimè vulgatum per optatiuum tranſtuliſſe puto, Vtinam dicens,quod per imperatiuum transferendum exiſtimant,Eſto, in quam,vel ſit,vt impleatur,&c. Hebraicè eſt יהי iehi quod optantis eſſe exiſtimo, eſt enim maximè è re bonorum hominum interitus, & euerſio impiorum, ſi frugi fieri noluerint. Stant enim à diabolo,cuius regni labefactatio, & exciſio ex animo viris ſanctis deſideranda eſt,vt veniat regnum Dei,cuius illi propugnatores ſunt. Quæ honeſtiſsima optatio in multis pſalmis ſatis lucuIenter ſcribitur, vt in pſalmo nono, Conuertantur peccatores in infernum, omnes gen- *Pſal.9.*
tes, qui obliuiſcuntur Deum. Et in alio pſalmo hoc bellum Dei poſtulatur, & deſcribitur, quod (vt ait) Sophar pluet ſuper iniquum. Id eſt, eum vndiqne premet. Apprehende, Deum precatur Dauid,arma, & *Pſal. 34.*
ſcutum, & exurge in adiutorium mihi, effunde frameam, & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me,dic animæ meæ,Salus tua ego ſum. Confundantur,& reuereantur quærentes animam. Auertantur retrorſum,& confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquàm puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos. Hoc idem bellū deſcribit Sophar adiungens.

Ere bonorum eſt interitus impiorum.

Belli Dei in impios deſcriptio.

24 *Fugiet arma ferrea,& irruet in arcum æreum.* Id eſt,cùm Deus emittere decreuerit in eū irā furoris ſui,ita eū armis eius iræ obſidebit,vt effugere nullo modo poſsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incidet enim in arcum æreum, si arma vitauerit ferrea Ita enim sæpe fit, vt homines nefarij tot cingantur periculis, vt licèt vnum, aut alterum depellant, alio opprimantur, & pereant.

25 *Eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eum horribiles.* In Biblia Regia, & in quibusdam alijs vulgatæ editionis exemplis est, Eductus gladius, &c. Sed in multis, & antiquis eiusdem exéplis, & in Hebræo gladius deest. Et ita nõ nulli pij interpretes arcum subaudiunt. Quidam verò Hebræus, & Septuaginta auctores non gladium, neq; arcum, sed sagitam subaudiendam existimãt, vt aptius cum superiori versu coniungatur, si arcum aut sagitã subaudiamus, in cuius fine arcus mentionẽ fecit. Quicquid tamen intelligamus, eadem est sententia, qua docet, quàm exitiosa pugna cum impio Deus certaturus est, simul ac voluerit peccatorum ab eo pœnas repetere. Id est, statim vt gladius eductus fuerit e vagina, vel Dei, vel eius hostis, quem Deus in illum excitauerit, atq; adeò nõ eductus, sed statim, vt inceperit egredi, & fulgurare ad amaritudinem eius, horror eũ profundet, & de sua salute desperabit. Sicut canebat Moyses, Dolores obtinuerunt habitatores Philisthini. Tũc conturbati sunt principes Edon. Robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaam. Irruat super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui. Sed quòd [*de vagina*] dicit, In Hebræo est מגרה migueua, reperitur autem גרה gueua hoc loco tantùm hac forma, quare non satis comperta significatio eius esse videtur. Hebræi autem ex radice גר gueu esse arbitrantur, quod corpus significat. Septuaginta

Exod. 15.

ginta tamen interpretes σῶμα os significare putarunt: & ita primam huius versus partem conuerterũt ἐξέλθοι δὲ διὰ σώματος αὐτοῦ ἕλος pertranseat per os eius sagitta. Tum quod in amaritudine vulgatus dicit, Hebraicè est מרורה merora, quod Hebræis est fel, & ita hoc eodem capite versu. 14. vulgatus transtulit. Est tamen à radice מרר marar, quod significat amarũ esse vel amaritudine afficere. Qua fortè de causa amaritudinem hoc loco vulgatus interpretari voluit. Hebræi autem fel interpretantes, & גרה gueua corpus, vt diximus, ita totum versum explicant, Exiuit, egredietur que sagita tanquam fulgur è corpore felle eius infecta, hoc est. Mortiferũ erit primùm, quod accipiet vulnus. Alij interpretãtur, Sagitta fulgurans vel splendẽs felle eius. Sed illo modo Hebræus, qui doctior habetur exponit. Septuaginta tamen viri hunc locum liberiori paraphrasi cõuerterunt, fel prætermittentes, & illud fulgurans tantùm exponentes sic ἄστρα δὲ ἐν διατάξεις αὐτοῦ astra in cænaculis eius, hoc est, Ita euertãtur, vt syderibus pateant. Hoc denique versu significatur, quam exitiosum bellum à Deo cum impijs, & nefarijs hominibus gerendum sit: ad quod etiam pertinẽt, quæ sequuntur.

26 *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.* Tenebræ calamitates, & exitia frequenti sacræ scripturæ vsu vocantur, [*in occultis eius,*] propter occulta eius quidam Hebræus in cõmentarijs explicat, id est. Propter peccata eius. Sed cur, aut qua phrasi peccata eius appellet occulta, non dicit. Præsertim, quòd profligatissimi hominis scelera, de quo loquitur hîc, cùm neque Deum, neque homines reuereatur, manifestissima esse soleant. Qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

re melius mihi videtur ita exponere. Calamitates absconditæ sunt ei in locis, vel rebus ijs, quæ ipsum latent, quare nullo modo eas effugere, aut declinare poterit. Sicut capite. 18. dixit Baldad, Abscõdita est in terra pedica eius, & discipula illius in seruita. [*Deuorabit eum ignis, qui non succenditur.*] Chaldæus ignis gehennæ
Esai. 30. esse dicit, de quo narrat Esaias præparata est ab heri Thophet â Rege præparata profunda, & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini, sicu. torrens sulphuris, succendẽs eam. Alius Hebræus ignem è cælo missum exponit, quo non leuiter Iob
Iob. 1. præstringit, cui seruus eius nunciasse narratur, cap. 1. Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues pueroſque cõsumpsit, vtraque est apta, & quadrans expositio. [*Affligetur velictus in habernaculo suo.*] Hoc est, Si quid illius reliquum fuerit affligatur, & deleatur, ne qua illius reliq ia sit memoria. Hac dicendi ratione extrema vastitas
Deut. 32. in scriptura significari solet. Vt Moyses ait, Clausi quoque defecerunt residuique consumpti sunt. Sed verbum actiuæ vocis Græci esse iudicarunt, ita cõuertentes κακώσει δὲ αὐτὸν ἐπάλυτος τὸν οἶκον affligat domum eius aduena. Vt vers. 22. huius capitis in Hebræo esse diximus, Omnis manus laborantis irruet in eum.
Exod. 15. 27 *Reuelabunt cæli iniquitatem eius*, Id est, Nota erit, & omnibus manifesta iniquitas eius. Quod fieri solet quando publica auctoritate iniquus homo ad supplicium rapitur. Est autem Hebræa dicendi ratio, ad significandum rem testatam, & in medio positam esse, vt cæli eius esse testes, & eam reuelare dicantur, quã ob
Psal. 96. rem canit Dauid, Annunciabunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. Et Moyses ait,

Testes

Testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos de terra, &c. Id est, palã, & apertè dico. Esaias
Deut. 4. etiam ita suum incipit vaticinium, Audi cælũ, auribus percipe terra, quia Dominus locutus est, id est, manifesto, & palam locutus est. [*Et terra cõsurget aduersus eum.*]
Esai. 1. Siquidẽ ad omnes sceleratos homines pertinet, quod Adam postquàm crimen illud admisit à Deo nunciatum fuit, Maledicta terra in opere tuo in laboribus co
Genes. 3. medes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, Spinas, & tribu-
Sapien. 5. losgerminabit tibi. Et in sapiẽtia dicitur, Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.

28 *Apertũ erit germẽ domus illius, detrahetur in die furoris Dei.* Quidam existimant germen hîc posteritatem, & stirpem esse impij, quibus ego non assentior. Nam est in Hebræo יבול ieבul, quod nusquàm stirpem, aut posteritatem significari vidi. Sed fructum, vt in psalmo,
Psal. 66. Terra dedit יבולה ieבula fructum suum. Quare potius copias atq; fortunas impij hoc loco indicare puto, & ita Chaldæus עדבר frumentũ trãsfert. Diuitię igitur eius, tunc erum apertæ, id est, manifestum, atque testatum erit, quanta fuerint iniquitate partæ. Quod scilicet germen detrahetur, id est, eius diuitiæ dissipabuntur, & ad prædam proponentur, cum Deus stomachũ suũ in illũ eruperit, penas ei meritas imponẽs. Alijs placet, Migrauit germẽ eius vertere, & ita vertit Chaldæus Quod fieri potest, nã verbũ גלה gala, quod hîc ponit, & migrare, & reuelare significat, Migrabunt igitur opes eius, quia prædę erunt, & alio exportabuntur. Cum qua expositione cõsentit, quod est in Hebræo loco [*Detrahetur,*] נגרות nigarot, quod Hebręis est fluẽtes, hoc est, In die furoris Dñi tanquàm torrens eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

opes huc,& illuc fluent â prædonibus in diuersa loca exportatæ. Cuius vocis rationem ducentes Græci auctores,vt euersionẽ domus impij significarent hac paraphrasi hunc versum interpretati sunt ἐκλῦσαι τὴν οἶκον αὐτῆς ἀπώλειαν ἐς τέλος ἡμέρας ὀργῆς ἐπέλθοι αὐτῷ perditio domum eius in finem conuellat,dies iræ veniat ei.

29 *Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius á Domino.* Id est,hanc Deus gratiam referet impio viro,has pœnas ab eo sumet pro verbis suis iniquis, quibus Deum contemnebat,quòd eum tot annos patienter ferret,& benignè, vt sanior fieret, expectaret. Hac enim de causa impios dicere,aut secum cogitare videntur,quod de illis narrat Dauid,Dixerunt,Non videbit dominus,neque intelliget Deus Iacob. Partem autem posuit pro portione Hebræa phrasi,quam etiã partẽ Dauid impijs hominibus attribuit dicẽs, Pluet super peccatores laqueos ignis,& sulphur, & spiritus procellarum,pars calicis eorum. Quę omnia cum verè de toto genere improborum dicantur. Falsò in Iob, vt sæpe diximus assumentur.

CAPVT. XXI.

A RESpondens autem Iob,dixit.

Audite quæso sermones meos,& agite pœnitentiam.

3 *Sustinete me,vt & ego loquar: & post mea,si videbitur,verba ridete.*

4 *Nunquid contra hominem disputatio mea est,vt meritò nõ debeam contristari?*

Atten-

5 *Attẽdite me,et obstupescite,et superponite digitum ori vestro.*

6 *Et ego quando recordatus fuero,pertimesco, & concutit carnẽ meam tremor.*

7 *Quare ergo impij viuũt,subleuati sunt,confortatique diuitijs?*

8 *Semen eorum permanet coram eis,propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum.*

9 *Domus eorum securæ sunt,& pacatæ, & non est virga Dei* B *super illos.*

10 *Bos eorum concepit,& non abortiuit: vaca peperit, & non est priuata fœtu suo.*

11 *Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus.*

12 *Tenent tympanum,& citharam, & gaudent ad sonitum organi.*

13 *Ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendũt.*

14 *Qui dixerunt Deo,Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.*

15 *Quis est Omnipotens,vt seruiamus ei? & quid nobis prodest, si orauerimus illum?*

16 *Veruntamen,quia non sunt in manu eorum bona sua,consilium* C *impiorum longè sit à me.*

17 *Quoties lucerna impiorũ extinguetur,& superueniet eis inũdatio,& dolores diuidet furoris sui?*

18 *Erunt sicut paleæ ante faciem venti,et sicut fauilla,quam turbo dispergit.*

19 *Deus seruabit filijs illius dolorem patris:et cùm reddiderit,tũc sciet.*

20 *Videbunt oculi eius interfectionem suam,et de furore Omnipotentis bibet.*

21 *Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? et si numerus mensium eius dimidietur.*

21 Nun-

22 *Nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat?*

23 *Iste moritur robustus & sanus, diues & felix.*

24 *Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur.*

25 *Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus.*

26 *Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos.*

27 *Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.*

D 28 *Dicitis enim, Vbi est domus principis? & tabernacula impiorum?*

29 *Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis.*

30 *Quia in diem perditionis seruatur malus, et ad diem furoris ducetur.*

31 *Quis arguet coram eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi?*

32 *Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.*

33 *Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, et ante se innumerabiles.*

34 *Quomodo igitur consolamini me frustra, cùm responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?*

RESpondens autem Iob, dixit,

2 *Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiã.* Idest, si attẽtè sermones meos audiatis, sententiã, qua me cõdẽnatis, mutabitis. [*Sed quod agite pœnitẽtiã,*] dicit in Hebræo est, Hoc sit תנחומותיכם tanchumotecẽ, qđ nomẽ, & pœnitẽtiã, & cõsolationem declarat, quare Græci, & Chaldæus consolatio

lationem interpretati sunt: sitque apta, & cohærẽs sententia, id est, Hanc vnam à vobis iam consolationẽ requiro, vt me â vestris defendentem calumnijs attentè audiatis.

3 *Sustinete me, & ego loquar, & post mea, si videbitur, verba ridete.* Quidam Hebræus in commentarijs hoc in Zophar dictum fuisse iudicat, à quo ego dissentio, & in Eliphaz dici puto, qui acriore, & acerbiore oratione capite. 15. cæteris fuit vsus, & eum verbis illis irridere videbatur, Nunquid tu primus homo natus es, & ante omnes colles formatus? Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? Ait ergo, Sustinete me loquentem, & postquàm satis causam meam informauero, si non fuerit vobis probata, me, vt faciebat Eliphaz, tunc irridete. Quod dicebat, quia nimiũ suæ causæ confidebat, vt si tecte intelligeretur, nemo sanus vir eam contemneret.

4 *Nunquid contra hominẽ disputatio mea est: vt meritò non debeã contristari.* Dicendi ratio valde concisa, quare difficilis habetur, & variè exponitur, Quidam sic Cum nõ contra hominem, sed contra Deum disputatio mea sit, agitur enim in hac mea vobiscum disputatione, vtrũ Dei amicitiã violauerim nec ne, Cùm ergo in difficillima causa versor, cur non meritò contristari debeam. Alij autem sic. Cùm Deum non hominem alloquar, si locutus essem falsa, vt vos calumniamini, cur non merito debeam contristari? Alij verò, Cum Deum alloquar, nec mihi respondeat, cur meritò contristari non debeam. Sed mihi illa planior, & aptior videtur expositio, vt quoniã superiori versũ incidit (vt dixi) in mẽtionẽ corũ verborũ, quibus eũ irriserat Eliphaz, respondeat hoc versu ad alia eius verba, quibus

codẽ

capite

capitè acriter iram eius, & asperiora verba his verbis reprehenderat. Nunquid sapiens implebit ardore stomachum suum. Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi, & loqueris, quod tibi non expedit, &c. Quibus hoc versu respondit, in Hanc sententiam. Si cùm Deo loquerer, reprehensiones eius, licèt asperas, patiè ter tacens tollerare deberem. Sed cum loquar nō cum Deo, sed cum hominibus, cur eorum cōtumelias æquo animo perferam? aut cur eorum dicta mihi meritò nō doleant? Quam expositionem planè Chaldæus innuere videtur, ita hunc versum interpretans אה גרם אנא לבני נש מלתך ואין מה דין לא תהעדק רוהל ha beram ana le bar nas milati ueen me den la tithaiac ruhi. Ecce ego quidem ad filium hominis orationem meam, & cum ita sit, cur non doleat spiritus meus? Consentit etiam huic explicationi versio Græcorum.

5 *Attendite me, et obstupescite, et super ponite digitum ori vestro.* Et hoc aptius coheret, cum ea expositione, quam probauimus superioris versus, id est, Quin potius missas facite has vestras iniquas reprehensiones, & casum meum attendite, & tacentes obstupescite. Tacere autè & obstupescere iubet eos, quòd calamitatum eius verā causam ignorarent. Et quidè ego sic existimo nihil esse mirabilius, nihil quòd maiorem facere debeat stuporem earum rerum, quas Deus in gubernandis rebus humanis gerit, quàm quòd viri boni in calamitates aliquando veniant grauissimas, iniqui vero, de quibus statim dicit, rerum potiantur. Cui rei grauissimum dat testimonium Abacu, qui hanc rem tractans eisdem quibus Iob vtitur verbis dicens, Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupesci-

Nihil mirabilius in rerum gubernatione quam calamitas bonorum hominū, & prosperitas malorum. *Abac. 1.*

stupescite: quia opus factū est in diebus vestris, quod nemo creder, cùm narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula nō sua.

6 *Et ego quando recordatus fuero pertimesco, & concutit carnē meam tremor.* Sicut enim id admirandum, ita vehementer, & cunctis hominibus siue æquis, siue iniquis timēdum. Siquidem ego mihi persuadeo rem esse nullam in qua Deus terribilior appareat, quàm in eo, quòd erga bonos, & sibi deditissimos viros seueriſsimus nonnunquàm, & acerbissimus sit. Quòd enim sceleratos homines puniat, excruciet, omneq; acerbitatis suę virus euomat, non ita mihi admirabile, & horribile videtur. Nam pœnæ sua natura, & sceleribus comparatæ sunt, & sceleratos insectantur. Et quiuis homo mediocri seueritate præditus, si posset, eas à sceleratis repeteret. Ab innocenti tamen viro vi sua longè abhorrent, cùm ei sint ampliſsima præmia proposita. Et quis posset nō inhumanus vir æquo animo pati, vt sibi amicissimus, & deditissimus homo, quē valde amaret, & à quo vnicè diligeretur, vt (inquam) dolore tabescceret, & incommodis omnibus exerceretur. Quare id sibi proponant impij, & nequam homines ad intelligendum quàm graues iras, & periculosas inimicitias à Deo alieni sustineant. Id quod Christus animaduerti voluit cū de se, dum ad crucem raperetur, filiabus dixit Hierusalem, vicem eius dolentibus, Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, &c. Quia si in viridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet. *Luc. 23.*

7 *Quare*

7 *Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt confortatique diuitijs?* Doctè hanc quæstionem obijcit Sophar, qui multis egit de supplicio impiorum, qua vehementer eos refellit, qui ex repentino, & grauissimo eius casu eum in culpa esse temerè iudicabant. Sicut enim ex prospera fortuna non rectè mores, & vita alicuius probantur, ita nec ex calamitosa reprehenduntur. Hæc quæstio valde difficilis visa fuit multis doctis viris, & multos sanctos homines, dum miserijs conflictarentur, valde solicitos habuit, improbique ea ducti Dei prouidentiam in rebus administrandis ausi sunt negare. Tractatur autem à Dauid psalmo. 72. Et à Hieremia cap. 12. & Abacu. cap. 1. & Malachia cap. 3. Quam rem quoniam nos multis persecuti sumus libro nostro secundo de vera religione cap. 6. Eamque & Ethice, & Theologicè explicuimus, hoc loco tantum Iob dicta declarabimus. Sed prius Euripidis de hac re testimonium citabo dicentis.

ἓ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος,
κακὰ δ' ὁρῶντας ἐκθλίκας πεμφθέντας,

indignum est intueri lucè videndo malos iniustè honoratos. Et alio loco.

ἥδη νοσοῦσι τάδε τοῖς ἀμείνοσιν,
ὅταν πονηρὸς ἀξίωμα λάβῃ ἔχῃ,
γλώσσῃ κρατοῦσα δ' ἄμον, ἀδίκως ὢν πολεῖν,

Valde molestum est melioribus, si vir iniquus honores obtineat, lingua populum regens, cùm prius nihil fuerit, quod & Iob [*subleuati sunt,*] dicit Hebraicè est עתק hateu, quod Græci, & quidam Hebræi, Senes facti sunt, interpretantur. Sed Chaldæus,

dæus, & alij Hebræi. Confortati sunt, declarant, quos vulgatus secutus fuisse videtur. Ad eandem tamen omnia pertinent sententiam, ad prosperam fortunã impiorum declarandam, id est, Quare (dixit) viuunt impij valent, & robusti sunt, & multis augétur diuitijs. Ita etiã dicebat Hieremias, Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt. Et Dauid, Zelaui super iniquos, pacem peccatorum vidés. *Hiere. 12.* *Psal. 72.*

8 *Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum.* Id est, multos liberos habent multumque propagant genus suum, Quod videtur ab eo dici aduersus id quod dixerat Eliphaz. cap. 15. posteritatem, & genus impij esse deledum. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius. Et quasi oliua proijciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula corum, qui munera libenter accipiunt. Idem quod Iob Hieremias significasse videtur dicens, Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum. *Hiere. 12.*

9 *Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, & non est virga Dei super illos.* Id est, præterquàm quod multis bonis fruntur, tum etiã nihil incõmodi accipiunt, nullã iacturam faciunt, quod etiã canebat Dauid dicens, In labore hominum non sunt, & cũ hominibus non flagellabũtur. Quod satis per se declarat in magnam illos Dei offensam, & odium incurrisse, cùm soleat ipse vel in filios suos virga flagellisque animaduertere, adeo vt nullum filium non castiget. Vt Paulus ait, Quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium *Psal. 72.* *Hebræ. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

filium quem recipit: in disciplina perseuerate. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Numerat alia impiorum bona adiungens.

Bos eorum concepit, & non abortiuit. In Hebræo bos est generis masculini, & sic quidam Hebrei atque Chaldeus exponi volunt, bos eorũ grauidauit, neque semẽ proiecit in casum. Vulgatus tamẽ Septuaginta secutus est, qui ad vaccam id totum retulerunt, ita transferentes ἡ βοῦς αὐτῶν οὐκ ἀμοτόκησεν vacca eorum abortiuũ non fecit. Potest enim alijs punctis יבע hibar in voce esse passiua, vt hubar dicamus, atque ita in transitiuum esse, vt Grammatici dicunt. [*Vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.*] Id est, sicut bos eorum, semen non proiecit, ita neque vacca fœtum, sed illum maturum in lucem protulit, atque nutriuit. Erant olim hominum diuitiæ in pecoribus, & armentis positæ, vt ex Iob historia in primo capite posita, & ex Labam, & Iacob in Genesi cognosci licet. Et propterea ex hac re secũdos declarat euentus fortunarum impij.

11 *Egrediuntur, quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus.*

12 *Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.* Id est, non modò multos (vt dixi) filios procreabunt, sed etiam eos ludentes saltantes, & ad variorum instrumẽtorum sonitum choros ducentes lætos dies agere videbunt. Qua re valde prospera fortuna impij declaratur. Quippe in cuius familia nulla luctus, atque mœroris causa futura sit, & forte improbam filiorum eius educationẽ tãgit. Bonus enim, & prudẽs pater nõ debet facilè pati, vt diu filij sui in ludis versentur.

13 Du-

13 *Dueunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendũt.* Ideſt, Longam, iucundam & bonis omnibus abund. tem vitam degunt, & cùm eis moriendum sit, vt naturæ satisfaciant, non diu vehementerque ægrotant, neque morbi longinquitate affliguntur, sed citò morbo consumpti animam reddũt. Ita enim omnes ad vnum interpretes Hebræi, & aliqui Latini intelligendũ existimant illud, [*in puncto ad inferna descendunt,*] vt inferna sepulcrum significent, est enim in Hebræo שאול seol, quod Hebræis sepulcrum est.

14 *Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.* Quoniam dixit quare impij viuunt, declarat, quam insignis sit eorum impietas, qui statutum habent cum animo suo nullam in negotijs tractandis honestatis, sed tantùm vtilitatis rationem ducere. Qui dixerunt, [*Deo recede à nobis,*] quod quid sit statim exponit adiungens, [*scientiam viarum tuarum nolumus.*] Id est, Consilia, & præcepta tua audire nolumus, nõ enim ad pietatis, & virtutis, sed ad commodi, & vtilitatis leges officium dirigere decreuimus. Qui habitus est in temperati, vt docet Arist. in. 7. Ethicorũ, in quo extrema collocatur improbitas. De ijs dicit Dauid, Trãsierunt in affectum cordis. Et Hierem. Dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea, & abierunt post prauitatẽ cordis sui. Quorum imago descriptissimè poni mihi videtur in Exodo, Cum vidẽs populus, quod moram faceret Moyses veniendi ad eos, congregatus aduersus Aaron dixit, Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant. Ita quidam remisso, & imbecillo animo viri si Deus vllam fecerit moram eorum expectationi satisfaciendi

Habitus intẽperati & hominis profligatissimi. *Psal. 72. Hierem. 9.* *Exod. 32.*

faciendi: aut vllam in colẽda virtute iacturam fecerint, perturbationum suarum rebellionem coercere nõ valentes Deo neglecto, & virtute missa, alio fine vitę suę rationes dirigũt. Quare rectè Deus apud Abacu monet, Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.

Abac.2.

15 *Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei?* Sicut respondit Pharao, Moysi, & Aaron, Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominũ, & Israel non dimittam [*Et quid nobis prodest, si orauerimus illum?*] In hoc ponitur robur, & firmamentum totius excusationis impiorum hominum. Siquidem valde inutile esse iudicant Deo inseruire, & pietatis præcepta tenere, id quod etiam docet Malachias. Dixistis (ait) vanus est, qui seruit Deo. Et quod emolumentũ, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Dño exercituũ? Quod quàm falsum, & infirmum sit multis narrauimus in Zachariæ.c.1.vers.3.

Exodi. 5.

Mala.3.

16 *Veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me.* Quoniã bona multa numerauit, quibus improbi homines aliquando cumulẽtur, deinceps mala commumerat, quibus affligi soleant. Quo fit, vt eorum fortuna potius timenda, quàm expetenda esse videatur. Et primùm quid mali in illis bonis sit inclusum, ostẽdit, deinde alia multa mala narrat. Illud autem eorum secundam fortunam miseram satis efficit, quòd fortuna sit, id est varia, atq; volubilis. Quare peruersa eorum cõsilia sunt, qui bona sequũtur ea, quę firmiter retineri nõ possunt, sed cũ firmiora esse videntur, facillimè de manibus elabuntur. Quo argumẽto, quã vana sint docet Ecclesiastes, Miserabilis (inquit) prorsus

Secundam fortunam impij quid miserã reddat.

Eccles. 5.

prorsus infirmitas, quomodo venit sic reuertetur. Quid ergo prodest ei, quòd laborauit in vẽtũ, sed eciã id ipse Iob declarat adiungens.

17 *Quoties lucerna impiorũ extinguetur, & superueniet eis inũdatio,* Lucernam nominat prosperam eorum fortunã, quæ vt fortuna est, ita nonnunquam, vel in hoc æuo imminuitur, atque mutatur, vt in miserias homines felicissimi veniant incredidibiles. Saltem fieri nõ potest, quin morte vniuersa eorũ prosperitas exterminẽ, & propterea rectè Salomõ omnino, & in totũ enunciat, Lucerna impiorũ extinguẽ. [*Et dolores diuidet furoris sui?* Id est, Deus in eos ira inflãmatus multos eis dolores, & mœrores afferet, vt suorum criminum pœnas luant, [*diuidet*] autẽ dicit, Quoniam, vt in fine superioris capitis dixit Sophar, Pœna atque supplicij est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborũ eius à Dño. Et ita verbũ, quod [*diuidet*] hoc loco interpretatus est vulgat⁹ est eiusdẽ radicis, cuius illud, quod Partẽ superiori capite reddidit, חֵלֶק halac diuidit, & חֵלֶק helec pars. Dauid etiam in psalmo canit, Calix in manu Dñi vini meri plenus misto, verũtamẽ fex eius non est exinanita, bibẽt omnes peccatores terræ. Et Christus in euangelio, Diuidet eũ, & partẽ eius ponit cum hypocritis.

Calamitas impiorum

Prou.24.

Psal. 74.

Matt.24.

18 *Erunt sicut palea ante faciem venti, et sicut fauilla, quam turbo dispergit.* Id est, quãuis multis opib⁹, generis claritate amplis militum copijs, & alijs fortunę præsidijs cincti sint, nõ poterunt tamẽ Deo irato magis resistere, quã paleæ vẽtis, & turbini fauilla resistit. Non sic impij, nõ sic, sed tanquàm puluis quẽ proijcit ventus à facie terræ, ait Dauid, Quo loco pro puluere est idem nomen quod hîc propalea מֹץ moz gluma siue folliculus grani

Psalm.1.

grani frumenti, quo nihil leuius in palleis.

19 *Deus seruabit filijs illius dolorem patris: et cùm reddiderit, tũc sciet.* Est hic versus cum quibusdam sequentibus ambiguus, & hac de causa difficilis habetur varieq; exponitur. Ego verò missis aliorũ opinionibus eã persequar expositionẽ, quæ planior, & cõtextui aptior mihi videtur. Ponit igitur hoc versu duplicẽ pœnã, qua impius afficiẽdus est, vna quę ad liberos, & posteritatem eius pertinet, cùm dicit, Deus seruabit filijs illius doloré patris, id est, Dei opera filij participes erũt doloris, & calamitatis patris. Quòd doloré dicit est in Hebræo אָוֶן on, quod vim siue violentiã significat, quæ significatio etiã quadrat, id est, Iras eas, quas Deus aggregauit ex factis iniquis patris, manabunt ad pernicie etiã filiorũ, id quod hoc libro sæpe ab amicis Iob vsurpatũ est. Et in Exodo dicitẽ de Deo, Qui reddis iniquitatẽ patrũ filijs ac nepotibus in tertiam, & quartam progeniẽ. Sed hęc pœna leuior est, si cum altera ad ipsum modò parentem pertinente comparetur. Quæ eodem versu ponitur, cùm ait. [*Cum reddiderit tunc sciet,*] Quibus verbis eas pœnas intelligi puto, quę sunt apud inferos impijs statutæ, quod ex ijs, quæ postea dicentur magis declaratur. Has enim esse pœnas vix sibi persuadent scelerati, & nefarij homines quousque eas reddant. Quã de causa diues ille apud inferos excruciatꝰ rogabat Abraham dicens, Rogo ergo tẽ pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne, & ipsi veniant in hunc locum tormentorum, &c. Hæc etiam pœnæ ad ipsos duntaxat improbos spectant, nihilque filios propter parentum scelera attingunt. De ijs enim tradit Ezechiel, Anima, quæ peccauerit ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eũ.

Exod. 54.

Pœnæ apud inferes impijs statutæ.

Luc. 16.

Ezech. 18.

21 *Videbunt oculi eius interfectionem suam,* id est mortem illam perpetuam, qua apud Tartarũ mulctabuntur. De qua loquitur Dauid, In inferno positi sunt, mors depascet eos, id est, Non sinet eos viuere erumpereq; de terra, sicut boni iterum viuẽt, erumpentque de terra, tanquàm granum frumenti si cadens in terra mortuum fuerit, rectè verò dicit, [*interfectionem suam.*] Hæc enim est propria impiorum mors, nam ea, qua ad huius vitę exitum vocantur, communis illis cum sanctis hominibus est. In Hebræo autẽ est כִּלָּיוֹן cid, quod hoc tantum loco reperitur, & afflictionẽ & euentũ malũ Hebræi significare dicunt, & ita Chaldæus תִּבְרֵהּ tebire attritionem suam vertit. Sed mors illa sempiterna est propria iniquorum afflictio atque attritio. Gręci verò σφαγὴν eadem transferunt. [*Et de furore Omnipotentis bibet.*] Id est, cognoscet quanta sit ira Dei, & quam fuerit temerarium illam irritare. Qua dicendi ratione Ioannes in Apocalypsi vsus est, vt Tartari cruciatus significaret dicens, Hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice irę ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Et fumus tormentorum eorum ascẽdet in secula seculorum. Rectè verò dicit Omnipotentẽ. Nã tantum Omnipotẽs huiusmodi tormẽta adhibere potest. Et ob eam rem ex hac potentia Deum Christus apud Matthæum describit dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autem occidere non possunt, sed potius timete eum, qui potest, & animam,

Psalm. 48

Ioan. 8.

Apoc. 14

Matt. 10.

nam, & corpus perdere in gehenam.

21 *Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? & si numerus mensium eius dimidietur.* Affert duas causas, vt ostendat hanc mortem impij propriâ sapientissimè à Deo fuisse institutam, vnam hoc versu, alteram quatuor sequentibus scribit. Nam si postquàm vitam hanc mortalem amitteret, nulla reliqua esset alia pœna, quam perferret, nisi ea qua filij, & familia eius propter eius scelera afficiuntur, quid sua id referret. Postquàm enim mortuus fuerit, nihil eum domus suæ labores, & dolores attingunt, Sicut dicebat Esaias, Cum ærumnas, & calamitates à populo suo deprecaretur, Abraham nescivit nos, & Israel ignorauit nos. Quare æquum erat, vt eas post mortem pœnas subiret, quæ ad ipsum nihil pertinerent. Quòd dicit, [*Si numerus mensium eius dimidietur.*] Hoc est licèt immatura morte absumatur. Contingit enim sæpe homines propter scelera sua citius è vita expelli, quàm eorum natura postulat, Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabũt dies suos, ait Dauid.

Cur apud inferos pœnæ sint impijs statutę

Esai. 63.

Psal. 54.

22 *Nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat.* Id est, nihil sapientiæ deesse oportet ei, qui excelsos iudicat. Variè etiam exponitur illud, [*qui excelsos iudicat,*] existimo tamen significare, qui iudices omnes vocat in iudicium, ita explicant nonnulli illud Dauidis, Deus deorum Dominus locutus est, hoc est iudex iudicum. Et Ecclesiastes ait, Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia nõ mireris super hoc negotio. Quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij. Estq; sapientissima ratio quã Iob tangit

Psal. 49.

Eccles. 5.

tangit ad demonstrandum. Oportere Dei sapientiam omnibus esse numeris absolutam: secus enim, si quidpiam ipse imprudenter fecisset à quo corrigeretur, cũ ipsius nullus iudex reliquus sit: aut si alius iudex in ea re quam Deus ignoraret, errasset, emendari nequiret. Quare rerum vniuersitas perpetuò non valeret consistere, cùm in aliquo posset errore versari, qui nulla ratione emendari, & corrigi posset. Quare absurdissimũ est existimare (vt Iob ait) vlla posse Deum scientię parte vacare. Quod dicit, vt intelligamus, ita à Deo fuisse institutum, vt superiori, & sequenti ratione par, & æquum esse demonstratur aliquam post mortem impijs pœnam esse institutam.

Dei cur perfectissima oporteat, esse sapientiam.

23 *Iste homo moritur robustus, & sanus dives, & felix.*

24 *Viscera eius sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur.*

25 *Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus.*

26 *Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos.*

His versibus declarat alteram causam, cur æquum, & consentaneum sit alium esse postquam ex hac vita discesserint iniquorum hominum proprium interitum. Quia plerunque accidit, vt improbi homines totam vitam iucundissimè viuant, contrà verò probi miserè calamitosèque omnes tamen similiter, & vno modo moriuntur. Quòd si nullus restaret actus, sed omnis eorum fabula morte esset peracta, iniqua certè esset proborum hominũ conditio, neque ille omnium iudex æquum redderet iudicium, sed error intollerabilis in vniuersitatis gubernatione esset, si pœnæ per se vique sua scelcribus institutæ, prędmia vero virtutibus

conuersa ratione pœnæ bonis imponerentur, præmia verò improbis tribuerétur. Hoc argumẽto Paulus probabat aliam post mortem bonis superesse vitam, Quia

1. Cor. 15. si in hac vita (ait) tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Eodem argumento Ecclesiastes vsus est ad demonstrandum ma-

Eccles. 2. gnam esse vitæ huius vanitatem, vt doceret aliam esse quærendam vehementerq; experendam ad eamque toto pectore aspirandũ. Et dixi ait, in corde meo, si vnus stulti, & meus occasus erit: quid mihi prodest, quòd maiorem sapientiæ dedi operam? locutusque cũ mente mea animaduerti, quòd hoc quoque esset vanitas.

Luc. 16. Hoc etiam argumento Abraham apud Lucã conuincebat diuitem illum æternis tenebris vinculisq; mandatum, nec ritò tanto illum cruciatu affici, Lazarum verò leuari, Fili (ait) recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Quòd dicit, [*Iste homo robustus, & sanus, &c.* Habitum & specimen narrat hominis ini qui voluptatibusque dediti, & cui omnia pro libidine sua suppetunt. Ita enim in scriptura describi solet, Si-

Iob 15. cut dixerat Eliphaz, Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est, operuit facié eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. E contrario vero sancti viri, pauperes, omnibus præsidijs de-

Pſal. 22. stituti, luctu, & mœrore confecti dici solent, vt passim in psalmis, & alijs scripturę locis videre licet, Videant pauperes, & lętẽtur querite Deum, & viuet anima vestra. Quoniã exaudiuit pauperes Dñs, & vinctos suos

Pſal. 68. non despexit. Et propterea eos Iob tetigit dicens, alius verò moritur in amaritudine animæ suæ, &c. Sequitur deinde

Quĩ diuersa ratione boni, & mali in scriptura sacra describantur.

deinde, [*Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.*] Diximus sæpe ad explicandũ argumẽtationes amicorũ Iob eorũ propositiones esse veras, assumptiones tamen falsas, quas fere semper suppresserũt ac in toto genere impiorũ versati sunt, enarrãtes iniquos homines licèt aliquando floreant, tandem suorum criminum pœnas pendere, Dicit ergo Iob, [*noui cogitationes vestras, &c.* Noui ea de causa vos de supplicio impiorum differere, quia existimatis me in tantas calamitates venisse, quòd iniquus sim. Quòd vocat cogitationes eorum, quia id apertè non dicebãt, & quòd assumptiones in argumentando reticebant, intelligentes tamen eas. Iniquas vero sententias huiusmodi cogitationes apellat, quòd temere de illo, & falsò ferebantur.

28 *Dicitis enim vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorum?* Idest, dicitis has propositiones, & generales sententias, assumptiones prætermittentes, neque exponẽtes, qua de causa tan multis has generales quæstiones tractetis. Acutissimè summã fecit totius sermonis abamicis inducti, nam omnes eorum orationes, si rectè ponderentur, in eo versabantur, vt docerent, & impios, & eorum progeniem, & posteritatẽ, domus vel locupletissimas, & instructissimas, nomen, & memoriam esse delenda, ita vt vestigium nullum eorum in terris relinquatur. Eliphaz enim dixit, cap. 15. Non ditabitur, neque perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam, &c. Lædetur quasi vinea in primò flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui munera libenter accipiunt. Baldad id etiam dixit,

cap.

cap.18. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna,quæ super eum est extinguetur. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius,&c. vsque ad finem capitis. Dixit item id Sophar,cap.20. Si ascenderit, vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit. Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderat,dicent vbi est? Quas omnes sentẽtias Iob hoc versu cõprehendit? vt ostendat se scire quo spectarent: licẽt ab illis nõ explicaretur. Quæ expositio huius, & & superioris versus planior,& aptior cæteris mihi videtur,licẽt interpretes Latini,& Hebræi alias lõge diuersas sequantur.

29 *Interrogate quemlibet de viatoribus,& hæc eadem illũ intelligere cognoscetis,* Confutare vult has propositas generales sententias,erant enim falsæ,vt ab ipsis intelligebãrur, Semper impios in hac vita scelerũ suorũ pœnas pendere,vt in exponendis amicorum dictis à nobis traditum est. Dicit autem hoc versu confutationem hanc quam tractare vult ita esse testatam,vt eam vel ignari, & imperiti homines cognoscant. Posuit autem speciẽ pro genere Viatores dicens,id est,homines nullis studijs deditos. Malo enim id ita intelligere,quàm vt alij, qui ea de causa viatores nominare dicunt, quod huiusmodi homines id melius scire possint, quia varias regiones peragrant. Perinde quasi non quęstus faciendi, sed rerum cognitionis causa peragrarent.

30 *Quia ad diẽ perditionis seruatur malus, & ad diẽ furoris ducetur.* Diem perditionis,& furoris vocat eũ quo in æternum dabuntur cruciatum. Sicut Paulus loquitur desideria inutilia,& nociua,quæ mergunt homines in interitũ,&perditionẽ. Illa enim vera est impij perditio,tũc verè *1. Timoth. 6.*

verè Deus in illum terribili ardebit furore, significat ergo iniquos homines non semper in hac vita pœnas sustinere,quia ad illũ diẽ furoris, & perditionis reseruãtur. Sed quòd [*reseruatur*] dicit, in Hebræo est יחשך iehasech. Quod verbũ vulgata æditio valde ambiguè interpretatur. Est enim custodire,vt.1.Reg.25.ver.39 Seruũ suũ custodiuit à malo. Et retinere.2.Re.12.ver. 16.Retinuit Ioab populũ,& quiescere Hiere.14.vers. 10.Multis locis est parcere,vt psal.77.ver.49.&Gen. 22.vers.12.& præparare Iob.38.vers.10.Hebræis tamẽ vbiq; cõstãter prohibere significat,Et ita ex hac significatione facilius hîc locus explanatur in eandẽ sententiã,quã reddit vulgatus. Sed tũc perditionis dies significat eũ diem,quo in hac vita calamitates,& detrimẽta vrgẽt. Sicut dicebat Hieremias,Sicut ventus vrens dis pergã eos corã inimico:dorsum,& nõ faciẽ ostẽdã eis in die perditionis eorũ. Ait ergo, Die perditionis prohibetur malus,id est,Calamitatibus,& detrimẽtis prohibetur,quẽadmodũ dixit Dauid. In labore hominũ nõ sunt. Quare nõ rectè putatis iniquis hominibus perniciẽ semper in hac vita cõparari. Cũ cõtrà plerũq, sit,vt cũ alijs incõmoda cadãt,ipsi leuentũ. Potestq; hęc explicatio ipsius Vulgati auctoritate probari. Quãdoquidẽ ex ipsius sentẽtia in. 1. Regũ à nobis citata custodire verbũ חשך halac significat,vt vertamus, Die perditionis malus custodiẽ. Septuaginta transferunt κἀφίεται subleuatur. Chaldęus verò יתמנח itmanah prohibet. Quod autẽ sequit,[*Et ad diẽ furoris ducetur,*] quo adduci potuit vulgatus,vt illo modo primã huius versus partẽ explicaret,vt melius huic secũdę cohęreret. Ita secũdũ Hebræorũ sentẽtiã exponẽdũ est,ad diẽ furoris ducẽ- *Hiere. 18.* *Psalm. 72*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,alij scilicet.Nã in Hebræo verbũ est plurale יובלו iubalu ducentur,id est,ipsi calamitate prohibentur,cũ in eam trahuntur alij.Cum hominibus non flagellabũtur,dixit Dauid.

Psal. 72. 31 *Quis arguet coram eo viam eius*, Id est, cum tam prospero fortunæ flatu vtantur,quis eos â praua vitæ ratione reuocare,aut eorum flagitia audebit arguere.Sentétia quidem tanto viro digna,ita enim fit,vt homines secundis rebus effrenati,prope fieri non possit,vt in gyrum rationis doctrina & reprehensione ducantur, & ita maximum discrimen subeunt,qui eorum improbam vitam audẽt increpare.Hac enim de causa cędes indignissimæ Christi,& sanctorum eius effectæ sunt. Cur enim Christus tã crudeli fuit morte mulctatus,nisi quod Scribarum,Pharisæorũ, & Sacerdotum acriter vitia obiurgaret?cur Ioannes Baptista,cur Apostoli,multi prophetę,& sancti viri nefariè interfecti sunt, nisi quòd potentes,& fortunatos homines sceleris arguere non dubitarẽt?Quare rectè dicit,*Quis arguet*,&c.

Oppã difficile arguantur qui prospera sunt fortuna.

Eccli.4. dicit etiam Ecclesiasticus,Noli resistere contra faciem potentis,ne coneris cõtra ictum fluuij. Nihilominus statim monet,quod sancti viri fecerunt. Pro iustitia (ait) agonizare pro anima tua,& vsque ad mortem certa pro iustitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.Contrâ vero nulli melius ab errore auertuntur, & ad pietatem informantur,quâm quibus aduersa accidũt.Bonum mihi,quia humiliasti me,vt discam iustificationes tuas,ait Dauid.Sequitur codẽ versu.[*Et quæ fecit quis reddet illi?*]Id est,quis eius scelera vindicabit,eũ rerũ ipse potiatur.Dixerũt(vt ait Dauid) quis noster, Dominus est?Et vt hoc capite Iob, Quis est Omnipotens,

Psal. 118.

potens,vt seruiamus ei?Cùm igitur,neque verbis possit à prauitate reuocari,neque factis eius impetus reprimi,nõ potest nõ esse improbissimus,nullas tamen pœnas in hac vita suscipit,sed[*Ipse ad sepulcra ducetur*,]Id est ad vnum è sepulchris Hebræa phrasi.[*Et in congerie mortuorum vigilabit*,]Id est,inter mortuos collocabitur,& permanebit.Quod dicit in congerie mortuorum in Hebræo est גדוש gadis,quod aceruum tritici proprie significare dicitur,& ita quidam exponunt *Iob.5.* Matura morte absumetur, & ad sepulcrum efferetur, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo, vt capite 5.dixit Eliphaz. Quidam Hebræus aceruum scribit vocare fornicem, aut pyramidem, quæ more Ismaelitarũ in locupletum sepulcris collocari cõsueuit, quã ita vocat,quia aceruum tritici figura sua imitatur. Placetque alijs hæc expositio.

33 *Dulcis fuit glareis cocyti.*Cocytus fluuius est in Arcadia ab Styge palude fluens,quem esse inferorum fluuium poetę commẽtabantur, quòd in illam paludem multa cadaueraconijciebantur, vt citò exederentur. Glarea est terra lapidosa, quæ in fluuiorum ripis esse solet.Posuit autem vulgatus interpres specie pro genere, cocytum dicens.Nam in Hebræo ipsum genus ponitur נחל nahal torrens, intelligit autem Hebręus, & vulgatus locum esse sepulchrorũ, quòd olim fortè secundum flumina efficiebantur.Et ita,vt quidam Hebræus narrat Arabum lingua sepulcrorum loca vocãtur. Significat ergo,dulce eis fuisse sepulchrũ, quia nihil mali in sepulcro sentit,cùm sensum non habeat cadauer.[*Et post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles*,]Id est,omnibus hominibus est definita mors,

Cocytus fluuius.

fine

siue boni illi, siue mali sint. Quare minimè hominis iniqui, sed naturæ corruptæ pœna putanda est.

34 *Quomodo igitur consolamini me frustra, quum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati.* Conclusio est totius argumentationis, qua amicorum sermones refellebat dicentium, Pijs tandem in hac vita res fore secundas, impijs autem aduersas, cùm contra plerũque contingat, vt impij secunda fortuna toto suæ vitæ tẽpore, pij verò aduersa vtantur. Et hac de causa inquit amicorũ responsionem repugnare veritati. Ita enim optimè declaratur, quod ad verbum dicit Hebræus, In vestris respõsionibus relinquitur præuaricatio, id est, à veritate deflexio. Cõsolamini verò dicit, quod Eliphaz cap. 5. & Baldad cap. 8. & Sophar cap. 11. consolabantur eum dicẽtes, Si frugi fieret, in Deique gratiam rediret, fore, vt continuò Deus detrimenta eius resarciret, quod ipse hac argumentatione confutauit. Ostendens bonos viros detrimenta multa, & acerbitates in hac vita perferre. Qui igitur bonus est, is non continuò vitæ incommodis leuatur. Quocirca eum frustra (vt dicit) consolabantur.

CAPVT. XXII.

A RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit.

2 *Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scientiæ?*

3 *Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua?*

4 *Nunquid timens arguet te, & veniet tecũ in iudicium.*

5 *Et non propter malitiam tuã plurimã, & infinitas iniquitates tuas?*

6 *Abstu-*

6 *Abstuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus.*

7 *Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem.*

8 *In fortitudine brachij tui poſſidebas terrã, & potentiſſimus obtinebas eam.* B

9 *Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorũ cõminuiſti.*

10 *Propterea circũdatus es laqueis, & cõturbat te formido ſubita.*

11 *Et putabas te tenebras non viſurũ, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri?*

12 *An cogitas, quòd Deus excelſior cælo ſit, et ſuper ſtellarũ verticem ſublimetur?*

13 *Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quaſi per caligẽ iudicat.*

14 *Nubes latibulũ eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat.*

15 *Nunquid ſemitam ſeculorũ cuſtodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui.*

16 *Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum.* C

17 *Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quaſi nihil poſſit facere Omnipotens, æſtimabant eum.*

18 *Cùm ille impleſſet domos eorum bonis? quorum ſentẽtia procul ſit à me.*

19 *Videbunt iuſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos.*

20 *Nonne ſucciſa eſt erectio eorum, & reliquas eorum deuorauit ignis?*

21 *Acquieſce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.*

22 *Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones eius in corde tuo.*

23 *Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* D

24 *Dabis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 *Dabit pro terrâ silicem, & pro silice torrentes aureos.*

25 *Eritq; Omnipotens contra hostes tuos, & argentũ coaceruabi tur tibi.*

26 *Tunc super Omnipotentẽ delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.*

27 *Rogabis eũ, & exaudiet te, & vota tua reddes.*

28 *Decernes rẽ, & veniet tibi, et in vijs tuis splendebit lumen.*

29 *Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: et qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur.*

30 *Saluabitur innocens, saluabitur autem in mũditia manuum suarum.*

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, Post quã tres amici semel, & iterũ locuti sunt, tertiò nunc loquitur Eliphaz, qui exordium sermonis induxit.

2 *Nunquid Deo cõparari potest homo, etiã cũ perfectæ fuerit scientiæ.* Hic versus, & Duo sequentes valde mihi difficiles visi sunt, & ad explicandum, & ad contexendum. Ad explicandum, quod non in promptu sit, quid attineat ita Iobum redarguere, aut ex quibus eius verbis hæc calumnia petatur, Ad cõtexẽdum, quòd horum trium versuum sententiæ non aptè inter se, neque consequẽtes esse videantur. Neque id interpretes tam Latini, quàm Hebræi considerarunt, aut certè non explicarunt. Id ego tamẽ explicare conabor. Ac primùm hîc versus variè redditur propter verbũ סכם çacá, quod bis in eo ponitur, quod valde ambiguum est Hebræis. Septuaginta ita conuertunt μόνιμον ἔχει κύριος ἔστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην. Nunquid nõ Dñs est docens prudentiã, & scientiã. Chaldæus autẽ ita דאפשר דלא אה דלך בר כנש ום כלך אפשר דעלידן כשרת haephsar

Locus valde difficilis.

haephsar deleela ialiph bar nas uecad caliph epsa dahaleon mesgah, Nunquid Deũ filius hominis docebit? quod si doceat, eis prouidebit. Sed cum verbum Hebræum סכן çacan præter alia prodesse, & increpare significet Hebræi non vno modo hîc exponendũ existimant. Nam quidam prodesse interpretantur, in hãc sentẽtiam, An Deo proderit vir, sicut sibi proderit homo prudens. Alij vero increpare declarãt hoc modo, An Deum increpabit vir, sicut se increpat homo prudens. Hæc autem omnia verbum hoc Hebræi significare dicũt, prodesse, arguere, increpare, assuescere, thesaurizare, recondere, nocere, lædere, pauperare, depauperare. Sed propriè verbum vtile esse, vel prodesse significat. Nam hæc explicatio in omnia quadrat sacræ scripturę loca, si rectè omnia considerentur. Verumtamen quia potest, qui prodest, varias vtilitates afferre, vel arguendo, vel increpando, vel seruando thesaurũ, vel assuescens, fit vt variè ab Hebræis parum elegantibus linguæ suæ tractatoribus declaretur, per antiphrasim autem qua vti solent Hebræi contrariũ illud significat nocere, & hinc pauperem efficere. Sicut נכר nacar Hebræis significat cognoscere, & per antiphrasim dissimulare, & se alienum ostendere. Cum ergo סכן çacan prodesse propriè significet ex hac significatione hîc locus explanabitur, & varię eius versiones inter se conciliabuntur. Prius tamen intelligendum est, cur Iobum ita calumnietur Eliphaz, quod ea de causa fuit, quòd eius vera, & doctissima verba in deterrimã partem accipiebat, existimans ob eam rem voluisse cum Deo disceptare, & in iudicium venire, tam multisque superiori capite de prosperitate improborum, & cala-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitate bonorum deseruisse. Quia putabat vehemẽter errare Deum in rerum humanarum administratione. Hæc autem eius opinio fuisse intelligitur ex capite decimo quinto, quod magnum huic loco mihi lumen afferre videtur, quo ita loquit ipse Eliphaz, Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit, &c. Vtitur autem hic verbo eodem קפץ çacan, vt diximus, cùm locum hũc exponeremus. Ita hoc capite, quod persequimur, Iobum docet nullũ errorem ab eo notari posse in diuina prouidentia, & rerum administratione, cuius Deũ valeret arguere, & in hanc sententiam ait, [*Nunquid Deo potest comparari homo?* &c. Compararetur autem, si illum redarguere, aut conuincere posset erroris, atque adeo esset tunc Deo præstantior. Quod cùm fieri nequeat, non potest igitur homo coarguere Deum. In eandem rationem Græci dixerunt, Nũquid Dominus nõ est docens prudentiam, & scientiam. Quod si per se vique ſua ad Deũ pertinet docere, doceri igitur, & ab errore auerti non potest. Facilè etiam intelligitur eãdem Chaldæum reddidisse sententiam. Illa etiam quadrat quorundã Hebræorum interpretatio quam posuimus, Nũquid Deo proderit vir, sicut sibi proderit homo prudens, id est, Nunquid Deo aliquam doctrinæ & scientiæ vtilitatem afferret, sicut sibi ipsi potest afferre? minimè quidẽ. Atque ex hoc fit, vt frustra coneris Deum erroris arguere. Ex hoc facilè planum fit, atque contexitur, quod sequitur.

3 *Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua.* Id est, licet omni scelerum macula vacues, sisque iustissimus, ac proinde prudentissimus, de qua

quare eum monere, aut cuius consilij ei auctor esse potes.

4 *Nunquid timens arguet te, & veniet tecũ in iudicium?* Idest. Ita ne verò putas, quod tã ifaciat Deus reprehẽsiones tuas, vt timens ne illum alicuius erroris cõuincas, pro se respondebit, te arguet, & tãtis incommodis afficiet, vt sermones tuos, & acrem contentionẽ comprimat?

5 *Et non propter malitiam tuã plurimã, & infinitas iniquitates tuas?* Videtur superiori capite Iob Eliphazum pupugisse dicẽs, Noui cogitationes vestras, vt à nobis explicatum est, hoc est, Licèt assumptiones ratiocinationis reticeatis, noui tamen vos de toto genere impiorũ disputare, putãtes me impium esse. Ne autem ipsius metu, aut reuerentia, aut quod non ita res haberet, putaret Iob amicos assumptiones suppresisse, eas, quod hactenus nemo fecerat, modò pronũciat, aperte testãs, & clamãs eius anteactam vitam sceleratam fuisse. Sed cùm hæc falso obijciantur, potius maledici conuitiatoris, quàm vehementis reprehensoris personam agit Eliphaz. Hoc autem eius testimoniũ satis planè ipsius Dei oraculo refutatur in principio huius libri positi, Iob. 1. Erat Iob vir simplex, & rectus, & recedens à malo.

6 *Abstuliſti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus.* Sine causa dicit, id est, Cùm tibi nihil deberent, vi abstulisti, quod declarat adiungens, Nudos spoliasti vestibus, id est, illos nudos reliquisti, cùm vestem aliam non haberẽt, quod erat scelus maximum. Præsertim Deo dicẽte, Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentũ, ante solis occasum reddes ei, Ipsum enim est solum, quo operitur, indumẽtum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat: si clamauerit ad me Exod. 22.

exaudiam eum, quia misericors sum. Sed hoc culpę crimen in Iob non hærebat, cum ipse trigesimo primo capite dicat. Si negaui, quod volebāt, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meę egressa est mecum.

7 *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.* Id est, cibum, & potum esurienti pauperi non suppeditasti. Nec etiam hęc culpa residebat in Iob. Nam ille capite citato etiam dicit, Si comedi bucellam meā solus, si non comedit pupillus ex ea.

8 *In fortitudine brachij tui possidebas terrā, & potentissimus obtinebas eam.* Id est, non iure sed iniuria, non æquitate, sed vi, & armis eas, quas habebas diuitias, cōparasti, & alijs imperabas, quia fortior illis, & violentior eras. Sed Hebræa ita ad verbum habēt, Vir brachij terram occupabat, & cuius persona accipi solebat, habitauit in ea. Virum brachij potentem vocat, de eodemq; dicit, Cuius persona accipi solebat, id est, cui iudices si alijs iniuriam facere, resistere nō audebant. Quare præter cā, quam vulgatus expressit, potest hic locus aliam habere sententiam, Æquo animo patiebaris, vt potentes, & locupletes homines aliorum bona per vim occuparēt, quod crimen grauissimum est in eo, qui rempublicam capessit. Quod vehemēter cauebat Dauid dicens, Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiā, qui loquitur iniqua, non direxit in cōspectu oculorū meorum. In matutino interficiebā omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Dñi omnes operātes iniquitatem. Sed Septuaginta viri virū brachij eū esse intellexerūt, qui nullas habet opes, brachio meretur, hoc est

Psal. 100

est mercede conducitur, ad aliquid faciendum, ita primam versus partem conuertentes ὤχισας δὲ πτώχας ὡσὶ γῆς habitare fecisti pauperes in terra, ideſt, Quoniam fortunis eos euertebas, sic vt cogerētur opera, & industria sua victum quęrere. In secunda autē huius versus parte participiū, quod habitus vocāt grammatici Hebræi כשוא nasu actiuū esse fecerūt, ita vertētes ἐθάυμασας δὲ τὰν πρόσωπα vult⁹ aliquorū reuerebaris, hoc est personas accipiebas, non ex æquitate, sed ex personarum dignitate iudicās. Illud præterea hoc versu egerunt Septuaginta, vt illum totum conuerterent primā partem secundo loco, & secundam primo ponētes, vt aptius puto sequenti versui coniungeretur, qui de eadem re differit ex eorū versione, de qua prima huius versus pars. Sequitur enim.

9 *Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorū cōminuisti.* Id est, ijs eras infestus, atq; crudelis, quos omni præsidio orbatos esse cognoscebas. Quod quidē scelus esset immane principis præsertim, cui homines tenues, & inopes curæ maximę esse debent, ne vllum à potentioribus detrimentū accipiant, & ob eā rem acriter Esaias increpat principes populi sui dicens, Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. In eaque re Dauid, Maximè Dei imperium cōmendat, Quòd Dñs custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Eodem autem modo, quo vulgatus Græci, & Chaldæus hunc versum reddiderunt. Sed illud verbū comminuisti דכא ieduca, quod alijs punctis est actiuum, sicut omnes classici interpretes esse cognouerūt, ijs punctis, quibus apud Hebræos scribitur est passiuum, & eam oratio habet sentētiam,

Esai. 1.

Psal. 145.

Brachij pupillorum conterebantur, id est, te cernue te pupilli à diuitibus, & potétibus pprimebátur. Quæ erat culpa (vt dixi) in principe grauissima, sed quacunque id ratione intelligatur in Iob non hærebat, vt ipse cap. 29. testatur, Oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum, &c. Pater eram pauperum, &c. Cõterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.

10 *Propterea circũdatus es laqueis*, Laqueos vocat eas calamitates in quas incidit, quibus illũ Deus represit, & iras eius fugiété, & quasi cõtẽnentem (vt putabat Eliphaz) prehẽdit. Eodé nomine calamitates vocabat Dauid dicés, Induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro, [*& cõturbat te formido subita.*] Easdé calamitates intelligit, quæ repentè illum inuaserunt.

Psalm. 65

11 *Et putabis te tenebras non visurũ, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri?* Tenebras etiam vocat calamitates, quo nomine, vt sæpe hoc libro diximus frequéter in scriptura vocantur. Aquas etiam vocat easdem calamitates. Sicut dixit Dauid, Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animã meã. Ex quo intelligemus quãtã eloquẽtiã, & verborũ copiã habuerit Eliphaz. Significat igitur, Et cũ tot tantisq; peccatis tenearis, putabas te calamitates vitaturum, quibus tua ista scelera Deus vleisceretur. Hebræa etiã ita reddi possũt, Vel tenebras nõ vides, & multitudinẽ aquarũ, quæ te operiet? Id est an nõ animaduertis, quod propter flagitia tua tot mala sustineas? Sed quòd Vel cõuertimus in Hebræo est וְ, o, Septuaginta tamen auctores אֹ

Psalm. 68

or

or lumen legisse videtur. Quod facile fieri potuit, nã. ו & ר. literæ similes sunt: præsertim, quod. ו. adiũcta est virgula ־ machaph, qua similiores fierent. Et ob eã rẽ in eandẽ sententiã, ita Græci hunc versum cõuerterũt φῶς σοι σκότος ἀπέβη καὶ μεθύοντά σε ὕδατος σε ἐκάλυψε, lumen tibi in tenebras abijt, & te dormiẽtẽ aqua operuit. Id est, prosperitas tua in miseriã versa est. Et te securũ, & nihil simile cogitanté calamitas oppressit, illud enim לֹא תִרְאֶה lo tireh nõ videbis, liberiori paraphrasi dormiẽtẽ interpretati sunt, ad declarãdũ magis securitatem impij, qua fuisse Iob ex versione vulgati, & Græcorũ indicabat Eliphaz. Falsò tamẽ cũ ipse c. 3. dicat, Timor, quẽ timebã, enenit mihi, & quod verebar, accidit. Et c. 9. verebar omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti.

11 *An cogitas, quòd Deus excelsior cælo sit, et super stellarũ verticẽ sublimetur?* Nõ solũ facta, habitũ, & securitatẽ hominis scelerati, sed etiã dicta, & cogitationes sancto Iobo Eliphaz temerè attribuit. Itaq, illũ sceleratissimũ esse sibi persuasit. Vt ex hoc loco cõiecturã faciamus, q̃ vehemẽs, & penitus insita opinio animos stultissimi vulgi peruasit, vt neminẽ esse calamitosũ videãt, quẽ nõ flagitiosũ existimẽt. Vt Christus cũ sceleratis reputatus est, vt ait Esaias, & citat à Marco, Et de se ipse p Dauidẽ dicit, Ego sũ vermis, & nõ homo opprobriũ hominũ, & abiectio plebis. Et alio psalmo Dauid ait, Quod exprobrauerũt inimici tui Deo, exprobrauerũt cõmutationẽ Christi tui. Has autẽ peruersas cogitationes impiorũ hominũ ponit Dauid in psalmo, Et dixerũt, Nõ videbit Dñs, neq; intelliget Deus Iacob. Ita Eliphaz de Iob dicit, vt sequẽtibus versibus magis declarat. An putabas Deum impia

Stulta vulgi opinio putãtis flagitiosum calamitosũ esse.

Esai. 53.
Marc. 15
Psalm. 22
Psalm. 93

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta non visurum (vt iniqui putant) quid tanto à terra interuallo distaret, vt sit cælis, & stellis ipsis excelsior. Eandem sententiam, sed obscurius habent Hebræa. quæ ita verbum de verbo conuertit Chaldæus, Nonne Deus in altitudine cælorum: vide verticem stellarum, quoniam excelsæ sunt, id est, Quia Deum in cælorum altitudine esse videbas, & ipsos cælos altissimos à nobisque distantissimos esse. Dicis, &c. vt est in sequenti versu. Septuaginta tamen auctores aliam hoc versu sententiam intellexerunt. Nam ita transferunt μὴ ἐχὶ ὁ τὰ ὑψηλὰ ναίων ἐφορᾷ; τὰς δὲ ὑβρεῖς φρονήσεις ἐπιγινώσκει nonne habitans in excelsis videt? Et superbia elatos deprimit. Id est, putabas, vt dixit superiori versu, tenebras nō visurum, perinde quasi is, qui habitat in excelsis, non videret? Et homines elatos superbia non deprimeret, itaq; Græci cogitationes, quas narrat iniqui, non hoc, sed sequenti versu incipere putarunt. Illam autem primam versus partem, Nonne habitans in excelsis videt, significant Hebræa, tantùm si collū siue acētus Athnah ponat nō in שמים samaim cælis, vt volunt Hebræi, sed in verbo ראה ree vide. Nam tunc verbum de verbo conuersa, id declarabunt Hebræa, Nūquid Deus altitudinis videt. Illud autem, Superbia elatos deprimit, liberior paraphrasis esse potest eius, quod est ad verbū in Hebræo, Verticem stellarum, quoniam excelsæ sunt, vt verticem stellarum vocet homines superbia elatos, quos excelsos esse videt, vt deprimat ad supplicium. Sicut dixit Dauid, Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit, quod exponit Pater Augustinus, Vt deprimat.

Psal. 137.

13 Et

13 *Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginē iudicet.*
14 *Nubes latibulū eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat.* Rationes ponit ridiculas impiorum hominum, quibus adducti putant scelera sua Deum latere posse. Vt, quàm amentes, & ridiculi sint, ostēdat, qui tam friuolis, stultis, & prorsus ineptissimis argumentis de re grauissima iudicent, & in qua tota eorum salus agatur, Quòd Deus longissimo à terris interuallo distet, nam perambulat (aiunt) circa cæli cardines. Hebraicè, חוג hug gyrum, vt vertūt Septuaginta vel circuitum cæli, quare res tantùm cælestes considerat atq; administrat, terrestes verò, cūtā lōgè absint ab eis, vel non videt, vel non curat. Quam rationem absurdissimam refellunt Theologi docentes Deum rebus omnibus adesse præsentem, per essentiam, quòd res omnes fecit, & alat, per potētiam, quòd res omnes ei subijciantur, & ad nutum pareant, per præsentiam, quòd res omnes inspiciat, & penitus cognoscat. Quam excellentissimam Dei prouidentiam, & rerum omnium vel minimarum curam Christus docuit apud Matthæum dicens, Nonne duo passeres asse vænecunt, & vnus ex illis non cadet in terram sine patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Aliam etiam non minus ridiculam ponit impiorum suæ peruersissimæ opinionis rationem, quòd ipsum interuallū, quo cæli à terris distant, præterquàm quòd longissimū est, nubibus intercluſum, & obsitum sit. Perinde quasi Dei acies corporis esset particeps, & nostrorum oculorum similis, & non acutissimi, & immensi potius ingenij, quo totum orbem atq; adeò res infinitas seipsum inquam lustrat.

Deum tribus modis rebus omnibus adesse præsentem.

Matth. 10

Lls 15 Nun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

15 *Nunquid semitam seculorũ custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui.* Semitam seculorum vocat viam atque rationem, quam homines ij, qui superioribus seculis fuerunt, secuti sunt: vt indicet illorum hanc impiam opinionem fuisse.

16 *Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum.* Id est, qui immatura, subita, & terribili morte absumpti sunt. Genus autẽ mortis, quod nam fuerit declarat addẽs, Fluuius subuertit, &c. Hebraicè est יזוב iuzac diffusus est. Ex quo facilè cognoscitur eos homines significare, qui fuerunt diluuij temporibus, cuius aquis propter sua immania scelera obruti sunt. Fundamentum verò ipsorum vocat vrbes eorũ munitas, domus instructas, pecora, armenta, agros, & alias opes, hæc enim sunt fundamenta quibus omnes impij connixi Deum, & officij leges, atque præcepta contemnere audent. Et vt intelligerent quàm infirma illa erant fundamenta, simul ipsi sunt cum suis fundamentis subuersi, vt est in sapientia. Commouebit impios à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum periet.

Quæ sint fundamenta impiorũ

Sapien. 4.

17 *Qui dicebant Deo, Recede à nobis,* Declarat, quæ nam fuerit illa semita seculorũ, quã calcauerunt iniqui viri, vt dixit superiori versu, id est, Vt Deũ à se repellerent, leges eius tenere, & vitam cum virtute colere nolentes, quorum iniquum consilium Iob etiam superiori capite narrauit dicẽs, Qui dixerunt Deo, Recede â nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. Qua verò de causa tam turpe, & superbum consilium inierint, aperit statim dicens.

Iob. 21.

Et

Et quasi nihil posset facere omnipotens, æstimabant eum. Hæc est illa malè considerata, & perdita impiorũ ratio, cur Deum nõ reuereantur, quia nec boni illum, nec mali auctorem existimant. Sed si quid boni in vita consequantur, vel prosperæ fortunæ, vel industriæ suæ acceptum referunt. Ita etiam si vllam iacturã faciant, eã vel aduersę fortunę suę, vel alterius malitię asscribunt, in Dei autem memoriam, neque in prospera, neque in aduersa redeunt fortuna. Itaque nullam maiorem Dei rationem habeant in negotijs suis tractandis, quàm si idolum ligneum aut lapideum esset, de quo dicit Hieremias, Nolite timere, ea quia nec malè possunt facere nec benè. Ita ipsi de verò Deo cogitant, & ob eam rẽ meritò ab eo acerbissimè puniuntur. Sicut per Sophoniam inquit. Visitabo super viros defixos in fœcibus suis. Qui dicunt in cordibus suis, Nõ faciet benè Dominus, non faciet malè. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum. Lõgè diuersa debet esse bonorum hominum ratio. Nã illud quod canebat Ana in animo suo semper hærere debet, Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Cuius optimæ rationis auctor est ipse Eliphaz, subin de illos refutans.

Impij cur Deum nõ reuereãtur.

Hiere. 10.

1. Reg. 2.

18 *Cùm ipse implesset domos eorum bonis?* Deus enim bonorum omnium auctor est, ipseque improbis hominibus tam amplas facultates tribuit, licèt ipsi id, vt ingrati non cognoscant, & ea de causa Deus illis, quidquid boni præstiterat, subtrahit, & malis onerat, vt verbis eius dicebat Oseas plebi Israel, Et hæc nescisti, quia ego dedi ei frumentum, vinum & oleum,

Deus omniũ bonorũ auctor.

Osæ. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal. Ideircò conuertar, & summam frumenti meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stulti tiam eius in oculis amatorum eius, & vir non eruet eã de manu mea. [*Quorum sententia procul sit a me.*] Est enim valde aliena integritate, & vera optimi viri prudentia, cui pro certo debet, & testato esse res prosperas, & aduersas non fortuna, sed Dei voluntate gubernari. Quod magnum habet momentum ad res prosperas, & aduersas moderatè ferendas. Quidam Hebræus in commentarijs putat hoc dicere Eliphaz, vt subridens refellat, quod superiori capite dixit Iob, Consilium impiorũ longè sit à me, tanquàm si diceret, Cùm tu consiliũ impiorum sequaris, cur dicis, Lõgè sit â me? estq; probabilis expositio.

19 *Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.* Videbunt inquam impiorum casum acerbissimum, & interitum miserabilem, vt sequenti versu declarat ea ratione dicẽdi, qua dixit Dauid, Cum perierint peccatores videbis, Vehementer autem recreat, & reficit pios viros impiorum ruina, auctore Dauide, Videbũt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas opilauit os suum. Quidam etiam doctè, & eleganter Dauidẽ imitatus canebat.

Psalm. 36. Excisio impiorum pios leuat. *Psal. 106.*

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset,
Rector, & incerto fluerent mortalia casu
Nam cùm res hominum tanta caligine volui
Aspicerem, lætosq; diu florere nocentes.

In

In qua difficultate, & angustia, quid ei consolationem attulerit deinde narrat.

Absoluit hunc tandem Rufin pœna tumultum,
Absolutiq; Deos.

Hebræi tamè hoc dictum Eliphaz singulariter referri putãt ad Noe, & filios eius, qui, eũ aquæ inundarẽt, irridebant eos, à quibus fuerãt irrisi, eũ ædificaretur arca.

20 *Nonne succisa est erectio eorũ, & reliquias eorum deuorauit ignis?* Apertè tãgit in secũda versus parte incẽdiũ Sodomę, & Gomorrhę, & reliquarũ vrbiũ de quibus narratur in Genesi. [*reliquias,*] autè dicit, vt significet cũctas vrbes, ita vt nihil reliquũ fuerit, prorsus fuisse cõsumptas, sic enim factũ fuisse narratur. Sic etiã de Babylone Esaias locutus est, Et perdã Babylonis nomẽ, & reliquias, & germẽ, & progenié. Et ponã eã in possessionẽ Ericij, & in paludes aquarum. Adeò enim Deus in homines impios, & sceleratos vehemẽs, & inexorabilis est, vt cùm stomachũ suũ in eos ernũpere decreuit, nõ solũ ipsos, sed etiã quidquid ad eos pertineat, quod corũ memoriã excitare possit, extinguat, & funditus deleat. Ita prælagit futurũ Dauid dicens, Reliquiæ impiorũ interibunt. Sed illud quod dicit, Succisa est erectio eorum, est valde difficilẽ Hebræis. Classici autem interpretes eandem quam vulgatus reddunt sententiam. Septuaginta enim ita transferunt εἰ μὴ ὑφέστηκεν ἡ ὑπόστασις αὐτῶν nisi deleta est existẽtia eorũ. Chaldæus autem sic אִם לָא אִתְכַּרִּיעַ מְעִכְּבֵיהוֹן im la itmenihu milemecũ, si nõ prohibiti sunt, quo minus existerẽt. Sed in Hebræo est, si nõ succisa est קדמתו chimanu. de cuius expositione longè differt inter Hebræos. Cõstat autè pronomẽ relatiuũ esse non tertiæ, vt classici interpre-

Esai. 24.

Psalm. 36.

terpretes conuerterunt,sed primæ. Constat item radix eius esse קום cum erigere statuere, differt autem quòd quidam primam personam irregularem pluralis præteriti coniugationis Pihel esse affirmant, vt [*statuimus,*] significet,in hanc sententiam,Statuimus non esse succisum,Noe scilicet,aquis diluuij,quòd esset pius. Vt intelligatur diluuium nõ casu successisse,sed eo vltionem impiorum diuinitus esse quæsitam. Alij dicũt non esse verbum, sed nomen huius formæ קים cum cũ pronomine primæ personæ, vt significet erectionẽ nostram,in hanc partem, Non successa est erectio nostra,id est,Noe à quo nos oriundi sumus. Planior tamen ea sententia est,quam clasici interpretes traduxerunt,licet non tam apta sit verbis Hebræis.

21 *Acquiesce igitur ei.* Postquàm Iob sceleris redarguit eum ad pietatem hortatur, tractatque satis eloquenter exortationem, ostendẽs quibus bonis pij viri augeantur,postquàm mala narrauit,quibus impij afficiãtur, [*Acquiesce,*&c. Id est, obtempera Deo,in eandem sententiã Hebræus dicit הסכן hacchen assuesce,sed significantius,vt enim vberrimos pietatis fructus percipiamus,non satis est Deo nonnũquàm obtemperare, sed oportet in ea re assuescere,vt assiduitas virtutẽ pariat perfectam,qua benè beatèq; viuitur. Idem Græci significare voluerunt γενὲ δὴ σκληρὸς fac vt durus sis,vertentes,oportet enim,ne mollis animus noster sit, sed vt constantia obdurescat. *Et habebo pacem,* Cum Deo nimirum,quæ vera pax est,& quam tanta rerum difficultate nobis Christus peperit, de qua ipse dixit, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, non quomodo mundus dat,ego do vobis. Mundus enim pacem cum

Ioan.14.

cum Deo non præstat,sed Christus tãtum. [*Et per hæc habebis fructus optimos.* Id est,hæc pax cum Deo fructus tibi optimos afferet. Qua vero ratione sit hæc pax facienda,differtè docet eum,dicens.

Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo. Contrà quàm faciebant homines illi nefarij, qui dicebant Deo, Recede à nobis. Ita Christus cũ Deo iungere amicitiã docuit, Si quis diligit me sermones meos seruabit. Ioan. 14

23 *si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis,* Id est, si in Dei gratiam redieris,in integrum ipse te restituet. Nã ipse hominibus calamitosis per Zachariam dixit, Conuertimini ad me,& cõuertar ad vos. Tradit etiã qua ratione ad Deum reuerti oporteat. [*Et longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Hinc proficisci oportet, vt ad Deũ reuertamur,id est, Vt peccatũ prius abhorreamus,& repellamus,cuius rei specimen tribuit Elias,qui vt populum Deo reconciliaret,iussit ei, vt omnes prophetas Baal trucidaret. Zach.1.

24 *Dabit pro terra silicem,& pro silice torrentes aureos.* Quoniam ædificaberis,id est restituens is superiori versu dixit,hoc versu exponit quàm plene, q̃ in integrumq;, aitque,Non solum pristinam tibi Deus felicitatem restituet,sed eam longè maiorem efficiet. Quod vt significaret,vsus fuit figura synedocha,specie pro genere, res aliquas nominans in alias longè meliores commutandas pro terra silicẽ,pro silice torretes aureos. Minimè vero ita rudes esse debemus,vt significare voluisse credamus,terram in silicem,silicem in torrentes aureos abituru r. Sed illud tantùm genus Omnia meliora futura. Qua dicendi figura vsus est Esaias ad declarandam

Universidad de Deusto Biblioteca

randum quantas diuitias Christus orbi terrarum alluturus esset. Pro ære afferam aurum, pro ferro afferam
Esai. 60. argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Quod ob eam rem dico, ne variæ huius versus versiones, & interpretationes confusionē alicui pariant. Nā sententia eadem est, si ad totum genus varię speciem referantur, quæ ab interpretibus conuertuntur. Nam Septuaginta ita transferūt καὶ ἦσαι ἐπὶ χώρας ἐν πέτρᾳ καὶ ὡς πέτρα χειμάρρους ὀφρύς, sedebis super agerem in petra, & vt petra torrens ophir. Chaldæus autem sic, & collocabis super puluerem arcem munitam, & sicut rupis torrentium aurum ophir. Accidit autem, vt tam varie locus hîc verteretur propter voces ambiguas in Hebræo positas. Præsertim propter voces בצר bazar, ובצר bezur. Nam si in vtroque ב. bet sit accidentalis, vt dicunt grammatici, significant in petra vel rupe, & propterea vulgatus transtulit silicem, Græci petram, & Chaldæus, primo loco arcem, quod sit instar rupis, secundo verò loco rupem. Hebræi autem varijs modis hunc locum explanant, nonnullasque eorum sententias in scholijs scribit auctor Bibliæ Roberti, quarum ego nulli subscribo. Sed illa mihi planior, & cæteris aptior explicatio videtur, vt. ז. primò loco sit radicalis, secundo verò accidentalis, & tunc hæc erit sententia, Tātas tibi diuitias præstabit, vt sit tibi pro puluere aurum, pro exiguis torrētium lapidibus ophir, quod est aurum excellētissimum. Similis amplificatio est in
2. Paralip. 9 Paralipomenis, Tātam copiā præbuit argenti in Hierusalem, quasi lapidum.

25 *Eritque Omnipotens contra hostes tuos.* Sicut est in Exo-
Exod. 23. do, Quod si audieris vocē eius, & feceris omnia, quæ loquor,

loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affigentes te. Sed quod dicit, Cōtra hostes tuos, in Hebrēo est צרריך bezarecha idem prope nomen, quod superiori versu difficultatem attulit, & ita varie etiam hîc exponitur, sed planior atque facilior est vulgati versio, quā Græci sequuntur, vt. ב. sit accidentalis litera, & nomen צרים zarim hostes. Chaldęus autē eodē modo quo superiori versu vertit כרך cherach arcē, Deo erit arx tua.
Prouer. 18 Sicut Salomon dixit, Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Hebræi autem quoniam de auro superiori versu sermo fuit, aptius putant quadrare, si aurum exponamus, Omnipotens erit aurum tuū. Sicut dixit Dauid, Hæreditas mea, & pars
Psal. 72. mea Deus. At hîc est numerus pluralis, & propterea nonnulli dicunt exponendum esse Aura tua, si ita loqui Latinis liceret. Sed cum id durius cuidā Hebræo videatur, dicit in correctioribus libris deesse. ו. signū pluralis, & aurum exponit, quibus omnibus difficultatibus vacat Vulgati, & Græcorum expositio, & ob eam rem mihi magis probatur. [*Et argentum coaceruabitur tibi.*] Id est, amplas fortunas habebis. Quam sententiam hîc omnes Hebræi intelligunt licēt in expositione nominis רעפות rohaphot nō omnes inter se conueniant, quod Vulgatus reddit, [*coaceruabitur,*] Hebręi forte, inges, duplex significare dicūt. Alij, quibus ego magis assentior fortitudines indicare sentiunt, & ita Chaldæus hoc loco reddit. Et vulgatus in Numeris. c. 23. vers. 2. & cap. 24. vers. 8. Fortitudo similis rhinocerotis. Ita hic vertere possumus, Aurū fortitudinis, vel fortitudinum, id est, Multum nimis, quod planius, & Latina phrasi dicitur, Coaceruabitur. Sed Hebræa, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbum de verbo reddamus, ita habent, Argẽtum forti tudinum tibi. Quare in aliam partem id Græci expli carunt ηρ. θαρσὸν δὲ ἀποδώσει σε ὥσπερ ἀργύριον πεπυρωμένον. Præstabit te purum, sicut aurũ igne exploratũ, id est, id fructus ex calamitate, quam sustinuisti feres, vt purus ea reddaris, sicut argẽtum igne exploratum. Sicut dixit Dauid, Probasti nos Deus, igne nos exami nasti, sicut examinatur argentum. *Psalm.* 61

26 *Tunc super omnipotentem delitijs afflues*, Id est, in Deo vehementer delectaberis. Nullis enim verbis satis explicari potest, quã eximia lætitia, quàm pleno gaudio afficiantur ij, qui Dei ope calamitate leuantur, & Deũ sibi placatũ, & beneuolum sentiunt, quẽ antea sibi nimis iratum, & acerbum putabãt. Cuius rei mentione Christus, Apostolos miserabili ratione relicturus luculenter cõsolabatur dicẽs, Plorabitis, & flebitis vos, &c. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cũ parit tristitiam habet, quia venit hora eius cùm autem peperit puerum, iam non meminit præsuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, Et vos igi tur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem vide bo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. [*Et leuabis ad Deum faciem tuam*,] habitus eius est, qui malis, & miserijs oppressus, Dei subsidio, & fauore recreatus caput extollere, & se erigere cœpit. Quod eleganter tractauit Dauid dicens, Sic benedicam te in vita, in nomine tuo leuabo manus meas, Quod exultantis etiam est, Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia

Eximia lætitia afficiũtur, qui Dei ope calamitate leuantur. *Ioan.* 16.

Psalm. 62

quia fuisti adiutor meus, &c.

27 *Rogabis eum, & exaudiet te*, Doctissimè docet, qua ratione viri boni recreentur, coniecturam facientes Deũ sibi esse placatum. Nam sicut cum sibi iratum opinantur, quòd eis in malis auxilium petentibus non occurrit. Sicut dicebat Dauid, Deus meus quare me dereliquisti longè à salute mea. Deus meus clamabo per diẽ & non exaudies, & nocte non ad insipientiam mihi. Ira in eo placatum esse cognoscunt, quòd eorum preces audiat, & desideriorum suorum cõpotes efficiat. Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus, ait etiã Dauid. [*Vota tua reddes*,] quæ scilicet suscepisti, si tui voti compos esses. Sicut eriã canebat Regius vates, Apud te laus mea in ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Ex quo boni viri cõiecturam faciant Deũ sibi esse placatum. *Psal.* 22

Psalm. 29

Psalm. 22

28 *Discernes rem, & veniet tibi*. In eandem rationem Hebræus dicit, discernes אמר omer sermonem. Id est, quidquid optaueris, quod non sit contra caput tuum, Deum orabis, & ipse præstabit, id quod Christus clarius confirmat dicens, Omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Sed Græci in sua versione prætermisserunt illud, Discernes rem. Et illud, Veniet tibi ad verbum In Hebræo est, Eriget tibi, quod illi hac paraphrasi transtulerunt ἀποκατασήσει σοι δίκαιον δικαιοσύνης constituet tibi cœnaculum iustitiæ. Pars pro toto, id est, Domum tibi dabit rebus instructam iure partis, cuiusmodi omnes ædes sunt sanctorum virorum. Quibus verbis significare videtur fortunas, quas amiserat, iniquis rationibus esse comparatas.

Matt. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt ei hoc eodem capite dixerat, Abstuliſti pignus fratrum tuorum ſine cauſa, nudos ſpoliaſti veſtibus. [*Et in vijs tuis ſplendebit lumen,*] lumen proſperitatem hic, & alijs multis ſcripturæ locis ſignificat, vt dixit Dauid,

Pſal. 112. Exortum eſt in tenebris lumen rectis. Ait ergo ex ſententia tibi ſuccedet, quidquid egeris. Id etiã pollicitus

Pſalm. 1. eſt Dauid viro bono, Omnia quæcũque faciet, ſemper proſperabuntur.

29 *Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria.* Quidã hunc verſum ex Hebræo conuertendum putant, Cùm humiliabuntur nimirum alij. A quibus diſſentior, nã Hebraicè eſt השפיל hiſpilu, quod cùm ſit actiuum coniugationis Hiphil, duplicem actionem ſignificans, ita rectè non explicatur. Sed humiliare fecerunt, iniquiſcilicet, vel Deus iniquorum opera, quod rectè declarauit vulgatus vertens, Humiliatus fuerit. Id eſt, cum vir ſanctus fuerit humiliatus tantum abeſt, vt de ſalute eius deſperandum ſit, vt tunc eius ſit gloria propinquior. Quam declarationem Hebræa planè indicant, quæ ita ad verbũ habẽt, Cum humiliare fecerint, & dices exaltatio. Quod obſcurius cõuerterunt Græci ὅτι ἐταπείνωσεν ἐκυρίου καὶ ἐρεῖς ὑπερηφανεύσατο. Quoniam humiliauit ſeipſum, & dices ſuperbiuit, ideſt, ſimul ac ſeipſum humiliauerit, & dicere poteris exaltatus eſt. Humiliat autem ſeipſum is, qui à Deo humiliatus, non indignè fert, ſed Deo gratias agens, ſicut Iob patiẽter tollerat, qui profectò exaltabitur, quod planius mox dicit Eliphaz. [*Et qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur.* Inclinare oculos ſuos eſt ſe ipſum humiliare, ſicut Chriſtus de publicano narrauit, Publicanus à longè ſtans nolebat, neque oculos ad cælum leuare. Ex quo Chriſtus

Quis humiliet ſe.

Luc. 18.

concluſit, qui ſe humiliat exaltabitur. Quod Petrus etiam docet, Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Id eſt, cùm alios perdiderit atque deiecerit, ſcelerum ſuorum pœnas repetens, vt ſubijcit Eliphaz.

1. Petr. 5.

30 *Saluabitur innocens, ſaluabitur autem in munditia manuum ſuarum.* Id eſt, licèt afflictus, oppreſſus, detrimẽtis & incommodis ſit oneratus, emerget tamen propter innocentiam ſuam, periculis liberabitur, ſaluus & incolumis erit. Sed hoc idẽ maiori amplificatione in Hebræo dicitur, Liberabit inſulam, innocẽs liberabitur in mũditia manuum ſuarũ. Id eſt, tãta vis eſt innocentiæ, vt non ſolum innocẽti, ſed toti inſulæ, vel regioni, in qua habitauerit, ſalutem, & incolumitatem det. Ita vnius Ioſeph prudentia Ægyptus fame non fuit deletus. Moyſes tot hominũ millibus ſtrage, & cede precibus liberauit. Propter Paulum multi, qui cum eo erant in naui, non ſunt ſubmerſi.

Bonus nõ ſolum ſe ipſum, ſed alios etiam calamitate liberat.

CAPVT. XXIII.

RESpondens autem Iob, ait.

2 *Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum.* A

3 *Quis mihi tribuat, vt cognoſcam, & inueniam illum, & veniam vſque ad ſolium eius?*

4 *Ponã coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.* B

5 *Vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam, quid loquatur mihi.*

6 *Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam in dicium meum.*

8 *Si ad Orientem ierо, non apparet: si ad Occidentem, non intelligã eum.*

9 *Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum, si me vertã ad dexteram, non videbo illum.*

10 *Ipse verò scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit.*

11 *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & nõ declinaui ex ea.*

12 *A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.*

13 *Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcumque voluit, hoc fecit.*

14 *Cumque expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa si milio præstò sunt ei.*

15 *Et idcircò à facie eius turbatus sum: & considerans eum time re solicitor.*

16 *Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.*

17 *Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciẽ meam operuit caligo.*

RESpondens autem Iob, ait.

2 *Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggranata est super gemitũ meũ.*

Id est, licèt ita me acerbè obiurgaris, & falsa in me crimina conieceris, non reprimam lamentosas, & flebiles voces meas, quę leuiores sum, quàm dolor, & ęgritudo mea postulat. Eandem sententiam Hebrai cè esse diximus in verbis illis. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quã patior, in statera, quasi arena maris hęc grauior appareret. Quod Manus plagę meæ dicit in Hebræo est יָדִי iadi, manus mea. Vocat autem manũ suam vulnus, & calamitatem, quam acceperat, sed hanc phrasim Hebræam Græci ita explicãt διότι ἔκκριτός μου ἡ ἔλεγξίς μου ἐστί, noui quod ex manu mea sit reprehẽsio mea, id est, Scio quod nõ alia de causa putatis posse vos, ita in me acriter animaduertere, nisi quia tantam iacturã me fecisse videtis. Quod cum absurdissimum, & stultissimum esse cognoscam, nihil querelas meas reprimitis. Stulta enim reprehensio potius dolorem auget, quàm minuit, stomachum mouet, quàm coerceat. *Iob.6.*

3 *Quis mihi tribuat, vt cognoscã, & inueniam illũ, & veniã vsque ad solium eius.* Cum absurdis cæcisque hominum iudicijs cõdemnetur, meritò Dei iudicium optat, in quo nemo ex afflicta fortuna, sed experdita vita condemnatur, sicut capite. 13. dixit, Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio. Quòd dicit, Veniam vsque ad solium eius, obscurius Græci, ita conuerterũt ἔλθοιμι ἕως τέλους, & veniam in finem. Fortè ita vocantes iudicium, & solium Dei, quòd in eo extrema feratur sententia, neq; restet aliud ad quod prouocari possit. Vel quod extrema mortis die fiat.

4 *Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.* Id est, causam meam apud eũ dicã, & eũ acriter arguam, & probare contendam me nullo merito meo tot tantisq; pœnis affici. Increpationes quas dicit, posuit capite. 10., Loquar in amaritudine animæ meæ dicam Deo, Noli me cõdẽnare, indica mihi cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues, &c.

5 *Vt sciam verba, quæ mihi respondeat, & intelligam, quid loquatur mihi.* Id est, vt sciam quo pacto hæc mea argumenta explicabit, & vtrum vllam culpam in me conferet, vt vos confertis. Quòd [*sciam verba*] dicit, ita est in Hebreo. Sed obscurius Græci autores conuerterunt γνώσομαι ῥῆμα cognoscant autem medicamentum. Forte verba Dei medicamentum vocarunt, quòd afflictis, & anxio animo viris satis magnam medicinam faciant, vt regius vates dicebat, Misit verbū suū, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Psal. 106.

6 *Non in multa fortitudine contendat mecum.* Quoniã optare dixit cum Deo de sua innocentia disputare, Dei potentiam infinitam timẽs, eique reuerentiam exhibens petit, vt procul eius absit potentia, iure tãtum, & æquitate disceptatio fiat. Nam vt eius potentię, & fortitudini cedit, ita iure putat non inferiorem futurum. Sicut etiam cap. 13. dixit, Manū tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat. Voca me, & ego respõdebo tibi, aut certè loquar, & tu responde mihi. In eandem rationem dicit, quod sequitur in eodem versu, [*Nec magnitudinis suæ mole me premat.*] Sed in Hebræo illa superior versus pars, ita verbum de verbo est, Nunquid multa potentia mecum contendet. Hac verò parte ita ipse respondet, Non, veruntamen ipse ponet in me. Quare in prima parte eandem omnino, quam vulgatus sententiam habent Hebræa. In secunda verò quędam ambiguitas est, & hac de causa varie declaratur. Nam vulgatus molem magnitudinis suæ subaudiendam duxit, vt in eandem sententiam, quam superiori parte

parte dicat, Nunquid ponet molem magnitudinis suæ in me, vt premat inquam me? Minimè quidem. Græci verò ἀντιλήψ minas subaudiunt in eandem sententiam. Id est, anne minis mecum aget, non æquitate? minimè quidem. Chaldæus autem תגרא tigra, litem subaudit, id est, Si mihi ipsi litem intenderit libenter respondebo, sicut dixit capite decimo tertio, Voca me, & ego respondebo tibi. Quidam Hebræus in commentarijs כח coah robur subaudiendum existimat, quem sequuntur non contemnendi Latini auctores, id est, An Deus infinita sua potentia nõ æquitate mecum contendet? minimè quidem. Quin potius ipse pro bonitate sua vires mihi addet, vt cum eo loquar, sicut de se narrat Ezechiel, Et cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis, & dixit ad me, Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Adeò Deus amat bonos viros vel cum eo loquentes, vel conscientia nixi rectę voluntatis, cum eo de sua disputantes innocentia, vt eos roboret atque confirmet. Contra quã reges, & potentes homines faciunt, quibus iucundum esse solet, si eos, quibus aditus ad se præbent, regio splendore suo perturbari videant. Ezech. 2.

7 *Proponat æquitatem contra me, & perueniet victoriam iudicium meũ.* Id est, non potentia, sed iuris æquitate mecum contendat, & vincã nullo meo merito meo tantas pœnas sustinere. Eandem Septuaginta viri reddunt sententiã, licèt obscurius. tantũ pro victoria transferunt, In finẽ, Id est, in seculũ. Ita etiã trãsfert Chaldeus. vtrumq; enim verbũ Hebrũ נצח nezah significat. Possunt etiã

Hebręa ſic conuerti, Ibi rectus, arguēs cū eo, liberabo in ſeculū iudiciū meū. Ibi dicit, ideſt, Cū ęquitate iuris nō potētia cōtēderit. Rectus verò nō iniquus, cū Deū nihil poſsit latere. Arguēs liberabo. Mutatio perſonę quā frequēter ſacroſancti auctores vſurpāt, ideſt, Ego, qui in rectorū numero me eſſe cōfido, liberabo in ſeculū tātis calūnijs, & falſis criminibus iudicium meum.

8 *Si ad Orientē iero, non apparet: ſi ad Occidentē, non intelligā eū.*

9 *Si ad ſiniſtrā, quid agā? non apprehendā eū, ſi me vertā ad dextrā, nō videbo illū.* Quoniā tertio verſu dixerat, quis mihi tribuat, vt cognoſcam, & inueniam illum? ad diſceptādum (vt declarauit) de iure ſuo cum illo, dicit modo ſe fruſtra id optare. Nam quoquo verſūm ſe conuertat eum inuenire non poteſt. Quòd vt magis amplificet quatuor locorum ſpecies numerat, quibus cæterę cōprehenduntur, ante, & retro, ita enim eſt in Hebræo, & ita vertunt Septuaginta, quod vulgatus Chaldæum ſecutus vertit Orientem, & Occidentem. Idem enim Hebræis eſt, quod antè & retro, vt videre eſt in Genesi capite. 11. verſ. 2. & capite. 12. verſ. 8. duæ aliæ ſpecies ſunt dextrorſum, & ſiniſtrorſum. Id autem dicit, vt ſignificet ſe Dei auxilio eſſe deſtitutum. Hac enim dicēdi ratione in ſacroſancta ſcriptura Deum non adeſſe ſignificatur. Quemadmodum in Prouerbijs ſapientia dicit, Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, manè conſurgent, & non inuenient me. Id eſt, nullum eis auxilium præſtabo. Contra verò cùm Deus fert opē dicebat Dauid, Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Eſt autem grauiſsimum, & acerbiſsimum viro ſancto, qui omnes ſpes ſuas in Deo poſuit, Deum

Deum nō inuenire quid ſit.

Pſal. 14.

inuenire

inuenire non poſſe, cum malis, & incommodis multis vrgeatur.

10 *Ipſe verò ſcit viam meam.* Id eſt, ſcit me inculpatè vixiſſe. Tunc enim Deus ſcire dicitur, cùm approbat, Scio quos elegerim, ait ipſe. Cōtra verò neſcit, quos reprobat, ait etiam, Amen dico vobis, neſcio vos. [*Et probauit quaſi aurū, quod per ignē tranſit,*] probauit inquam tantis calamitatibus, quæ igni conferuntur. In Hebræo ad verbum eſt, Probauit me, quaſi aurū examinat. Id eſt, me aurum eſſe probabo. Sed quonam pacto quis calamitatibus probetur, ſeq; aurum eſſe non ſcoriā oſtendat, declarat ſtatim, eſtque magnopere animaduertendum.

Ioan. 15.

Matt. 25.

Scire & neſcire in Deo quid ſit.

11 *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & nō declinaui ex ea.*

12 *A mandatis labiorū eius non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius,* Suam igitur quis in calamitatibus virtutem Deo probat, non in eo, quòd non ſe animi angat, non doleat, nulla moleſtia aut ęgritudine afficiatur, vt ſtultè ſtoici putarunt, ſed in eo quòd miſerijs, & ærumnis fractus peccatum nullum, vel in Deum, vel in homines admittat, nulla denique ratione ab officio deſciſcat. Veſtigia, mādata, via & verba Dei idem hoc loco ſunt, quod lex eius. Quod dicit, [*in ſinu meo abſcōdi verba oris eius,*] Id eſt, legem eius non abieci, ægrè ferens ita me ab eo tractari, aut nulla rerum deſperatio mihi ex animo legem eius extorquere potuit. Sed quòd [*in ſinu meo,*] dicit, in Hebræo eſt חקי huchi, quod alijs punctis ſinum meum ſignificat: ſed cū ijs, quæ modo aſcribuntur ſtatutum meum. Et ita etiā verti poteſt, Abſcōdi, magis quàm ſtatutū meū, verba

Quis in calamitatibus ſe Deo probat.

oris

Universidad de Deusto
Biblioteca

oris eius, id est, Chariora mihi fuerūt verba oris eius, & ea maiori cura seruaui, quàm statutum meum. Vocat autem statutum suum, res eas sibi à natura ad vitā degendam statutas. Eo enim animo semper debet esse vir bonus, vt potius vitam deserat, quàm legem Dei, quæ vera est mortificatio, ad quam vir bonus pro viri li parte aspirare debet. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius, de bono viro canebat Dauid.

Quo animo vir bonus debeat esse.

Psal. 36.

13 *Ipse enim solus est.* Grauem, & peracutam causam reddit, cur sibi Deus non sit deserendus: licèt quibuscunque ab eo afficiatur incōmodis, quod est maximè notandum ad vitam nostram instituendam. Nam si alius esset Deus ad quem à Deo deficientes possemus perfugere, esset aliqua tantæ temeritatis excusatio, sed cū ipse solus sit. [*Et nemo auertere potest cogitationem eius.*] Id est nemo potest impedire, quo minus fiant, quæ facere cogitauerit, sed. [*Et anima eius quodcunq; voluit, hoc fecit.*] Quam nam medicinam incommodis meis afferam, si Deum fugiam, si viam, vestigia, & mandata eius relinquam, aut eius gratiam vllo modo exulcerem. Qua ratione capite nono etiam fuit vsus dicēs, Si repentè interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis? Deus cuius iræ nemo resiste re potest, & sub quo curuantur, qui portant orbem: quātus ego sum, vt respōdeā ei. Et inferius, Nō est qui vtrumq; valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Ipse enim [*solus est,*] vt hic dicit, Dauid etiā de probatione sua verba faciēs, huius causę mētionē fecisse videt, dicēs. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiā? Si ascēdero in cælū tu illic est, &c. Ita Christus à multis

Cur nō sit Deus in rebus aduersis deserendus.

Iob. 9.

Psal. 138.

à multis discipulis desertus, cùm duodecim rogaret. Et vos vultis abire? Rectè nomine omnium respodit Petrus, Domine ad quem ibimus? Nullum enim tutū reliquum est refugium, Deo deserto. Quare vt ipsum fugiamus iratum, ad eundem ipsum misericordē nos oportet confugere, dicentes quod est in Osea, Venite & reuertamur ad Dominum. Quia ipse cœpit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. Quam rationem si leues, & temerarij homines benè considerarent, fortè desinerent, cùm malis conflictantur, & Deo contumelio sē maledicere, & sceleratissimos moliri modos, quib⁹ miserias suas subleuarent, in quos certè quadrat, quod Christus Saulo dixit, Durum est tibi cōtra stimulum calcitrare. Quod autem dicit. [*Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius.*] Ad verbū est in Hebręo. Et ipse in vno, & quis reuocabit eum. Et potest sic explicari, si aliquod ipse decretum fecerit de aliquo, vel honestando, vel affligendo, quis illud mouebit? Quam sententiam Septuaginta viri in versione sua reddiderūt, ita vertētes, εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐνθυμεῖται τινος, τίς ἐστὶν ἀντιπαίων τὰ αὐτῷ; ὁ γὰρ αὐτὸς ἠθέλησε καὶ ἐποίησε, si autē ipse quoquo modo decreuerit, quis est qui resistat ei? quod enim ipse voluit fecit. Hāc etiam sentētiam posuit Esaias, Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, quis auertet eā? Sed alij Hebræi ז. quod est In superesse iudicant, & Chaldæo consentientes, cui vulgatus cōsensit, eo modo quo vulgatus Latinus declarat, hūc locū declarādū existimāt. Quidā verò Hebręus hūc locū obscuriorē iudicat, quàm vt ab vllo homine explanari possit. Sed vtraque expositio apta mihi, & consentiens videtur.

Ioan. 6.

Ose. 6.

Act. 9.

14 *Cum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 *Cumq; expleuerit in me voluntatem suam,& alia multa similia præsto sunt ei.* Id est tãtum abest, vt quis possit eius voluntatem impedire, vt postquàm eam exprompserit, possit & alijs multis modis, quem voluerit exercere, nemoque eum reprimere poterit. Sicut vaticinatur Esaias, qui postquàm detrimenta multa numerauit, quæ Deus attulit populo suo, bis subiũgit, In omnib⁹ his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Veruntamen Hebræa si verbũ de verbo transferamus, ita habẽt, Quoniam reddet [vel proficiet] sta tutum meum, & sicut hæc multa cum eo. Potestq; in eam sententiam explicari, vt aliam afferat causam, cur nũquàm se Deo immutaret, licèt ab eo puniretur, sed ei semper dicto audiens esse deberet. Quoniam ab eo totus pendet: siquidem ipse præstat omnia, quæ necessaria sunt ad viuendum, [*Et alia multa,*] sicut hæc. Nam ab ipso factus est, & eius opera in lucẽ editus. In eandem rationẽ, ita loquebatur Dauid, Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eã. Quo ibo à spiritu tuo, & quo â facie tua fugiã: si ascẽdero in cælum: tu illic es: si descendero in infernum: adest, &c. Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris meæ. Septuaginta tamen auctores facilem, & cohærentem huius versus sententiam reddiderunt: sed quæ difficilè verbis Hebræis accommodari possit, ita enim conuertunt διὰ τοῦτο ἐγὼ αὐτῷ ἐσπάσθην καὶ πονηρεύομαι δι᾽ ἐφοβήθην αὐτόν propterea ei studui, castigatus autem curam eius suscepi. Vt sit causæ quam posuit superiori versu conclusio, id est, quia ipse facit, quod vult, nemoq; ei resistere potest, eius gratiam

Esai. 9.

Psal. 138.

tiam, & amicitiam pro mea parte virili, vel castigatus sequor.

15 *Et ideirco a facie eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor.* Id est his de causis quamuis non meritas mihi penas imponat, non audeo viam eius relinquere, & eius mandata violare.

16 *Deus mollíuit cor meum, & omnipotens conturbauit me.* Id est, tantis vulneribus perterrefecit, & turbauit me.

17 *Non enim periì propter emminentes tenebras, nec faciem meã operuit caligo.* Tenebras vocat calamitates, caliginem verò mortem, sicut ipse descripsit sepulcrum capite. 10. Terrã tenebrosam, & opertam mortis caligine. Id est, Ea de causa vehementer perterrefactus, & turbatus sum, quòd cùm tantis calamitatibus, & doloribus vrgear morte non sum absumptus: sed adhuc vita suppeditat, vt in tantis doloribus, & cruciatibus verser, quorum exitum non reperio. Vel possunt, in hanc sententiam Hebræa explicari, vt â quibusdam explicantur, Terrefactus sum, nõ enim è vita migraui antequã tot damna, & incommoda sustinerem. Sed illo modo quo reddidit vulgatus, melius. Græci verè hoc modo ἐγὼ δὲ οὐκ ἔγνων ὅτι ἐπελεύσεταί μοι σκότος, καὶ πρόσωπόν μου ἐκάλυψε γνόφος, non enim noueram, quòd in tenebras inciderem, faciem autem meam operuit caligo, id est, Sum ita conturbatus, quòd nunquàm putaram, quòd in tantas calamitates essem venturus. At in tanta malorum caligine versor, vt exitum non videam.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT. XXIIII.

A AB Omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.

2 Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos.

3 Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ.

4 Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.

5 Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.

6 Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant.

B 7 Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore.

8 Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.

9 Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.

10 Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.

11 Inter acernos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.

12 De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.

C 13 Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas eius.

14 Manè primo consurgit homicida, interficiet egenum, & pauperem: per noctem verò erit quasi fur.

15 Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus:

oculus: & operiet vultum suum.

16 Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.

17 Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.

18 Leuis est super faciem aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambuler per viam vinearum.

19 Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.

20 Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione: sed conteratur quasi lignum infructuosum.

21 Pauit enim sterilem, & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.

22 Detraxit fortes in fortitudine sua: & cùm steterit, non credet vitæ suæ.

23 Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia: oculi autem eius sunt in vijs illius.

24 Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent: & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.

25 Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

AB Omnipotente non sunt abscondita tempora. Hoc dicit, vt inficias eat Eliphazo, qui crimen magnum conferebat in Iob, quasi negaret ipse Deum rebus humanis prouidere: sed latere potius eum, quę in terris agantur. Et dicis (ait) quid enim nouit Deus, quasi per caliginem iudicat. Cui his verbis resistit, profiteturq; Deum nosse res omnes, quæ in tempore fiunt, tempora enim dixit pro rebus, quæ in tempore contingunt, & vt res humanas

Universidad de Deusto
Biblioteca

manas atque terrestres interitui denique obnoxias, quæ tempori seruiunt, potissimum tãgeret, de quibus erat in primis quæstio, imo ipse rebus omnibus tempus præscribit, tradit Ecclesiastes, Omnia tempus habent, tempus nascendi, & tempus moriendi, tempus plantandi, & tempus euellendi, &c. Ob eamque rẽ dicebat Dauid ego dixi, Deus meus es tu in manibus tuis sortes meæ. Hebraicè ad verbum est עתי בידך hito tai tempora mea. Hic locus mendosè legitur dẽpta negstione in quibusdam Græcę editionis exẽplis, & propterea quidã dixit Græcos errasse toto cælo in eo vertendo: sed in Biblia Regia, & Complutensi apponitur negatio διὰ τί οὐ κυριον ἐκ ἔλαβον ὧραι. Cur Dominũ tẽpora non latent? per interrogationem enim, id in Hebræo etiam effertur, sed quę sit negatione soluenda, vt à vulgato nostro soluitur [*Qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.*] Sicut superiorẽ versus partẽ dixit, vt se ab Eliphazi calumnia defenderet, ita hanc dicit, quam toto capite persequitur ad illum refellendum, qui omnibus suis orationibus id egit, vt paucis modum complecteretur, quo Deus temperet res humanas, ꝙ bonos honestet, improbos puniat. Quod ipse toto hoc capite confutat, narrãs multos improbos homines impune multis modis grassari, & alijs infestos esse, non igitur vna illa ratione Deus res humanas gubernat. Et propterea dixit, Qui autem eum nouerunt, &c. Id est, amici eius, & ei adicti homines non tam familiarẽ cũ eo habent consuetudinẽ, vt eius cõsilia in rebus humanis administrãdis cognoscãt. Dies enim posuit pro cõsilijs, quæ diebus exequit Deꝰ, vt ea in primis perstringat cõsilia, quę init in rebus humanis moderandis, quę

Eccles. 2.

Mal' quo Deus temperet res humanas obscurus.

diebus

diebus distingũtur. Sicut Christus etiam dixit, De die autem illo, & hora nemo scit, nisi solus pater. Nam certè ea consilia, quæ suscipit Deus in hoc mundo regendo, nõ ita facilè explicari possunt, vt putabat Eliphaz, sunt enim difficillima, & quæ viros sanctos ad magnã admirationem traducunt, propter illa enim Paulus exclamat, O altitudo diuitiarũ sapientię, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Numerat deinde Iob scelera multa, quæ homines iniqui impunè faciunt.

Matt. 24

Rom. 11

2 *Alij terminos transtulerunt*, Id est, alienos agros occuparunt, nec se intrã fines agrorum suorum continuerũt. Quos Deus per Esaiam, Vehemẽter minatur. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrũ agro copulatis, vsque ad terminum loci, Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? [*Diripuerunt greges, & pauerunt eos.*] Pro suis inquam.

Esai. 5.

3 *Asinum pupilli abegerunt*, Id est, vi aut dolo abduxerunt. [*Abstulerunt pro pignore bouem viduæ,*] Cum exiguum quid fortè illis deberet. Vel diripuerũt illum, cũ nihil illis deberet, tanquàm si aliquid debuisset.

4 *Subuertunt pauperum viam.* Id est, ita sunt pauperibus infesti, vt per vias, & loca publica, ne ab illis iniuriam accipiant, incedere non audeant. Sicut narratur de Dauide, Qui timens Saul in montes se, & abruptissima loca abdebat. De sanctis etiã hominibus scribit Paulus, In solitudinibus errãtes, in montibus, & spelũcis, & in caruenis terræ. Hãc verò esse huius loci sentẽtiã declarat, quod sequitur. [*Et oppreßerunt pariter mansuetos terræ.*

Hebræ. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præsertim quòd sic ad verbum in Hebræo sit, Pariter terræ pauperes latuerunt. Et ita Septuaginta trāferūt.

5 *Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantes; ad prædam præparant panem liberis.* Prædones, qui iter agentes spoliant onagris comparat, quòd leges omnes petulantissimè contemnant, sicut onager iugum, & cuiusliber Domini imperium. Qua etiam de causa Oseas Ephraim vocauit onagrum solitarium sibi, quorū hominū quāta immanitas, & crudelitas sit, narrat dicens.

6 *Agrum non suum demetunt.* Sicut etiam onagri agros vastare solent. [*Et vineam eius quem vi oppresserunt vindemiant.*] Facilis est ad intelligendum hęc versio, sed obscurè id in Hebræo dicitur, & varijs propterea modis declaratur, propter verbum לקש lices, quod hoc vno loco reperiatur: tum reliqua duo nomina כרם רשע cerem rasah valde ambiguè ponuntur, sic vt planè cognosci nequeat, in quo casu, & in quo numero sint. Nam licet ipsa per se numeri sint singularis, verbū tamen cui adiunguntur est plurale. Igitur quidam Hebræus in commentarijs interpretatur לקשתו icaretu succident, vindemiabūt, quæ in vinea sunt. Quare tūc רשע rasah est pro numero plurali: vel significat vnū quemque impiorum, qua phrasi sępe vtuntur Hebręi, nomen singulare cum verbo plurali coniungentes, quam interpretationem vulgatus sequutus est, tantū illud, Eius quem vi oppresserunt, addidit de suo ad maiorem explicationem. Placuit etiam hæc verbi explicatio Græcis, sed totam orationem in aliam partem acceperunt, ita enim illā intellexerunt, Vineā impij pauperes vendemiant. Ab ipso inquā impio nulla mercede conducti, vel potius coacti. Quare nomen רשע rasah

rasah in genitiuo esse voluerunt. Sic enim conuertūt, ἀσθενεῖς δὲ ἀμπελῶνας ἀσεβῶν ἀμισθὶ καὶ ἄσιτοι εἰργάσαντο infirmi autem vineas iniquorum sine mercede, & sine cibo operati sunt. Quæ versio placuit etiam Chaldæo, nam ita ipse vertit כרמא דרשעי דכסחון vinearma derasihe icçehun, & vineam impij amputarunt. Sed alius Hebræus in commentarijs etiam verbum לקשתו ilacesu יאחרו iaharu, remorarunt, exponit, Quam expositionem probat Pagninus, nam ex hac radice fit מלקוש malcos, quod pluuiam serotinam pro comperto est significare. Habet igitur locus ex eorum opinione hanc sententiam, Et vineam pauperis impij retardarunt, id est, Metum, vt ab eis spoliaretur, inijcientes ei impedimento fuerūt, quo minus fructū ex vinea sua perciperet. Sequitur autem.

7 *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore.*

8 *Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.* Fera grassatoris crudelitas, vt nullas omnino vestes eis, quos spoliant, relinquant, sed nudos frigori, & imbribus, & alijs iniurijs cæli dimittant: ita vt lapides amplexentur, non habentes velamē ad tegendas minus honestas sui corporis partes.

9 *Vim fecerunt depredantes pupillos.* Miserabilius dicitur in Hebræo, Pupillos ex vberibus diripuerūt. Ita transferun Græci. Tanta eorum erat auiditas faciendi sibi mancipia. [*Vulgus pauperum spoliauerunt.* Pauperes vocat eos, qui non poterāt iniuriam propulsare. In Hebręo est, Pignus pauperis acceperunt, vt intelligatur, quāta hæc crudelitas sit, cùm in tam immanibus iniquorum hominū factis numeretur. Græci verò id ita verterunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐκπεσόντα δὲ ἐπέκειναν, præcipitantes deiecerunt, quod est quidem inhumanum, sicut vrgere iacentes.

10 *Nudis & incedentibus absque vestitu*. Clarius id est in Hebræo, Nudos dimiserũt sine veste, id est, Homines seminudos vili veste, quę illis reliqua erat, spoliauerũt Aptèq; in hanc sententiam cohæret cũ eo, quod sequitur. [*Et esurientibus tulerunt spicas,*] Id est, homines famelici, cùm nihil aliud haberent ad famẽ subleuandã præter spicas quasdam à messoribus relictas, has ab eis abstulerunt spicas. Et in hanc sententiã licet alijs verbis Græci vertunt, γυμνὸς δὲ ἐκοίμισαν ἀλίκας, πεινώντων δὲ τὸν φορμὸν ἀφέλοντο nudos compresserunt iniustè, frustrum esurientis abstulerunt. Compresserunt autem iniustè nudos nonnihil vestis, quod eis reliquum erat auferentes, sicut esurientes, frustrum auferendo.

11 *Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcaris torcularibus sitiunt*. Suppositum verbi Meridiati sunt quidam grassatores esse putant. Id est, Ipsi grassatores versantur inter manubiarum aceruos, quas è pauperibus redegerunt, id est, Bonis pauperum ipsi opulentissimi sunt. Vt ex hoc cognoscatur, quàm assidui in facienda iniuria fuerint. Pauperes præterea eorum torcularia calcant, nihil tamen, vel sitientes ex vino viuunt, hoc est, Nullam sui laboris mercedem accipiunt. Sed melius est, vt suppositum verbi Meridiati sunt, sit, Qui calcatis torcularibus, &c. Hoc est pauperes oppressi, qui ab acerbis vel vuarum, vel baccarum oleæ, quos sibi congesserant recedere non audent, ne à grassatoribus diripiantur, vel dispergantur. Qui hac sua cura, atque diligentia nihil proficiunt, nam post quàm oleum, aut vinum expresserũt, sitiunt, hoc est, Eo non fruuntur.

Si-

Siquidẽ prius illud prædones impudẽtissimi rapiunt, a quę prædantur. Sed illud [*meridiati sunt,*] in Hebræo est מצהרים iazhiru, quod interpres vulgatus deduci voluit ex radice צהרים zahoraim, quod est meridies. Hinc verbũ in Hiphil meridiati sunt. Sed Hebręi deduci contendũt ex radice צהר izhar oleum. Ex quo fit, vt, Expressẽrunt oleum, interpretẽtur. Illud etiam inter aceruos Hebraicè est inter שורות suroth, quod Hebræis est Muros, ita igitur explicant, Inter muros suos exprimũt oleũ, id est, Ne si foris exprimãt, sẽtiãt prędones. Quam interpretationẽ sequitur Chaldæus, nam ita ipse vertit בגיך אינון מעצרין דעצרין כותרה bene vsuatheon iahzerun mesah, inter muros suos expri munt oleum. Græcorum autem huius loci versio facilis, & apta est, sed quæ difficilè possit ad Hebręa accommodari, quare paraphrasis quædam ad idem propositum attinens existimanda est. Videntur autem ratione duxisse aliquã interpretationis Chaldaicę, nam אשורות usuoth Chaldęis muri sunt altissimi ad insidias collocandas apti, Hispanis *Atalaya*. Ita enim Græci vertunt ἐν σκοτεινοῖς ἀλίκας ἐνεδρεύσαν, ὁδὸν δὲ δικαίαν οὐκ ἔγνωσαν in locis obscuris insidias collocarũt, viam autem iustam non cognouerũt, id est, Æquitatis obliti toti mente, & cogitatione in insidijs struendis versantur.

12 *De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit*. Clarius in Hebræo anima occisorum. Id est, Ciues quorum bona prędati sunt clamant, occisi ab illis in agro clamant etiam. Videturq; hęc dicẽdi ratio eius esse similis, quę est in Genesi, Vox sãguinis *Genes. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratris tui clamat ad me,id est postulat, vt eius cædem indignam cognoscam,& iudicium faciã. Ita hoc loco significare videtur Iob,tot homines grauissimis iniurijs affectos per se vique sua æquum iudicium implorare,Quam expositionem probat,quod Sequitur.[*Et Deus inultum abire non patitur.*] Id est harum rerum Deus iudicium exercebit,& pœnas sumet. In Hebræo est, Deus non ponet תפלה tiphla,cuius vocis radicẽ תפל taphel variè exponunt Hebræi. Et Latini interpretes dicũt significare insulsum,insipidum,falsum,stultum, à ratione alienũ, infirmum,inultum,prohibitum.Sed propriè mihi significare videtur indecorum,& in quo desit aliquid ad eius naturam pertinens,ex qua significatione plana,& aperta fiunt omnia sacrosanctæ scripturę loca,in quibus reperitur. Vt illud,Ezechielis de falsis prophetis,quod difficilius exponitur, Eo quod deceperint populũ meum, dicentes pax pax,& nõ est pax. Et ipse ædificabat parietem, illi autem lenichant eum תפל taphel luto absque paleis,exponit vulgatus, quidam Hebræus absque vlla firmitate. Facilius interpretabimur parietem indecorum, qui vacabat ijs rebus,quæ ei erant necessariæ,vt firmus esset. Pax enim illa,quam populo falsi prophetæ pollicebantur,non erat certa,neque firma, cùm de suo,nõ verbis Dei illã promitterent. Et propterea sequitur, Destruam parietem quem liniistis תפל taphel absque temperamento, clarius indecorè. Si de officio dicatur,inuit aliquam in eo circunstantiam deesse pertinentem ad perfectam virtutis rationem, quod nunquàm sine peccato accidit,& aliquãdo maximo. Vt est in Hieremia,Et in prophetis Samariæ vidi תפל taphel fatuitatẽ. Quadrat,In

Ezech.13.

Hiere.23.

deco-

decorum quid. Quam verò fuerit indecorum, inquantoque crimine fuerint,declarat subiungens,Propheta bant in Baal,& decipiebãt populum meum Israel. Vt igitur ad locum nostrum veniamus optimè explicatur ita,Deus non faciet indecorum. Esset autem indecorum maximè,si hęc scelera Deus æquissimus iudex non vleisceretur:tamen diu dissimulat. Quo & probat,quod dixerat in principio huius capitis,ad refellẽdum Eliphaz,Qui autem nouerunt eum ignorãt dies eius,vt a nobis explicatum fuit. Non enim vna ratio est rerũ humanarum administrandarum, vt pijs benè, impijs verò male sit,vt cẽsebat Eliphaz,sed varia multiplex,& prope infinita:cùm huiusmodi homines diu Deo vidente,& dissimulante impune grassentur. Et ij quos illi afflixerunt,diu clament, æquum iudicem implorent, tamen nullam consolationem accipiant. Vrgetque magis Eliphazum, vt vertunt hunc locum Septuaginta auctores ἀυτὸς δὲ οὐκ ἠπίστατο ὠφθῆναι ὃ πεποίηκεν; ipse autem cur harum speculationem non fecit?id est, Si ita est, vt tu dicis, vt pios bonis,impios autẽ malis afficiat,cur tam improbos, & nefarios homines non punit?Cur in tantis sceleribus conniuet?

13 *Ipsi fuerunt rebelles lumini.* Aptè explicabitur metaphora, si Deũ lucem appellemus,sicut ipse dixit,Ego sum lux mundi. Lumen verò legem & doctrinam. Sicut Petrus dixit,Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum,id est,Euangelium. Vocant autem philosophi lucem,quæ est in sole,lumẽ,quod est in rebus,quas illustrat. Ita Deus lucis fons per legem & doctrinam suam homines illustrat. Erat lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-

Ioan.8.

1.Pet.2.

Lux & lumen.

Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum. Sed vtrumque inſcriptura confunditur, quare poſſimus intelligere, rebelles fuiſſe, vel Deo, vel legi eius, quod idem eſt. Quia legi, & præceptis Dei non obtemperarunt. [*Neſcierunt vias eius*, Id-
Iob. 21. eſt, ſcire contempſerunt, vt illi qui dicebant, Scientiam viarum tuarum nolumus. Eſt autem illa turpiſſima, & nefaria ignoratio ex ſcientiæ orta contemptu. Viæ autem luminis ſunt præcepta, & leges Dei.
Pſal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, dixit Dauid. [*Nec reuerſi ſunt per ſemitas eius*.] Quia vt Salomon auctor eſt, Relinquunt iter rectum, &am-
Prouer. 1. bulant per vias tenebroſas. Qui lætantur, cùm malefecerint, & exultant in rebus peſsimis. Quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum.

14 *Manè primo conſurget homicida, & interficiet egenum, & pauperem*, Quod Hebraicè eſt אור לאור leor in luce. Rectiſsimè vertit vulgatus, Primo manè, neque mihi eorum placet explicatio, qui conſurgere dicunt primo manè, vt fugiat, timens ne palam ſit. Sed illa mihi verior expoſitio videtur, Conſurget primo manè cum nondū tenebræ ſunt expulſæ, ſed lux quædam dubia cernitur, quæ aurora dicitur. vt vias obſideat, & veſtibus, pecunijs, & alijs rebus ſpoliet iter agentes. Eſt enim primum diluculum oportuniſsimū graſſatori, & quòd adhuc tenebræ ſint, quibus circunfundi poſsit, & quòd tunc viatores ſe itineri committant. Quæ expoſitio aptius multò iūgitur ſecūdę verſus parti. [*Per noctem verò erit quaſi fur*, vt ſignificet toto verſu, Primo diluculo graſſatorem eſſe, qui palā aggreditur, vt ſpoliet. Ex quo fit, vt ſæpe interficiat. Nocteverò

rò furem, qui clam furtum facit, & plerumque noctur no tempore. Septuaginta tamē viri primā verſus partē prætermiſierunt, & ita eius loco reddiderunt γνόὺς δὲ αὐτῶν τὰ ἔργα παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς σκότος cognoſcens ipſorum facta mādauit eos tenebris, hoc eſt, Lumen, cui dixerat eos rebelles fuiſſe, deſeruit illos, & factum eſt, quod fieri neceſſe erat, vt in tenebras venirent. Sicut Chriſtus dixit diſcipulis ſuis, Ambulate dum lucē habetis, vt non vos tenebræ cōprehendant, & qui ambulat in tenebris neſcit, quo vadat. Cur autem Septuaginta viri id commutare potuerunt, diximus in prooemio ex ſententia patris noſtri Auguſtini. Ioan. 12.

15 *Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum*. Quòd caliginem dicit Hebraicè eſt נשף neſeph, quod eſt idem Hebræis, quod Latinis crepuſculum. Id eſt, lux quædam dubia, quę eſt ante ſolis ortum, & poſt occaſum. Sed hîc indicat crepuſculum veſpertinum, quo ſe ſcortatores, & adulteri & ſcortationibus, & adulterijs accingunt. Et propterea dicit, [*Oculus adulteri obſeruat caliginem*,] Id eſt, quærit crepuſculum veſpertinū, quòd ſit tempus oportunius ad eas res, quas tractant. Nam propter tenebras, quas affert, facilè tegi poſſe credit. Et quia ædium ianuæ nondum clauſæ ſunt, neque ſe mulieres dormitum contulerunt, faciliorem aditum inuenturum exiſtimat. Quapropter hoc tempore ſcortatores ſe vidiſſe, & obſeruaſſe narrat Salomon in Prouerbijs, De feneſtra domus meæ per cancellos proſpexi iuuenem, & video paruulos conſidero ve cordem iuuenem. Qui tranſit per plateas iuxta angulum, & prope Prouer. 7

viam

Universidad de Deusto
Biblioteca

viã domus illius graditur, in obscuro ad vesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit ei mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga. Sequitur in Iob.

16 *Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi.* Expo suit quam vtilitatem accipiant homines nequam ex vtroque crepusculo, nunc verò quam ex ipsa nocte, & descriptè contexitur, cum eo, quod dixerat versu decimo quarto, Per noctem verò erit quasi fur. Declarat autem hoc versu, cur nocte furetur, curque nox tempus sit idoneum ad furta facienda. Quia nocte in tempesta, cùm homines arctè, & grauiter dormiunt, ipsi domos perfodiunt. [*Sicut in die condixerant sibi*,] id est, Quas interdiu notauerant. & qua parte facilius perforari possent, explorauerant. [*Et ignorauerunt lucem.*] Id est, Neglexerunt, & inutilem esse putarũt. Nullum enim munus suum die præstare possunt, nox verò ita eis oportuna est, vt nulla sit eius pars, quæ non ad aliquod scelus idonea sit.

Iniqui cur lucẽ fugiãt

17 *Si subitò apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis.* Non solùm autem lucem neglexerunt, verùmetiam execrati sunt eam, quòd non modo non iuuat, sed etiam impedimẽto est. Quia nec grassator sic tutò iter agentes inuadere potest, nec fur ad alienas ædes penetrare, neque adulter, & scortator rem cum mulieribus habere. [*Et sic in tenebris quasi in luce ambulant*,] Id est, tenebræ sunt eis pro luce, de nocte ambulant, munera obeunt, de die dormiũt, & acquiescunt. In Hebræo ad verbũ est, Cùm cognouerit terrores vmbrę mortis, id est, Cũ tãtũ lucis appetierit, vt homo cognosci possit, vehemẽter timet: vt sit eiusdẽ rei alijs verbis repetitio.

Ex

Ex quo intelligitur, quàm rectè inter se res spirituales, & corporales conferuntur, & quàm benè illæ ex his declarentur. Nam ita etiam fit, vt iniqui homines vehementer lucem euangelij sacrosanctæque doctrinæ negligãt, & detestentur, quòd eorum scelera, quãta sint, patefaciat, eos arguat, & improbis conatibus resistat. Id quod Christus ex hac similitudine docuit, Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Ioan. 3.

18 *Leuis est super faciem aquæ*, Difficilis est hæc dicendi ratio ad explicandum, quia eius omnino similis nulla in sacrosancta scriptura reperitur. Hebræi, quos quidam Latini docti viri sequũtur, ita explicant, Leuis est ad fugiendum magis quàm superficies, vel extremitas aquæ, aut magis quàm res, quæ natant in aquis. Alius Hebręus, Leuis ad fugiendũ, cùm lucẽ apetere viderit super faciẽ aquę, ibiq; se abscõdit, ne inueniatur. Fortè de illis prædonibus intelligit, qui postquàm prędas fecerint, ad mare confugiunt, quos piratas vocant. Sed melius est, vt exponamus, Leuis est ad peccãdum, magis quàm extremitas aquæ. Res enim humidas, quarũ princeps aqua est, diffiniunt philosophi, quæ difficilè se suis terminis, alienis facilè contineant. Ita ergo perorationem faciens tantorum scelerum, quæ iniquorũ hominum commemorauit, dicit, Nihil se deniq; reprimit, sed præceps libidine fertur, nullum flagitium facere prætermittit, cuius sibi oblata fuerit occasio. Cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius dicendi rationis haud est multum dissimilis ea, qua Iacob vsus est, cum Rubem loquens, Effusus es, sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, maculasti stratum eius. Id est, non te magis quàm aqua continuisti, sic vt non veritus esses contaminare cubile patris tui. Potest etiam de pœna iniqui hominis, de qua statim eodem versu loquitur; id explanari, in hanc sententiam, Citius tamen peribit, vitamque deserens sceleratus esse desinet, quàm aquæ extremitas defluit, cuius nonnihil simile est ille dicendi modus, quem vsurpauit Oseas, Transfire fecit Samaria Regem suum quasi spuma super faciem aquæ, id est, Multis peccatis suis fecit Samaria, vt citius Rege suo orbaretur, quàm aquæ spuma transit, Et in hanc rationem hoc eodem capite dicit Iob, Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. [*Maledicta sit pars eius in terra.*] Hebræi sua superioris partis explicatione persistentes, ita hoc, vt aptè cõiungatur, exponunt, Illa terræ pars inquam lucem timentes fugiunt, horrida est, & inculta. Quæ non apposita: sed violenta mihi videtur expositio. Faciliusque ex nostra declaratione tractatur, in hãc rationem, vt post quàm tot hominis profligati crimina persecutus est, aut postquàm citò moriturum prædixit, ei dira imprecãs dicat eas, quas iniquis modis acquirit à diuitias, & ea quæ tractat negotia in fœliciter ei succeſſura. Id enim maledictum significari solet, vt ait Moyses. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, &c. In hanc etiam rationem dixit Eliphaz de homine im-

Ose.10.

Deut. 28.

Iob.15.

ne impio, Non ditabitur, neque perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam, ad hoc etiam spectat, quod sequitur. [*Nec ambulet per viam vineárum.*] Species pro genere, hoc est, Diuitijs non fruatur. Ita etiam dicebat Moyses, Vineam plantabis, & fodies, & vinum non bibes, neque colliges ex ea quidquam, quoniam vastabitur vermibus. Quã expositionem probant Græci, ita vertentes ἀναφανεῖται δὲ τὰ φυτὰ αὐτῶν ὡσὶ γῆς ξηρά, plantæ eius aridæ super terram appareant. Hebræi autem superiorem suam expositionem persequentes interpretantur, Fugiens non ambulabit per vias latas, atque patentes, timens vt cernatur, & cognoscatur. Hîc Græci addunt, quod in alijs versionibus non reperitur, ἀγκαλίδα γὰρ ὀρφανῶν ἥρπασαν εἶτ' ἀνεμνήσθη αὐτῶν ἡ ἁμαρτία, vlnam enim pupillorum rapuerunt, postea ad memoriam ductum est eorum peccatum. Ad memoriam peccatum ducitur, cùm eius pœnæ sumuntur, quibus dignum impium esse dicit, quoniam exiguum quid, aut vestium aut panis, vel spicarum, quod pupillis, & pauperibus erat relictum, auferre non dubitauit. Quare meritò plantæ omnes eius, vt dixerant Græci, aridæ apparebunt.

Deut. 28.

19 *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.* Interpretes Latini, hoc versu discribi narrant cruciatum, quo apud inferos conficietur impius, vt aliàs æstu terribili, aliàs frigore vrgeatur incredibili. Hęc autem duo tormentorum genera apud inferos esse tradit apertè Christus in Euã gelio. Nã ipso narrãte Christo dives ille in Tartaro re-

Luc. 16.

tentus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tētus dicebat, Crucior in hic flamma. De tenebris etiam exterioribus, quibus à Rege mandatus fuit ille, qui non attulit veſtem nuptialem, dicit etiã Chriſtus, Ibi erit fletus, & ſtridor dentium, quem frigus nimius efficere ſolet. Optat igitur Iob, vt in hominẽ ſceleratiſsimum, qualem hactenus deſcripſit, omnia Tartari exempla cruciatusq; edantur, & vt ſummo calore confectus, ſummo frigore leuetur, [*Et vſque ad inferos peccatum eius,*] Id eſt, Peccatis teneatur quouſque in Tartari cuſtodiam detur, quo loco illis nunquàm ſolui poterit, ſed æternas eorũ pœnas luet. Verũ ita hic verſus ex Hebræo verbum de verbo reddetur, Ariditas, & æſtus auferunt aquas niuis, ſepulcrum peccauerunt. Quod ita vulgatus intellexit ariditas, & æſtus tollant frigus ex aquis niuium, & vſque ad inferos, qui peccauerunt: & propterea illo modo tranſtulit. Græci tamẽ Chaldæus, & Hebræi ita hunc verſum intelligunt, vt ſit comparatio ſine nota cõparationis, cuius frequens vſus eſt in ſcriptura, præſertim in prouerbijs, quare ita explicant, Quemadmodũ ariditas, & æſtus conſumũt aquas niuis, ad eundem modum ſepulcrum conſumit & aufert è medio eos, qui peccauerũt. Hic erit exitus iniquarum rationũ. Iniquorũ mors, & ſepulcrũ faciẽt, vt alijs infeſtos eſſe deſinãt. Ex quo intelligitur, quàm temerarij, & amentes ſint, qui cùm nõ difficilius è vita expellendi ſint, quàm nis a calore conſumitur, tamen audent rebelles (vt dixit) eſſe lumini, quod eos è vita expulſos, præterea poteſt in æternis tenebris, & vinculis retinere. Græci nõ verbũ de verbo, ſed hãc tantùm quam (vt dixi) intellexerunt ſententiam, ita tranſtulerunt ὥσπερ δὲ ὁμίχλη ἡρύσατο ἀφαιρὰς ἐγένετο, ſicut nebula

bula roris non apparuit. Quare rectè hæc Hebræorũ expoſitio cohæret cum ea ſuperioris verſus, quã nos probauimus, licèt eam Hebræi non attigerint. Nõ amb ulet, per viam vinearum, id eſt, bonis partis non fruetur, quia vt hoc verſu dicit ex ſententia Hebræorum, & Græcorum, morte intercipietur.

20 *Obliuiſcatur eius miſericordia.* Id eſt, nemo miſericordia eius commoueatur, ſicut ipſe pauperum miſertus non fuit. Propterea que ita hunc locum Græci cõuerterũt, ἀποδοθείη δὲ αὐτῷ ἃ ἐποίησεν reddantur ei, quæ fecit. Ita Samuel Agag miſertus non fuit, ſed gratiam retulit ei dicẽs, Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſtra concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis. [*Dulcedo eius vermes,*] id prætermiſſerunt Græci, Id eſt, Nihil iucũditatis, nihil fructus capiat ex illis bonis, quæ tam anxiè indagabat, niſi vermes, qui dulces erunt ei: quia ſenſus expers in ſepulcro iacens, licet viſcera eius corrodãt, nihil doloris, nihil mali ſentiet. Poteſt etiam ex Hebræo verti, Ipſe dulcis vermibus erit, hoc eſt, Vermes morſu lacerabunt eum, qui tot pauperes gladio lacerauit. Quę verſio deſcriptè adiũgitur ei, quod ſequitur. [*Conteratur quaſi lignum infructuoſum.*] Id eſt, Sicut lignum vetus inuadit tinea, ita illum vermes inuadant. Vt de rege Babylonię dicebat Eſaias, Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Sed quod [*Infructuoſum,*] dicit in Hebræo eſt עַוְלָה haula iniquitas, poteſtque eſſe vel in genitiuo, & tũc reddendum eſt adiectiuo lignum iniquum, vel infructuoſum. Græci ἀνάκλητον in medicabile, Vel poteſt

Pœna impij.

Eſai. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse in nominatiuo,vt alijs placet, & tunc non ad lignum, sed ad homines iniquos refertur,in hanc rationem,Conteratur quasi lignum iniquitas, id est, homines iniqui.

21 *Pauit enim sterilem,& quæ non parit,* Hebraicè רעה ro rohe,quod est pascere, & affligere,clarius vertes Afflixit,vehemētius verò Pauit,id est, Eā cōtriuit, sicut herbā pascit pecus,[*Et quæ nō parit,*]id est,ob eā rē, qđ nō pariebat,vt quidā Hebræi explicāt in cōmentarijs. Numerat igit alia criminū genera hominis iniqui, vt ostēdat meritò pœnas, quas dixit illi fuisse cōstitutas, crudele autē est,ob eam rē sterilē vexare,ꝙ sterilis sit. Cū hac de causa potius eam cōsolari deberet,& dolorē eius leuare. Sicut Elcana cōsolabatur Anam vxorē suā sterilem. Phenena tamē alia vxor eius ei erat molesta. Et ob eam rem Deum offendit,& in eā animaduertit,vt significat ipsa Ana in cantico suo,vt multi exponunt,Et quæ multos habebat filios, infirmata est. [*Et vidua benè non fecit,*]etiam est inhumanum afflictis atque iacentibus,qualis vidua in scriptura habetur, non ferre opem,si possis. Defendite viduam, præcipit per Esaias Deus:

1. Reg. 1.

Esai. 1.

22 *Detraxit fortes in fortitudine sua.* Infirmis crudelis, fortibus fuit violentus,vt intelligatur insignem eius immanitatem fuisse. [*Et cùm steterit,non credet vitæ suæ.*] Id est,adeò violentus,& atrox est,vt si quis ei ausus fuerit resistere,de sua statim desperet salute. Talis Holophernes fuisse narratur in secūdo capite Iudith. Septuaginta viri adipsum hominem violentum,non ad eum qui resistit ei,hoc referre videntur,vt sit dira in caput eius imprecatio,ita enim conuertunt, ἀνασάς τοι γαρ ὃν

δ' μὴ

δ' μὴ στήσῃ κατὰ τὰς ἑαυτοῦ ζωάς stans igitur vitæ suæ non credat,id est,Viuēs mortis metu torqueatur,sicut ipse multis timorem mortis incussit.

23 *Dedit ei Dominus locū pœnitentiæ,& ille abutitur eo ad superbiam.* Docet subtiliter causam,cur tam inhumanus, tam immanis & violentus factus fuerit:quia diuturnā multorum scelerum impunitatem est cōsecutus. Quā dedit ei Deꝰ,vt se colligeret, de suis doleret flagitijs, à Deo veniam impetraret,atque ita sanus fieret, auctore Petro,Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant. Sed patienter agit propter vos,nolens aliquos perire,sed omnes ad pœnitentiam reuerti. At ille insanus,& amens hac Dei benignitate,& animi magnitudine ad superbiam, & contumaciam abutitur,sperans quidquid egerit impunè laturum. Etenim quia non profertur citò cōtra malos sententia,absque timore vllo filij hominū perpetrant malum,ait Ecclesiastes. Sed in Hebræo ita verbum de verbo est, Dedit ei ad fiduciam,& cōnitetur. Vulgatus interpres Chaldæum secutus,intellexit Deum dedisse ei, subaudiens locum,vel tempus ad fiduciam,subaudiēs impetrandi veniam,ex qua nascitur pœnitentia. Ipse autem eo loco,vel tempore,quo Deus patienter agit, nixus,immanior,& deterior fit. Hebræi tamen variè hunc locum explicant. Sed illa aptior cæteris eorū mihi videtur expositio,vt quoniā versu superiori(vt declarauimus) dixerat,Eū,qui ausus ei fuerit resistere,de sua statim salute disperare,dicat modo, Ex quo fit, vt pacem,& securitatem pecunijs aliaue ratione ab eo sibi redimat. Et in hāc sententiam dicat,Dabit aliquid ei, & ita eo nixus cōfidet se posse viuere. Sæpe enim fieri

2. Petr. 3.

Eccles. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videmus, vt à nefarijs tyrannis periculum homines pretio redimãt. Græci tamen longè liberiori paraphra si hunc locum reddunt, vel fortè prætermisserunt eũ, & id subrogarunt, μαλακισθὰς δὲ μὴ ἐλπιζέτω ὑγιασθῆναι ἀλλὰ πεσάτω νόσῳ eger autem desperet salutem recuperare posse, sed morbo cadat. Vt persequatur hoc versu imprecationem illam, quam ex versione eorundem ineœpisse diximus, Stans vitæ suæ non credat. Id autẽ à Græcis, ita commutari potuisse, ostendit, vt in exordio citauimus, pater Augustinus. [*Oculi autem eius sunt in vijs illius.*] Vt vulgatus conuertit interpres superiorem huius versus partem, impunitate arrogans, & superbus efficitur, sed non impunè fert. Nam Deus considerat peruersas eius vias, & alta mente reponit improba eius facta. Sicut dicit Dauid, Vultus au- *Psalm. 43*
tem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Tempore enim ab ipso statuto pœnas omnes ad vnum sumet. Hebræi autem suam superioris partis versus, quam narrauimus, explicationem ita hoc loco persequuntur. Ipse iniquus homo à quo pacem, & securitatem alij pretio redimerunt, considerat vias eorum, id est, Quærit occasionem fœderis abrumpendi, & euertendi eos vniuersis bonis. Nunquàm enim tuta pax cum tyranno fit. Id consilij Regem Syriæ suscepisse putauit Ioram Rex Israel, cũm nuncium ad eum misit, cum literis, & mandatis, vt daret operam quò Naaman dux exercitus eius curaretur à lepra sua, lectisque literis, vestes suas scidisse narratur dicens, Animaduertite, & videte, quòd occasiones quærat aduersum me. Hanc *4. Reg. 5.*
interpretationem nonnihil probasse videntur Græci

ci auctores ita vertentes πολλὰς γὰρ ἐκάλασε ὑψαμα ἄυλα multis enim nocuit sublimitas eius. Oculos sublimitatem & superbiam esse intellexerunt, oculos enim sublimes pro superbis hominibus posuit sapiẽs in prouerbijs. *Prouer. 6.*

24 *Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur, sicut sumitates spicarum conterentur.* Hebræi sua illa superioris versus expositione persistentes, id dici putant de hominibus illis qui pacem à tyranno emerunt, qui licet modico tempore eleuentur, id est, Nullum ab eo damnum accipiãt, postea tamẽ excidẽtur, sicut alij. Quorũ certè mihi non probatur sententia, licèt placeat quibusdam Latinis doctis hominibus. Nam satis difficilè ad Hebræa verba accommodatur. Tum Septuaginta viri, & Chaldæus de sceleratis hominibus, qui tot alijs iniurias fecerunt, planè hunc locum intelligunt. Chaldæus enim ita ad verbum vertit, Florent parùm, & non sunt scelerati: deijcientur, & eorum quæ fecerunt pœnas luent. Ita etiam melius totum caput connectitur: vt in fine eius narret tã diuturnę impunitatis exitum. Tum hæc eadem sententia multis alijs sacræ scripturæ locis in impios fortunatos dicitur, vt Dauid ait, Inimici verò Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Quoniam tanquàm fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. Esaias etiam ait, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum. In hanc ergo sententiam hunc versum accipiamus *Psal. 67.* *Ose. 40.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

piamus,inquam facilius quàm in aliam Hebræa trahentur.

25 *Quod si non est ita,quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?* Conclusio est, quam toto capite probauit aduersus Eliphaz,qui iniquos homines dicebat pœnis semper à Deo in hac vita affici. At vt dixit multi diu impunè scelera moliuntur, & varia in Deum,& homines edunt flagitia.Non igitur recte dicit Eliphaz. Quòd si quispiá audeat totum meũ antecedens negare,quibus argumentis redarguet, & mendacij apud Deum conuincet me dicentem ea,quę testata cunctis,& explorata sunt? Quòd [*Ante Deum*] dicit Hebraicè est, לא al nihil,& ita conuertunt Græci atq; Chaldęus. Quis ponet ad nihilum verba mea? idest,Probabit me falsa fuisse locutum?Sed si alia puncta eisdem literis subscribantur,vt El legamus, vt vulgatus legisse videtur Deum significat.

CAP.

CAPVT. XXV.

RESpondens autem Baldad Suhites,dixit.

2 *Potestas,& terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.* A

3 *Numquid est numerus militum eius?& super quem non surget lumen illius?*

4 *Numquid iustificari potest homo comparatus Deo?aut apparere mundus natus de muliere?* B

5 *Ecce luna etiam non splendet,& stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.*

6 *Quanto magis homo putredo,& filius hominis vermis?*

RESpondens autem Baldad Suhites,dixit.

2 *Potestas & terror apud eum est,qui facit concordiam in sublimibus suis.* Quoniam Iob ab amicis condemnatus ad Dei iudicium prouocabat,apud quem ius suũ pro certo affirmabat obtenturum:ab hac opinione eum amici duplici argumentorum genere abducere conati sunt. Argumentis petitis ex adiunctis ipsius Dei, & ex adiunctis ipsius Iob, maiestatem, potentiam, æquitatem, & sapientiam Dei prædicantes, Iobi autem infirmitatem,arrogantiam, & alia scelera, atque flagitia commemorantes,eisdem nunc vijs Baldad inuehitur in Iob potestatem & terrorẽ apud eum esse dicens. Terrorẽ inquam quem sua vi propter infinitam eius potentiam inijcit alijs.Res enim omnes quæ multum, vel pro desse vel obesse possunt,magnum natura sua metum & reuerentiã incutiunt.Sed iam id Iob nõ solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

concesit,sed etiam multis argumentis ab effectis Dei capite nono demonstrauit. At hæc infinita Dei potestas,quia cum infinita est bonitate coniuncta,impijs timorem affert,bonis autem animum facit, quare Iob rectę voluntatis conscientia nixus poterat magno, & erecto animo in Dei iudicium venire. Sicut Paulus hortatur Hebræos adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Vt misericordiam consequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno. Sed quod potestatẽ dicit in Hebrẽo est משל masal cuius radix significat præesse dominari potestatem habere, & ita Hebræis est potestas & imperium. Et מלכות saltana imperium,vel potestatem transfert Chaldæus. Sed rarò id significat,neque alio,quòd ego sciam,loco hanc radicis suę significationem sequitur: sed frequẽtius illã, qua parabolas effari declarat,& ita Hebræis frequẽter est prouerbiũ,vel parabola. Septuaginta tamen auctores,neque potestatem,neque prouerbium. Sed παροιμιον proœmiũ conuertunt,difficilis sanè versio, verũ fortè id etiam משל masal significat,à Deoq; dixerũ esse proœmium, quod Deus sit rerum omnium exordium,atque principium,vt statim ex eorum versione subijcitur, ab eo lumen vniuersum manare. Sequitur autem. [*Qui facit concordiam in sublimibus suis,*] Quidam sublimia sua angelos nominare putarunt,deque pace, quæ inter angelos facta est,intelligendum existimant, Alij de elemẽtis dici tradunt,quæ quãuis inter se contraria sint, sunt tamẽ concordia cõiuncta. Existimo tamen ad rerum vniuersitatem esse referendum, quæ cũ ex tot tam diuersisq; rebus,constet,omnes tamen communem vniuersi conciliationem, & consociationem tuentur,atque conseruant. Et ob eam rem Græci de vniuersi creatione hunc locum in sua versione explicarunt,ita vertẽtes ὁ ποιῶν πᾶν σύμπασαν ἐν ὑψίστῳ faciẽs vniuersitatem in altissimo. Eiusdẽ enim admirabilis, & infinitæ potentiæ opera esse iudicarunt, & res tam diuersas efficere, & eas interse ita consociare, vt in vnum quasi corpus vniuersi coalescerent. Qua de causa concordiam rerum omnium fuisse principium quidam philosophi opinati sunt. Existimo autẽ ego similitudine fuisse inter res tam varias atq; diuersas confirmatam concordiam. Nullæ enim res tam distantes & dissimiles interse sunt,quæ non sint aliqua ratione inter se similes. quippe quæ omnes ab vno Deo ortæ,& effectæ sunt, ipsiusque aliqua ex parte imaginem referant. Nam Dei vestigia sunt,factorisque sui vim infinitam declarant, cũm igitur vni suo principio similia sint,& inter se similia oportet esse: quę similitudo amorem natura parit,charitatem & amicitiam conglutinat. Sic etiam similibus legibus ex diuersis hominibus vna respublica constituitur,hanc similitudinem per res omnes manans auream illam catenam esse credo,qua quidam philosophi atq, poetę rerum vniuersitatem contineri tradiderunt, rectè igitur ex hac concordia Dei immensam potestatem probauit.

Hebr. 4.

Potestas Dei malis merum bonis aũ tacit.

Qua de causa sit concordia inter res orbis tam diuersas.

Dan. 7.

3 *Nunquid est numerus militum eius.* Probat eandem infinitam potestatem,ex infinitis eius copijs. De quibus dicit Daniel millia millium ministrabant ei,& decies millies centena millia assistebant ei. Veruntamen, quòd [*militũ*] dicit in Hebræo est גדודים gedudim, quod exercitũ,& latrones significat. Vulgatus & Chaldæus interpres primæ significationis rationem duxe-

runt, Græci verò secundę. Quam ob rem longe diuersam sententiam reddiderunt μη χαίρει ὑπερλάμπει ὅτε ἐστὶ παρέλκυσις πρωϊναῖς minimè sibi quisquam persuadeat, quòd sit dilatio prędonibus. Numerũ enim, qui est Hebraicè, vt vertit vulgatus, Græci dierum esse intellexerunt, propterea que dilationem transtulerunt. Cohæret maximè hæc sententia. Vt Baldad explicare velit argumentum, quo eos vrgebat Iob, proferens tantam grassatorum, & prædonum impunitatem. Id fortè significans, quo Petrus simile argumentum explicuit, Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut vnus dies. Non tardat Deus promissionem suam, sicut quidam existimant. [*Et super quem non surget lumen illius.* His verbis apertè asserit Deum rerum omnium esse principium. Ex quo benè eius infinita potestas demonstratur. Lumen Dei est verbum eius, vt Paulus auctor est, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Per verbum autem omnia facta sunt, vt Ioannes ait. Quare rectè dicit, Nihil esse super quod non consurgat lumen illius. Id autem intelligi etiam potest, non solum, vt sit rerum omnium causa efficiens, eo modo quo diximus: sed etiam, vt lumen eius sit rei vniuscuiusque forma, per quam consistit, & agit quidquid ad suam naturam pertinet: sicut Deus per lumen suum omnia facit, formas autem res omnes habent à Deo, Qua ex parte rectè etiam dicit. [*Super quod non consurget lumen eius.*] Potest etiam rectè explicari de lumine, quo

2. Petr. 3.

Hebræ. 1.

Ioann. 1.

omnia

omnia cognoscit, id est, Quæ res non est clara, & aperta ei. Quare potentiam habet, cum sapientia summa coniunctam. Quidam autem intelligunt id de ætheris lumine, quòd omnia lustrat. Quæ humilis mihi videtur, expositio, possetque facilè eleuari argumentum ijs rebus, quæ in imâ terra iacent, ad quas non peruenit solis lumen. Græci autem vt id cohereat cum superiori sua versione, vertunt ἐπὶ τίνας δὲ οὐκ ἐπιλεύσεται ἔνεστι πρὸς αὐτὸ ad quem non pertingit eius speculatio? Id est, non est dilatio latronibus, neque eis impunitatem permittet, quòd eum lateant. Nam quem ipse non cernit? Ira Paulus, Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius.

Hebr. 4.

4 *Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?* Concludit ex Dei infinita potestate propositionẽ suam, Iob licet suam causam ageret apud Deum, nunquàm, vt ipse putabat, innocentiam suam probaturum. Vrgetque magis ex adiunctis ipsius Iob, quòd homo sit, & de muliere natus. Atqui Iob non vi sua aut meritis suis putabat innocentiam fuisse consecutum, sed benignitate, & misericordia Dei sibi auxilium ferente, confidebatque honestæ vitæ conscientia fretus inculpatè vixisse, Deique leges seruasse. Quare cùm in Dei iudicium veniret, non iustificaretur, homo de muliere natus comparatus Deo, sed homo ex Deo natus eiusque præsidio munitus. Eodem pacto eleuatur sequens argumentum à maiori. 5 *Ecce luna etiã*

Ioan. 1.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non splendet,] Ita Septuaginta etiam vertunt. Deque Lunæ defectione exponitur, & ea est huius loci sententia apud Hebræos, difficilè tamen ab eis explicatur. Nam pro splendet est in Hebræo יאוחל iaahil, cuius radix est אהל ohel tabernaculum: hinc אהל ael verbum hoc, quod est tenderere, vel mouere taber
Genes.13. naculum, vt Genes. 13. vers. 18. ויאהל uaiehal tetendit, vulgatus autem mouens tabernaculum suum Abram. Quam significationem difficilè est Hebræis huic loco accommodare. Quare quidam illorum existimant. א. quod sit litera quiescens, hoc loco superesse, & esse verbum חלל halal, quod splendere significat. Alius ita explicat, Vsque ad lunam non tendit tabernaculum, id est, tanquam si non esset in tabernaculo suo, hoc est, ita lumine destituetur, tanquàm si non esset. Quæ valde difficilis mihi videtur, expositio. Facilè verò, & aptè ita totus hîc versus illustrabitur. Lux tabernaculum solis in scriptura dicitur. Quia lucem ipse quoquo versùm expandit: sicut aulæa, vel cortinas quispiam tabernaculi sui expandit,
Psal.17. & explicat, & vbique luce ornatus, & quasi vestitus procedit. Hinc est, quòd canat regius vates, In sole posuit tabernaculum suum, clariusque in Hebræo in nostram sententiam dicitur, In eis (scilicet cælis) posuit tabernaculum soli. Quo loco pro tabernaculo est nomen אהל ohel, à quo verbum, de quo sermonem facimus. Et subiungit, Et ipse, sol nimirum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo, lucem thalamo conferens. Rectè verò lux appellatur solis quasi domiciliũ, quòd semper in luce habitet, nũquàm luce destituatur: aliæ verò stellæ non splendent vi sua,

sed

sed vi lucis solis, si aulæa ipse sua, hoc est, radios suos ad alias vsque stellas explicet. Quare doctè dicit Baldad si verbum de verbo Hebræa conuertamus, Ecce vsque ad lunam non extendet tabernaculum, subaudi, Sol radijs suis lunam illustrans, vt contingit in defectione lunæ, ac tunc luna lumine priuabitur. [*Et stellæ non sunt mundæ in conspectu eius,*] Scilicet solis, Stellæ enim nullę orto sole apparent. Et ob eã rẽ immundas, id est obscuras, & quæ in medium prodire vereantur, esse dicit, Quia vero luna solùm in cõspectu solis luce conspicua cernitur, ob eam rem defectionis eius mentionem fecit.

6 *Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?* Hominem vermem vocat atque putredinem, quod vilis, & & abiectus sit, vt dicebat Dauid, Ego sum vermis, & *Psalm.22.* non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et quia tandem corpus eius abijt in vermes, in sepulcro iacens. Argumentatur, ergo Baldad ex minori, vt probet, quòd maius est, duplicemque facit comparationem, comparat enim solem cum Deo Iob cũ stellis & luna, ad hunc modum, Luna, & stellæ cum sole colatę obscuræ sunt, & immũdæ, quòd sit sol quasi lucis fons, & origo: quanto magis Iob cùm vermis sit, & putredo, cum Deo collatus, qui est totius iustitiæ fons, iustus non erit.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A RESpondens autem Iob, dixit.
2 Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustineas brachiũ eius, qui non est fortis?
3 Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam.
4 Quem docere voluisti? nonne eum qui fecit spiramentum?
B 5 Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.
6 Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni.
7 Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.
C 8 Qui ligat aquas in nubibus suis, vt nõ erumpãt pariter deorsum.
9 Qui tenet vultum soly sui, & expandit super illud nebulã suã.
10 Terminum circundedit aquis, vsque dum finiantur lux & tenebræ.
11 Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.
D 12 In fortitudine illius repentè maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum.
13 Spiritus eius ornauit cælos: & obstreticãte manu eius, eductus est coluber tortuosus.
14 Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum eius. & cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

RESpondens autem Iob, dixit.

R 2 Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? Dum Baldad, vt ostenderet Iob inferiorem futurũ si cum Deo de sua innocentia disputaret, tam multis Dei potestatem, & terrorem commemorabat. Sane videbatur Dei partes nõ veritate, & æquitate commotus, sed potentia, & terrore eius compulsus suscepisse.

suscepisse. Quod est assentatoris potius, quàm veritatis & virtutis amatoris. Quare in hoc ridiculus erat neq; Deo gratus, vult enim ipse, vt eum pro virili parte nostra defendamus: quia veritas, & æquitas eius ita postulat, non vt eius bladiamur potentiæ, ne nobis ipse cõtrarius sit, & formidines opponat. Quare merito Iob orationẽ eius irridet, sicut cap. 13. Omnes amicos suos eadem de causa irriserat dicens, Nũquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro eo loquamini dolos? Nũquid faciẽ eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? Aut placebit ei, quem celare nihil potest, aut decipietur, vt homo vestris fraudulentijs? Ipse vos arguet, quoniam in abscõdito faciem eius accipitis. Ita, & modo ait, [*Cuius adiutor es*]? Non enim veritatis defensorem, sed potentioris adiutorem agere videris. Cùm tantum aduersarij, quem putas, mei potestatem amplificas. Quod si adiutorem agis. [*Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachium eius, qui non est fortis?* Vt sic hoc tuo auxilio nonnihil ei commodi afferre videaris? minime quidem. Deus enim cũm potentissimus, vt tute prędicas, sit, nullius eget patrocinio. Quare sanè frustra hãc tuã orationẽ habuisti. Ex quo doctrina intelligitur cognitione dignissima. cur Deo gratissimi sint ij, qui in terris toto pectore Dei partes tuẽtur, acerrimèq; pro eo cum quibuscunque hostibus pugnant. Quia hoc officio suo præ se ferunt ac profitentur veritatis, & æquitatis esse amatores. Nõ quod ipsi vllis auxilijs opus sit, aut quod aliquam ei vtilitatem vlli adiutores adferre possint. Quocirca qui alia de causa hoc pro Deo certamen suscipiunt, vel vt fines propagẽt imperij sui. Vel vt suam sententiam contumaciter defendant. Atque adeò

Qua re velit Deus nos ad ipsũ defendẽdũ moueri.

Iob. 13.

Cur Deus amet defensores suos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adeò quòd eis Deus propter suam infinitam potentiã terrori sit. Hi certè nihil de Deo potẽtissimo merẽtur, & ei potius ingrati, quã grati sunt. Nõ enim honesto, sed vtili potius ad agendum ducuntur, Metus autẽ potentiæ Dei, vt honestus sit, non debet ita totus in vtilitate versari, vt honestatis causam, quominus adiungi possit, prorsus impediat, vt Theologi docent. Ad eandem irrisionem pertinent, quæ sequuntur.

3 *Cui dedisti consilium forsitan illi? qui non habet sapientiam?* Frustra quis viribus iubare nititur eum, qui potentissimus est, frustra etiam consilio eum, qui sapientissimus est. Quamobrem inutilis, & superuacanea Baldad oratio fuit. Sed veritas, & pietas in Deo defendẽdo spectanda est, vt alicuius momẽti huiusmodi defensio sit. Quidã hos versus in aliam partem accipiũt. Vt Iob irrideat argumenta Baldad, quibus Dei prouidentiam probare conabatur, quòd leuibus eam argumentis probaret. Sed id superiori capite (vt narrauimus) nõ agebat Baldad, sed Iob suam innocentiam nunquàm Deo probaturũ. Huc accedit, quòd licèt Chaldæa versio facilè in hanc sententiam traheretur, Hebræa difficilè, Græca & Latina nullo modo. Græca enim licèt nonnihil verba mutet, eandem tamen, quam exposuimus, habet sententiam. Sed hoc leuius esset, illud grauius, & nullo modo tolerandum, quod auctor Bibliæ Roberti, huic subscribens sententiæ in scholijs, dicit verbis Iob, sententiam Baldad de prouidentia Dei particulari esse insipiẽtẽ, & in qua nullæ sunt vires. Quod tradens plane nonnullorum Hebræorũ opinioni consentit, asserentium beatum Iob tãtis calamitatibus obstupefactum abnegasse prouidẽtia Dei res singulares admi

administrari, quod nefarium, & impium est. Si enim hæc vera essent, nunquàm, vt in fine libri narratur, dixisset Deus amicis Iob, Neq; locuti estis ad me recta sicut seruus meus Iob. Neque Iob inuicta patiẽtia Dei oraculis, vt in proœmio narrauimus, & omnium sanctorum virorũ testimonijs prædicaretur. Sequitur autem. [*Et prudentiam tuam ostendisti plurimam.*] Id est, quàm prudenti consilio Dei patrocinium susceperis, non veritate, & æquitate adductus, sed eius potentia deterritus: & per ironiam Prudentiam plurimã dicit. Hebraicè est תושיה tusia, de quo nomine egimus cap. 6. ac rationem propriè significare docuimus, licèt varijs modis ab Hebræis, & Latinis explicetur. Id est, ostendisti satis, quam in Deo defendendo rationem inieris. Græci in eandem rationem loquũtur facilèq; declarantur, vt Iob irrideat consilium Baldad, licèt aliter transferant. Iob. 42.

4 *Quem docere voluisti? nonne eum, qui fecit spiramentum?* Id est, quem docere voluisti rationem defendendi se? nõne eum, qui vim respirandi, id est vitam animalibus dedit? Deum ne potentissimum, & sapientissimum puerilibus consilijs tuis imbuere vis? Hebræa tamen ita verbũ de verbo reddemus, Cui narrasti sermones? & cuius spiritus exijt ex te? Et ita Græci, & Chaldæus conuertunt. Idest, Putas ne mecum disputans, quòd cũ homine aliquo imperito disputes, & qui sermones, & argumenta tua ponderare nesciat? aut cuius magistri profers doctrinã? quis ve te ita instituit? Id enim significat phrasi illa Hebræa, Cuius spiritus exijt ex te. Quæ hactenus hoc capite dicta sunt, eò spectant, vt irrideat consilium Baldad, qui vt ostenderet Iob à Dei non es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

se absoluendum iudicio, de Dei summa potestate diserebat. Quam Iob non modo concedit, sed etiam multis argumentis probat dicens.

5. Ecce gigantes tremunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Variæ opiniones sunt de gigantibus, quos nominat. Quidam esse dicunt metalla auri, argenti, coralio, & gémarum, quæ sunt, vt רפאים rephaim, id est mortua, vitæ expertia sub aquis. Alij esse dicunt grana seminis, quæ vt mortua sub aquis iacent, id est, sub terra, & postea in herbam aut plantam erumpunt, ita igitur declarant ij, An metalla, vel gemmę, vel grana formabuntur sub aquis, & alia, quæ simul ibi nascuntur, nisi Dei summa potentia. Et tunc verbū חול hul, quod Latinus tremere interpretatur, ipsi formare declarant, vtrumq; enim Hebræis significat. Alij cum eo cohærere putant, Cuius spiritus exijt ex te, vt ex Hebreo ad verbū superioris versus partē cōuertim⁹, sic vt sermones eius irridēs dicat. Nū mortui sub aquis iacētes propter verba tua timebunt? vt ventosa, & in flata significet esse, & quæ parum viuos & prudentes homines commouere debeant. Nam רפאים rephaim nonnunquam mortuos in scriptura significat. Sed sępius homines, qui magno, & vasto corpore sunt. Idque hoc loco significat. Nam de hac significatione conuenit inter omnes locupletes interpretes. Latinus enim, & Græci gigantes conuertunt: qui homines sunt excelsissimæ staturę, quos fabulæ ferunt è terra genitos fuisse ac bellum dijs intulisse, vt eos ex cælis expellerent. Et Chaldæus גברין guibaraia viros præstantes. Ac planè mihi locus intelligendus esse videtur, de hominibus illis, qui diluuij aquis submersi sunt, de quibus in Genesi narratur

Genes. 6.

ratur. Gigantes erant super terram in diebus illis, &c. Et isti sunt potentes à seculo viri famosi. Quorū multa mentio in hoc libro fit, cum de hominibus perditis, arrogātibus superbis, & ab omni pietate derelictis sermo inducitur. Ac fortè ex hac historia poetæ fabulam gigantium mutuarunt. Quos homines è terra genitos esse dicebant, quia nihil, nisi terrena sapiebant, vt Paulus de similibus ait. Draconum vero pedibus fuisse, quia peruersas, & improbas viuendi vias persequebantur. Dijs autē bellū intulisse, quia Deū negabāt, & qui dicebāt Deo, Recede à nobis, & quasi nihil possit facere omnipotēs æstimabāt illum, vt narrauit de illis Eliphaz. Hos [*Sub aquis tremere*,] dicit, quia diluuij aquis euersi, ac deleti sunt. Et fluuius, vt etiā dixit Eliphaz, Subuertit fundamētū eorū. Ex qua re benè probat summā Dei potētiā: quia in eo vehemēter declarātur, vt alioloco diximus, Dei infinita potētia, quòd tā immanes homines coerceat. Nā, & ipse Deus ex hac re hoc idem probat cum Iob loquens, Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. Et ego confitebor, quòd saluare te possit dextera tua. Quod [*gemunt*,] dicit, ob oculos ponens tempus illud, cùm vndis submersi frustra enatare, & extremum vitæ discrimen vitare tentabant. Idem significārūt Græci μετωδίησιν obstetricā tur, id est, Parturiunt traducentes. Ibi dolores, vt parturientis, dixit Dauid, & vtrunque verbum חול hul indicat. Quod ait, [*Et qui habitant cum eis.*] Homines

gigantium fabula vnde sumpta videtur.

Phillip. 3.

Iob. 22.

Iob. 40.

Psal. 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis æquales intelligit,qui simul obruti sunt,vt Chaldæus vertit משריתהרן masiriathehō exercitus eorū.

6 *Nudus est infernus coram illo,& nullum est operimentum perditioni.* Id est, nihil eum latere potest,omnia nota ei,& perspicua sunt.Infernū,& perditionem appellat,quæ in profundo abstrusa sunt: & maximis obsita tenebris,Sicut dixit etiam Dauid, Quia tenebræ nō obscurabuntur à te,& nox sicut Dies illuminabitur,sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quo fatetur etiam id quod dixit Baldad, Super quem non consurget lumen illius?si de summa Dei sapientia intelligatur. Itaque Deus omnia scit,& omnia potest,ex quibus duobus quasi fontibus,atq; principijs res omnes ab eo manarunt,singulisque pro dignitate suæ sunt attributæ potestates,& in vnaquaque re potestatis infinitæ, & immensæ sapientiæ Dei vestigia apparent. Quam obrē rectè ex rebus effectis demonstratur à Iob dicente.

Psalm. 138

7 *Qui extendit aquilonem superuacuum.* Hebræi quidā,quos nonnulli Latini sequūtur, aquilonem hîc terram esse putant,quòd ea terræ pars,quæ tunc habitabatur,esset aquilonaris.Et ita declarār,Facit vt terra suo loco nulla re alia connixa cōsistat. Quorum mihi certè nō probatur sententia.Nam terræ collocationē sequenti versus parte narrat. Neq; rectè respondebitur esse huius dicti declarationem.Non enim verisimile est nullam operis cælorum mentionem fecisse,cùm sit magis admirabile,cùm bis terrę opus commemorasset.Huc accedit,quòd in terram nō conuenit, vt extendi dicatur, cùm tanquām punctum contracta habeatur,cæli autē extendi in scriptura dicuntur,Extendens cælum,sicut pellem,ait Dauid.Quo loco eodem etiam verbo נטה

Psal. 103.

natha

natha,quod hîc ponit vtitur.Quare non dubito,quin de cælorum effectione hic locus intelligatur,quos mirabile est super nihilum,id est,nulla re alia nixos,ita esse extensos.Nihil enim re vera extra cęlum est.Extendit velut nihilum cælos,Esaias ait.[*Et appendit terram super nihilum.*] Id est,facit,vt terra suo loco stabilis sit, cū re nulla alia stabili,& firma nitatur.vt ait Dauid, Fundasti terram super stabilitatem suam,non inclinabitur in seculū seculi.Itaque hic versus idē significat, quod illa prima verba Geneseos,Creauit Deus cælum & terram.

Esai. 40.

Psal. 103.

Gene. 1.

8 *Qui ligat aquas in nubibus suis,vt non erumpant pariter deorsum.* Id est,qui aquam pluuiam nubibus,ita cōtinet, vt nō tota vno impetu erūpat,licēt suspēsa in aere sit,sed guttatim diffluat,quod quidem est mirabile. Fit autē quòd non simul,sed paulatim frigore cōcrescat vapor sursum latus,quod etiam euenire videmus,cùm in vasibus rostratis aquę ex herbis aut floribus distillantur, quæ guttatim fluunt.Quòd herbarū vapor calore eleuatus,& in superiore vasis parte refrigeratus lintheo à quæ madefacto,qui imponitur ei, paulatim cōcrescat. Ex hac etiam re Deum laudat Dauid,Qui operit cælū nubibus,& parat terrę pluuiam.

9 *Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illum nebulam.* Solium Dei cælum appellatur,quòd cæteris orbis partibus excellentius,& dignius tanta maiestate sit. Hæc dicit Dominus cælū sedes mea, Ait Esaias. Super hoc solium nebulam expandit,cùm nubes in cælo coguntur. Demonstrat igitur Dei eximiam amplitudinē, & potestatem,ex ea natura,quam nubibus præstitit, vt in aere cogerentur,fiunt autem nubes ex vaporibus,

Esai. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ex poetarum fabulis ducta, leuis coniectura est, quod sydus illud ita ab astrologis appelletur. Quare rectius est, vt colubrũ hunc cetũ esse putemus, de quo multa in hoc libro mentio fit, descriptissimèq; in hãc rationem hęc versus pars contexitur. Vt quia de cælis vndecimo versu, de mari verò duodecimo egit, deinceps de vtriusque ornamentis hoc decimo tertio versu disserat, & prima eius parte de ornamẽtis cęlorum, quæ sunt stellę, altera verò parte de maris ornamentis, quæ sunt pisces, præsertim ceti, quòd vastissimi sint, & magnam admirabilitatem tanta sua vastitate faciãt.

Genes. 1. Itaque hoc versu cõmemoratur id, quod etiam est in Genesi, Creauit Deus cete grãdia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerunt aquæ in species suas.

14 *Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius.* Vias dicit Dei eas rationes quibus à nobis cognoscitur, & per quas ad aliquam Dei notionem venimus. Hæc autem sunt insigniores res ab eo effectæ, vt Paulus tradit, Inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Hac igitur de causa res. à Deo effectas, quas narrauit, vias eius nominat. [*Et quum vix paruam stillam sermonis eius audierimus*, Id est, cùm parum sit, quod nos de rebus ab illo gestis audierimus. [*Quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri?* Catachresis est intueri pro audire, id est, Quis tã scire, aut audire poterit immensam illam rerum gestarum amplitudinem, quæ de illo dici narrarique posset, solus enim Deus, quæ illam verbis explicaret, posset illam etiam audire. Similis is locus est illius Ioannis. Sunt, & alia multa, quæ fecit Iesus

sus. Quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

CAPVT. XXVII.

A *Addidit quoque Iob assumens parabolam suam, & dixit.* A
2 *Viuit Deus, (qui abstulit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam?*
3 *Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis.*
4 *Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.*
5 *Absit a me, vt iustos vos esse iudicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.* B
6 *Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deserã: neque enim reprehendit me cor meũ in omni vita mea.*
7 *Sit vt impius, inimicus meus: & aduersarius meus, quasi iniquus.*
8 *Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, & nõ liberet Deus animam eius.*
9 *Nunquid Deus audiet clamorẽ eius, cum veniret super eũ angustia?* C
20 *Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deũ omni tempore?*
11 *Docebo vos per manum Dei, quæ Omnipotens habeat, nec abscondam.*
12 *Ecce, vos omnes nostis, & quid sine causa vana loquimini?*
13 *Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 *Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane.*

15 *Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.*

16 *Si congregauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta.*

17 *Præparauit quidem, sed iustus vestietur illis: & argentum innocens diuidet.*

D 18 *Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum.*

19 *Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.*

20 *Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas.*

21 *Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo.*

22 *Et mittet super eũ, & non parcet: de manu eius fugiens fugiet.*

23 *Stringet super eum manu suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius.*

ADdidit quoque Iob assumens parabolam suam, & dixit. Nonnihil expectasse videtur Iob, vtrũ amici amplius argumentarentur. Quos vt tacere vidit, tanquam victor firmius in sua persistebat sententia, ac liberius in causa sua versabatur, dicens.

2 *Viuit Dominus, qui abstulit iudicium meũ.* Id est, qui in me non pro meritis animaduertit. Vt cap. 10. dixit, Indica mihi, cur me ita iudices? Nũquid bonum tibi videtur, si calumnieris me? [*Et omnipotens, qui ad amaritudinẽ adduxit animã meam.* Id est, qui me tantis affecit doloribus tam

tam acerbaque edidit in me supplicia.

3 *Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis.* Id est, quandiu viuam. Sicut quidam Poeta dixit.

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regat artus.

4 *Non loquentur labia mea iniquitatẽ, neque lingua mea meditabitur mendaciũ.* Quale quidem esset, si vobis concederem iniquum me esse, comite rectę voluntatis conscientia, id quod ipse declarat, adiungens.

5 *Absit à me, vt iustos vos esse iudicem*, id est, quod iustè me condemnetis. [*Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.* Id est, non desinam meam innocentiam defendere. Quod est grauis, & constantis, & magni animi viri, veritatisque amatoris. Nam Paulus in epistolis suis acriter pro sua pugnat innocentia, vt se à seudoapostolis, & subdolis operarijs, qui Iob amicos imitabantur, defenderet. Et illorum maledictis & calũnijs coactus, ijs se laudibus ornat inuitus, quas fortè nulla posset alia hominis eloquentia consequi: in epistola præsertim ad Corinthios secunda, In quo quis audet audeo, & ego, &c. Ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, &c. Et capite sequẽti. Si gloriari oportet, non expedit quidem, veniam autẽ ad visiones, & reuelationes Domini, &c. Christum etiam Iob in re hac referebat, qui donec defecit, non recessit ab innocentia sua. Sed diuinitatem, & infinitam bonitatẽ suã multis inuidis, & maleuolis repugnantibus fortiter defendit, & cum in ius iniquum esset eductus, multisque cõtumelijs laceratus, & indignis modis vexatus, ab iniquo tamen, & perdito iudice quisnam esset quæ

Magnanimi esse viri innocentiã suam acriter defendere.

2. *Corin.* 12

2. *Corin.* 13

situs

Universidad de Deusto
Biblioteca

situs, non vt rectè iudicandi rationem iniret, sed vt iniustè opprimendi occasionem inueniret, tamen Christum, verum Dei filium se esse confessus est.

6 *Iustificationē meam quā cœpi tenere non deseram: neque enim reprehendit me cor meū in omni vita mea.* Aptissimam, & dignam tanto viro reddit causam, cur à Deo acriter opugnatus, & tanquam sceleratus seuerè punitus ab amicorum officijs desertus, & acerbis corū sermonibus grauiter reprehensus, contumelijs, & ignominijs appetitus, tamen suam innocentiam defendat, seque culpa tanto supplicio digna tota sua vita vacasse constanter affirmet. Quia nullius tanti sceleris cum conscientia sua reprehendat. Qui locus valde, quidem notandus est, vt ex eo intelligamus, quàm graue sit conscientiæ pōdus, & quod singulariter possit nos in extrema rerum desperatione sustentare, sapientissimèq; Ioannem dixisse, Si nō reprehēderit nos cor nostrum, fiduciam habeamus ad Deum. Quod autē dicit, Reprehēdit, in Hebræo est לֹא יֶחֱרַף ieheraph cor meum, quod propriè significat probris afficiet cor meum. Rectè verò per præsens tēpus reddidit vulgatus, quoniā ita vsu euenire solet Hebræis, q̄ præsenti careāt, & Me subaudijt. Probris afficit me cor meū intelligēs, & trāsferēs, quod est Latinius, Reprehendit me cor meū. Eādem enim sententiā Græci expresserunt οὐ γὰρ συνοιδα ἐμαυτῷ οὐδεν πεπραχώς non enim noui, q̄ scelera fecerim. Eandem etiam sententiam Hebræi quidam, qui docti habētur, probāt. Quibꝰ argumētis satis probabiliter aliorū sententia refelletur, qui aliter hīc locū declarāt. Qui dā nō declinabit cor meū, id est, De hac nō decedā sententia. Alij non repuerascet cor meū, id est, nō propter delicta

grauissimū esse bonæ conscientiæ pondus.

2. *Ioan.* 3.

delicta iuuentutis meę id mihi accedisse putabo. Quia cap. 29. vers. 4. חרפך horppi ab eadem radice adolescētiam & pueritiam Vulgatus, Chaldęus, & Greci & alij reddunt. Alij exponūt, Non retrocedet cor meū. Sed illa, vt dixi, vulgati, & Grę eorum versio mihi multò magis placet, quòd & in verba quadret Hebræa, & illam valde idoneam tantæ fiduciæ causam declaret.

7 *Sit vt impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus,* Id est ea culpa, quam in me esse dicitis, cōferatur in eum, qui mihi in meæ innocentiæ defensione restiterit, aut aduersarius fuerit, cùm nullo alio argumento ductus, nisi quòd me aduersa fortuna iactatum videat, temerè me iniquum esse iudicat.

8 *Quæ est enim spes hypocritæ, si auarè rapiat, & nō liberet Deus animam eius.* Docet quibus rebus impulsus innocenter, & inculpatè vixerit. Quòd sibi satis exploratū esset, quàm misera sit improbi conditio, in quas tandem calamitates venturus, & quām tristes suorum conatuū exitus habiturus sit: quod vsque ad finem huius capitis persequitur. Hypocritam autem vocat hominem sceleratum, quòd sua semper quantū potest celat consilia, lucem fugit, tenebras amat. In Hebræo etiam est חנף haneph, quod scelerarū indicat. Ait ergo, Si sceleratus homo [*auare rapiat,*] & hoc modo multas acquisierit diuitias, quam spem (si sapiat) salutis suæ habere debet: si Deus ei, quem habet pro hoste, subsidio nō veniat, quasi diceret, Certè nullam? Alludit hoc dicēs ad impij hominis rationem, quæ ea est, vt spes salutis suę in diuitijs posuerit. Quas significat esse fallaces, quia quando ei Deus in periculo posito auxilio nno fuerit

De impijs subsidium non affert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit,nullum certè diuitiæ,licèt ampliſsimi fuerint,præſtabunt auxilium,id quod Chriſtus ſignificat dicēs in Euangelio Fallaciam diuitiarum. Et Paulus ſcribens Timotheo,Incertum diuitiarum. Quod autem dicit, [*Non liberet*,]in Hebræo eſt יֵשֵׁל ieſel,quod poteſt eſſe vel è radice נָשַׁל naſal,quæ euellere,& extirpare ſignificat. Et huius radicis vulgatus eſſe intellexit,cùm hoc pacto conuertit.Nam quē Deus non liberat perdit,& extirpat.Quis enim ſine illo liberabit? Vel eſſe poteſt è radice יָשַׁל ſala,quę proſperare,ſecundare ſignificat. Ex qua radice Græci eſſe putarunt, vertentes πεποιθώς ἐπὶ κύριον ἆρα σεσάωται ſperans in Domino, nunquid ſeruabitur?id eſt,Quamuis in periculo Dei ,quem grauiter offendit,petat auxilium,num impetrabit illud?id eſt,Minime quidē.Nam ea pœna iniquus homo mulctabitur,quòd Dei auxilium,licèt illud petat,nō conſequatur,vt ſtatim declarat,dicens.

Matt. 13.

1.*Timot.*6

8 *Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit ſuper eum angustia?* Cur enim audiet eum,qui ſemper ega illum hoſtili animo fuit,& qui non precatur eum dolens de offenſa , ſed tantùm de pœna quam timet, aut patitur?aut cur miſerebitur eius ſupplicis orantis, à quo neglectus petulanter eſt.Et cur Deus opem ferat ei, qui nullas vnquàm in eo ſuæ poſuit ſalutis ſpes. Ego annunciabo iuſtitiam tuam. Et opera tua non proderunt tibi : cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, & tollet aura Ait per Eſaiam Deus .Id eſt, Iſ liberentte,in quibus ſperabas, à quibus auxilium petere ſolebas: qui tamen licet auxiliatum veniant, nihil proficient, vt intelligas,quàm infirma nitebaris ſpe. Denique hæc pœna

Eſai. 57.

na diuinis oraculis impijs hominibus inſtituta eſt, vt cum aduerſa fortuna exagitentur, & in magnis periculis verſentur, Dei ſubſidium non impetrent,licèt multis illud precibus poſtulent, vt traditur in prouerbijs, Quando venerit ſuper vos tribulatio, & anguſtia,tunc inuocabunt me, & non exaudiam, manè conſurgent,& non inuenient me. Eo quòd exoſam habuerint diſciplinam,Et timorem Domini non ſuſceperint. Per Eſaiam etiam ait, Et quum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis. Et quum multiplicaueritis orationem , non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, id eſt,Iſs rebus,quas auarè rapuit,vt ſuperiori verſu Iob dixit.

Prouer. 1.

*Eſai.*1.

10 *Aut poterit in omnipotente delectari?* Ille in Domino delectatur, qui in Deo ſpes omnes ſuas collocatas habet, & de eius patrocinio gloriatur, & eo fretus nullas,vel atrociſsimorum hoſtium timet inſidias.Quod declarat Abacu, Ego autem in Domino gaudebo, & exaltabo in Deo Ieſu meo. Deus Dominus fortitudo mea,& ponet pedes meos quaſi ceruorum, ait Dauid.Qui ita ſe cum Deo gerit,nullæ preces eius irritæ fiunt, ſed eas Deus,ſi ex re eius ſint, opportuno tēpore audit.Delectare inDño,&dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Dño viā tuā,& ſpera in eo,& ipſe faciet,Ait Dauid.Cùm ergo is ſit habitus boni, & perfectiviri,quo pacto in ſcelerato ineſſet?Quare rectè dicit,Aut poterit in omnipotente delectari?nulla certè ratione,ſed in diuitijs,& alijs fortunæ ornamentis tantùm delectabitur,à quibus ſemper ſubſidiū ſperauit. [*Et inuocare Deum omni tempore.*] Ille autē hoc facit, qui

Quis in Deo delectetur.

*Abac.*3.

*Pſalm.*17

*Pſalm.*36.

Preces bonorum irritæ nunquā ſunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

frequenter Deum precatur. Sicut etiam Christus docebat, quòd oportet semper orare, & nō deficere, Aut omni tempore orat, & inuocat Deum, qui vitam suā totam cum virtute colit. Iactat enim hic in Domino curam suam, vt monet Dauid, quo facit, vt eum Deus enutriat (vt promittit ipse Dauid) id est, vt res suas Deus procuret, sic vt in æternum non det fluctuationē iusto, vt ait etiā ipse Dauid. Quare id facere nō potest, qui vitam suā totam sceleribus inquinat.

Luc.18. Sēper erat qui semper bene viuit. *Psalm.54*

11 *Docebo vos per manum Dei.* Quidam exponunt Deo iuuante. Chaldæus autem בנבואת binbuat per prophetiam Dei. Id est, quòd oraculū acceperim ā Deo. Græci verò vobis narro Πάσιν ἐν χειρὶ κυρίου, quid est in manu Dñi, idest, Qua ratione à Deo cū impijs agatur, vt statim declarat. [*Quæ omnipotēs habeat.*] idest, Quid illis reseruauerit, [*neque abscondam,*] id est, neq; vos hanc rem celabo: vel eam me scire non celabo, sed ingenuē fatear.

12 *Ecce vos omnes nostis,* Vel hac rē de qua dicturus sum, nam de illa vestris sermonibus egistis, vel nostis eam me scire. [*Et quid hæc sine causa vana loquimini?* Id est, cur frustra eadem res repetitis, & ita de ijs rebus disseritis, & me contumelijs oneratis, perinde quasi prorsus harum rerum ignarus, improborum hominum consilia probarem. Sicut cap. 19. dixit, Vsquequo affligitis animā meā, & atteritis me sermonib⁹? En decies cōfundis me, & non erubescitis opprimentes me. Nempè & si ignoraui mecum erit ignorantia mea. At vos cōtra me eriginimini, & arguitis me opprobrijs meis. Sequitur in hoc capite, de quo verba facimus.

Iob. 19.

13 *Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum,*

torum, quam ab omnipotente suscipient. Id est, hæc pars propinabitur eis calicis iræ Dei, quem inclinauit (vt ait Dauid) ex hoc in hoc, verumtamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. *Psal. 74.*

14 *Si multiplicati fuerint filij eius in gladio erunt.* Sæpe hoc libro repetitum est, & à nobis tractatum posteritatem impij licèt multa fuerit extinguendam esse, vt capite decimoquinto, Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. Et lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florē suū. Congregatio enim hypocrit, sterilis. Et cap. 18. Non erit semē eius, neque progenies in populo suo, neque vllæ reliquię in regionibus eius. Et cap. 20. Affligetur relictus in tabernaculo suo. Ex quo intelligitur hoc oportere assiduè cogitare eos, qui genus, & posteritatem suam pro virili parte propagare studēt, id nulla tenus fieri posse nisi multa virtute muniātur. Quod vt quisque possit per se pęr stare, efficere tamē nō potest, vt à posteris suis præstetur. Et vnius aut alterius stultitia fiet, vt maiorum virtute benè stabilita domus corruat, aut maximam iacturā faciat. Vt temeritate, & scelere posterorū Dauidis regnū, genus, & familia eius prope hæsit ad metas, nisi Christi infinita virtute restitueretur. Quare dubium non est quin vanum, & leue sit nimio propagandi genenris, & posteritatem suā studio efferri. Id quod Ecclesiastes, hoc argumento persuadere conatur dicens, Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, habitarus hæredem post me, quem ignoro, vtrum sapiens, an stultus futurus sit. Et dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui, & solicitus fui, &

gen⁹ & posteritas nisi multa virtute diu propagari non potest

Vanum & leue est pro pagandæ posteritatis studium. *Eccles. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

est quidquâm tam vanum? [*Et nepotes eius non saturabuntur*,] Id quod illis etiam minatur Dauid, dicēs, Nutantes transferantur filij eius, & mendicent. Vnius enim flu
Psal.108. titia omnia dispердentis, & dissipantis reliqui fame cō sumentur.

15 *Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu.* Hoc etiam
Iob.20. dixerat Sophar affligetur relictus in tabernaculo suo. [*Et viduæ illius non plorabunt.*] Ratio dicendi est à Dauide etiam vsurpata psal.77. Sacerdotes eius gladio ceci
Psal. 77. derunt, & viduæ eius non plorabātur. In Hebræo actiua voce ponitur non plorabunt. Quo significatur, vel quod iusta non facient viris suis, aut propter inopiam aut propter exitiosa, & calamitosa tēpora, quibus omnia agitabuntur, conturbabuntur, & vastabuntur, vt psalmo illo magna populi clades paulò ante illa posita verba narratur, [*Vel viduæ non plorabunt.*] Quia tantum erit exitium, tāta reipublicæ vastitas, vt viri simul cum vxoribus intereant.

16 *Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta.*

17 *Præparauit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet.* Ita enim esse legimus, vt opes multæ Laban darentur Iacob, & ciuitates, & regna eorum, qui habitabant in Palestina distributæ sunt filijs Israel, Regnum Saul collatum fuit Dauidi. Qui bonis viris pol-
Psal.36. licetur dicens, Expecta Dominū, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.

18 *Ædificauit sicut tinea domū suam, & sicut custos fecit vmbraculū.* Id est diuitias cōparauit citò perituras, & valde infirmis fūdamētis innixas, cuiusmodi tineę dom° est,

quæ

quę oris flatu cōuellitur, & vmbraculū custodis, quod æstate tantū vsui est, hyeme verò totus dissipatur. Ita hominis scelerati domus locupletissima, splendor domesticus, ampla familia, multæ copiæ morte appetente disturbantur, & inutiles fiunt. Thesaurizat enim sibi thesauros in terra, vbi ęrugo, & tinea demolitur. Et
Matt.6. quemadmodum amēs esset ille custos vinearum, qui vmbraculo illo leuiter instructo contētus, de nulla domo alia esset solicit°. Nā hyeme nihil illo protegeret, Vanū esse diuitias magno studio comparare sed nudus cæli pateret iniurijs. Ita valde amētes homines illi sunt, qui huius vitæ fortunis cōtenti nihil illas curant, quæ ad vitam futurā attinent. Nam cū ex hac vita breuissima migrauerint, quò se cōferent, vt miserias inauditas, & infinita mala declinent. Quòd dicit, [*Sicut custos fecit vmbraculum,*] Ita est in Hebręo, sed Grę ci in eandem ratione totum hunc versum trāstulerūt ὡσεὶ δὲ ὁ οἶκος κνὸς ἄσπερ σὶτες καὶ ἄσπερ ἀραχνὴ erit domus eius, sicut tinea, & sicut tela araneæ. Ita enim hoc idē cap.8. dixit Baldad, Sicut tela aranearū fiducia
Iob.8. eius. Innitetur super domū suā, & nō stabit. Explicat ipse Iob, id quod nos dicebamus, quo inquā tempore opes omnes, & facultates hominis iniqui, tineæ domū araneæ telam, custodis vmbraculum esse constabit.

19 *Dines cum dormierit nihil secum auferet.* Id est, cum interierit, Sicut dixit Dauid, Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloPsal.48. ria eius. [*Aperiet oculos suos, & nihil inuenier.*] id est, Conuertet se ad eas res, in quibus positas habebat spes suas, & nihil in eis subsidij reperiet. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, ait Dauid. Psal.75.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quantas post mortẽ impijs incurrent calamitates.

20 *Apprehendet eum quasi aqua inopia.* Docet in quantam hyemem, atque procellam postquam animam efflauerit, sceleratus homo incurret. Vt intelligamus quantis nobis præsidijs opus sit ad vitam traducendam futurã. Quibus autem verbis explicari potest, in quantam veniet inopiam diues, postquàm è uita discesserit. Nonnihil huius rei declaratur in historia diuitis, qui epulabatur quotidie splendidè, narratur tamen, vel aquæ guttã inuenire non potuisse ad linguam suam refrigerãdam. Quod dicit, [*Apprehendit eũ quasi aqua*, Id est, vndiq; cinget. Et obsidet eum ita, vt eam effugere nullo pacto possit. [*Nocte opprimet eũ tẽpestas.* Id est, magna calamitatis vis, quod tempestas vrgeat per se satis esset graue, sed grauius, quod nocte, vt omni orbetur spe reperiendi refugium. Certum enim est impios, postquàm animam efflauerint, æternis tenebris esse mandandos, vt luce nunquàm fruantur, qui magnũ dum viuerent eius odium habuerunt. Vsque in æternum non videbit lumen, ait Dauid, Vel [*nocte opprimet eum tempestas*, vt exponit Gregorius, quia citius, quàm putauerat, aut die, quam non existimabat animam aget, & propterea cuidam diuiti dictum fuisse narratur, Stultè hac nocte animam tuam repetunt à te.

Luc.16.

Psal. 48.

Luc.12.

21 *Tollet eũ ventus vrens, & auferet, velut turbo rapiet eũ de loco suo.* Confert mortem vẽto vrenti, qui vehementissimus esse solet, & turbini, qui quercus, atq; adeò robustissimas nõnunquàm conuellere visus est. Sed hęc leuissima sunt, si cũ mortis summa vi, in impios præsertim, comparentur, qui nullis fortunis, atque copijs vitam suam redimere poterunt. Vt ait Dauid, Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarũ gloriãtur, fratrem non redimet, redimet homo: nõ dabit Deo placationẽ suã, & pretium redemptionis animę suę, ideſt, Licèt homines de suis viribus ac diuitijs glorientur, & in eis sperent, nemo tamen fratri suo vllis pecunijs vitam redimere poterit, neque pretio vllo animæ suæ redemptionem æstimare poterit. Cùm igitur ad hanc rem vtiles non sint diuitiæ, sed citò præter mittendæ sunt, nõ est cur tanti fieri debeant. Quia igit diues nullo modo morti resistere poterit, eius mors turbini, & vrenti vento comparatur. Idem significauit Dauid dicens, Fiant tanquàm puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos. Viri verò boni licet moriantur, non conuelluntur, neque eos mors tanquàm puluis tollit in altum. Sed cùm sint plantati, (vt ait ipse Dauid) secus decursus aquarum, mors tempus illud oportunum affert, quo fructus ferẽt suos. Iustus enim confidit in morte sua, ait Salomon. Non timet, sicut impius, quia omni sua moriens frustratur spe. Quare mors bonorum turbini conferri nequit.

Inutilitas diuitiarum

Psal. 34.

Psal. 1.

Pron. 14.

22 *Et mittet super eũ, & non parcet:* Mittet cruciatus scilicet, tormenta, & alia multa mala, quibus illum perpetuis temporibus discruciauit. Quia, vt Christus narrat apud Matthæum, Iratus Dominus eius tradidit eũ tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitũ. Nihil enim iam parcet illi. [*De manu eius fugiens fugiet.* Non quòd fuga liberari, aut in tutum locũ recipi possit. Sed quòd Deo iam non audebit repugnare. Sed ei cedet is, qui vt dicebat Eliphaz, Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentẽ roboratus est. Cucurrit aduersus eũ erecto collo, & pingui ceruice armatus est, is iã abiectis armis terga vertet, & temeritatẽ.

Matth. 18

Iob. 15.

23 *Stringet super eum manu suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius.* שׁרקו ispoc, quod [*stringet*] vertit noster interpres, in eandem rationem Hebræi plaudet interpretantur, tradunque. ש. cun puncto in dextro esse pro. ס. quod aliquando fieri contingit, plaudere autē manibus, & sibilare admirantis signa in scriptura sunt: 2. *Thren.* vt ait Hieremias, Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt, & mouerunt capita sua, super filiam Hierusalem. Hæccine est vrbs (dicētes) perfecti decoris gaudium vniuersæ terrę. Ita etiam qui diuitis viderant res secundas, eum postea decessisse & domum eius destructam, & familiam dissipatam, & fame vexatam cernentes admirabuntur tantam tamq; celerem eius fortunæ commutationem. Quare Iob bene declarat, quàm magna diuitis ruina futura sit.

CAPVT. XXVIII.

A HAbet argentum, venarum suarum principia: & auro locus est, in quo conflatur.

2 *Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs vertitur.*

3 *Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, & vmbrā mortis.*

4 *Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios.*

5 *Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est.*

6 *Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.*

7 *Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculus vultu-*
B *ris.*

8 *Non*

8 *Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna.*

9 *Ad silicem extendit manum suā, subuertit à radicibus montes.*

10 *In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius.*

11 *Profunda quæ fluuiorū scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.*

12 *Sapientia verò vbi inuenitur: & quis est locus intelligentiæ?*

13 *Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.*

14 *Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est* C
mecum.

15 *Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argētum in commutatione eius.*

16 *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.*

17 *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.*

18 *Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.*

19 *Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tinctura mundissimæ componetur.*

20 *Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ?*

21 *Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque* D
cæli latet.

22 *Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius.*

23 *Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locū illius.*

24 *Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt respicit.*

25 *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.*
26 *Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus.*
27 *Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit.*
28 *Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: & recedere a malo, intelligentia.*

DIfficilè hoc caput habetur, & in ea re maior eius est difficultas, quòd non satis cõstat, in qua re versetur, aut quid in eo Iob sibi tractãdum posuerit. Quidam eius subiectum esse opinantur, Vt aperiat, quòd quemadmodũ res omnes natura principia, & exitus habent, ita etiam hominum facta exitus esse habitura, bona bonos, mala verò malos. Alij autem quod quemadmodum est, qui res naturales gubernat, ita qui morales. Alij quòd propterea idem probis, & improbis eueniat, quòd omnia moueantur, atque mutentur. Alij, vt in quo vera sapientia, sit declaret. In quibus omnibus sententijs, id mihi deesse videtur, quòd non explicant, quem ad finem, qua ve de causa de hac re sermonem induxerit, aut qua ratione hoc caput cum superiori coniũctum sit. Vt mea tamen fert opinio. Hæc duo capita vna, & perpetua oratio sunt, & vna vocis contentione pronũciata. Nam superi capite narratur, Addidit quoq; Iob assumens parabolam suam. Quod sequenti capite repetitur. Quod indicium esse videtur, Iob postquàm ea pite superiori loqui cœpit, vsque ad finem huius non cessasse. Deinde verò tacuisse, ac deinde sequentis sermonem exorsum fuisse. Quoniam ergo superiori capite

pite docuit, Per manum Dei, vt ipsius verbis vtar, quę sit pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Hoc capite Docet, quæ sit pars hominis pij. Quia igitur de re magna dicturus erat, altè huius rei sermonem repetit, docens difficillimum esse hanc partẽ hominis pij cognoscere, & postquàm cognita fuerit ad eam peruenire, quæ poetica ratione, comparatione & dissimilitudine persequitur dicens, Quæ sit pars hominis impij.

1 *Habet argentum, venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur* Id est, quamuis argentum, & aurũ res pretiosæ sint, non inuentu tamen difficiles sunt. Nam argentum venis suis nascitur, aurum verò certis locis conflatur.

2 *Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur.* id est, Ferrum etiã est inuenire, in terra enim nascitur, ex terraque suscipitur, locus etiam in quo æs conflatur, Lapis enim, in quo nascitur, calore liquefactus, æs fundit.

3 *Tempus posuit tenebris,* Id est, tenebræ ipsæ licèt magnã præ se obscuritatem, & difficultatem ferant, tamen eis Deus tempus præscripsit, quod nos minimè later, scimus enim, quantum vnaquæque nox sit duratura. Eãdem, sed clarius Hebræa verba habent sentẽtiam, quæ ita ad verbum reddẽtur, Finem posuit tenebris. Et ita transfert Chaldæus. In eandem rationem Græci vertunt, τάξιν ordinem posuit tenebris. Quę omnes versiones in loco illo Geneseos cernũtur dimisit lucẽ à tenebris. Antequàm enim fieret id, nullus, neque finis, neque ordo, neque tempus tenebris positum erat.

[*Et vniuersorum finem ipse considerat.* Id est, vt tenebris, ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita rebus omnibus naturę,& perfectionis suæ fines ex quisiuit,vltra quos eorum perfectio progredi non po test. Res enim omnes,vt de sententia Augustini theolo gi tradunt modo,specie,& ordine à Deo circumscri- ptæ sunt,& definitæ. Rectè igitur noster ita transtulit interpres,quod ad verbum in Hebræo est, Et vnicuiq; perfectioni ipse exquirit, subaudi finem,aut terminū. Idem Græci significarūt conuertentes καὶ πάν τέλεως ἐγὼ ἐξερευνῶ ἐγὼ ἐξερευνῶ τέλεως,& omnem terminum ipse inuestigat,id est, Vnius cuiusque rei terminum. [*Lapidem quoque caliginis,& vmbræ mortis,*] Id est lapidem in loco iacentem abstrusissimo exquirit ipse, faciens vt in lucē prodeat, & ab hominibus reperiatur, vt gemmas,& vniones ex locis abditissimis homines opera,& industria sua frequenter eruunt.

4 *Diuidit torrens à populo perigrinante eos,quos oblitus est, pes egentis hominis,& inuios.* Quoniam lapidem esse caliginis dixit,quem Deus exquirit,id hoc versu magis amplificat, Non solùm lapides, sed etiam res alias atque adeò homines latere in occulto,subaudiendum verò est,quæ res postea cognoscuntur,& apertè fiunt. In occulto verò latent ratione(exépli causa)torrentis, qui iuxta illas aqua tam profunda defluit,vt nullus perigrinus iter faciens ad eas possit accedere,quare penitus inuiæ fiunt. Ait ergo.[*Diuidit torrens a populo perigrinante.* Id est, separat à peregrinis,& iter facientibus eos,[*quos oblitus est pes egentis hominis,*]Id est,peregrinantis pauperis oblitus (inquā)eos est quia videt se ad illos siue mōtes siue homines trāsire nō posse,cū inuij prorsus sint. Ita vulgatus interpres,qui difficilis nōnullis visus est satis expo ni potest. Locus autē in Hebræo ita difficilis, & lubri

cus

cus est, vt vix vbi mēs cōsistat reperiri possit. Ex quo factū est,vt nullus interpretū,& cōmentatorū ei lumē vllū atulisse videatur. Nulli enim alterius placet explicatio. Siquidē tot modis interpretāt,quot interpretes in eo versati sunt. Etenim multæ in eū difficultatis causæ cōueniūt,cū posset vnaquęq; per se satis eū difficilē reddere. Sunt enim multa in eo ambigua verba,& multæ enunciationes nimis concisæ. Nā ambiguū est verbū illud,qđ[*diuidet*] Vulgatus vertit. Nā est פרץ paraz quod erūpere,destruere,& multiplicare etiam est. Græci diuidere intellexisse videntur,nā διέκοψεν incisio trāsferunt. Chaldæus autē multiplicare intellexit,nā תקיף tacheph preualuit reddit. Sed Hebræi, & multi Latini erumpere declarant. Tū illud quod [*populo*] conuertit vulgatus,ambiguū est,nam est,עם. quod cum puncto Pathac significat populum, cum puncto Chirich est prępositio Cū. In codicibus autē Hebręis,qui nūc circunferuntur,cum puncto subscribitur chirich, quare Chaldæus,Græci,& omnes ad vnum Hebræi,& multi Latini Cum interpretātur. Est etiam ambiguū illud, quod[*peregrinante*] transtulit est enim גר gar quod accolam,& peregrinum declarat, si sit à radice גרר gur habitare peregrinari. Sin autem sit à radice נגר nagar diffundere,difluere, diffusum indicat. Duobus Hebræis,qui docti habentur placet hoc loco diffusum interpretari. Reliqui quos ego vidi, & omnes Latini,vel peregrinum,vel accolam reddunt, Græci difficilius reddiderunt κονιᾶς calcis, aut pulueris. Illud etiam quod[*egentis*] transfert,ambiguum etiam est. Siquidem in libris, qui nunc circunferuntur est דל dallu, si tamen sit sine. ו. vt esse potest, cùm

sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit litera quiescens, quę adest, & abest, pauperem & egentem significat. Sed, vt modo legitur, est etiã ambiguum, nam aut exaustę sunt, aut eleuatę sunt, declarat. Quare in contrarias ab exponentibus trahitur sententias. Quidam, Aquę eleuatę sunt, id est, inũdarũt interpretãtur. Alij exhaustę, vel exsiccatę sunt. Tum quòd [*Pes egentis,*] dicit vulgatus, vt nunc leguntur, Hebręa non potest fieri, vt genitiuus Egentis regatur à nomine Pes. Nã in hoc nomine collocãt accentus Athnah. Quare à sũperioribus verbis, nõ à sequẽtibus determinatur. Illud etiam quod Inuios noster interpres tradu cit, est in Hebręo נעה nahu, quod omnes Hebręi motę sunt, vel mouerunt se se, declarant. Chaldęus autem אדטלטלנה italtalu vagati sũ. A verbo נוע nuha moue re vagari. Iam verò nimis concisę, & lubricę illę orationes sunt, vt verbum de verbo Hebręa reddamus. Erumpit torrens iuxta incolam, obliuioni traditi à pede, eleuatę sunt, prę homine notę sunt. Potest etiam transferri, Eleuati sunt, & moti sunt, vt vel in genere sit ambiguitas. Cum igitur tot difficultatibus, hic versus implicetur, mirum non est, quod infinitis prope modis explicetur. Principes autem eius expositiones sunt hęc Chaldęi. תקף כהלא מן אתר דמפלגת מרזב דאז מהנשדן כלמעבר גרגלא אזדקפר מנגד נענאא טלטלנה tacheph nahala min atar demuphlah marzebaia demitnasin milemehbar beragla izdecapu mi bene nasa italtalu, Pręualuit torrẽs loco exculto, fistulis obliuioni traditis, quòd pedibus pertransirẽtur, eleuatę eũ sunt prę filijs hominũ vagatę sunt. i. Aquę quę fistulis antea deriuatę ad agros irrigandos inundatione torrentis, ita aquis auctę sunt, vt hac atque illac vagantes per

per agros altiores, & abundantiores fiunt, quãm ab hominibus deriuari, aut pedibus per transiri possit. Quæ dicuntur ad significandum magnã nonnunquãm abũdantiam aquarum subito erumpere, quę quidem aquæ absconditæ erant, & penitus ignotæ. Sicut lapis quem caliginis, & vmbræ mortis vocauit: vt non solum lapidis, sed etiam aquæ exemplum proponat. Quidam Hebræus in eandem sententiam, ita explicat, Deus torrentem auxit loco, ex quo manat, & est locus sub terra latens, & loca torrentis obliuioni traduntur à pede, & non transibunt illum, quia aquæ excreuerunt, & hominibus præualuerunt, mouentur, & eleuant fluctus. Alius, Inundatur locus torrentis, qui adeò aquis effusus est, vt obliuioni præ multitudine tradetur, quã cal cauerunt filij hominum. Alius sic, Aliquando auget Deus aquis torrentem, qui alluit eos homines, qui habitãt iuxta illum, & exsiccat illũ, vt aridus sit. Ex quo fit, vt loca obliuioni tradita à pede, cum arida fiant, mouentur pedes hominis, vt illac transeãt. Ad eãdem etiã hæc pertinent sententiam, vt subito aquas occultissimas erumpere, & effluere declarent: ac rursus, cùm arescunt, apparent ea in alueo torrentis, quæ tegebantur aquis. Vt vndiq, doceatur res occultissimas patefieri. Sed Septuaginta viri has has omnes difficultates prætermittentes, tantùm tetigerunt torrentem nonnunquàm exhauriri, atque exsiccari sic, vt aluei sui puluerem, calcẽ ve detegat. Reliqua huius versus ad moralẽ sententiam traduxerunt, ita enim conuertunt διακοπὴν χειμάῤῥου ἀπὸ κονίας, οἱ δὲ ὠθληθησόμενοι ὁδὸν δικαίαν ἀσθένησαν ἐκ βροτῶν incisio torrẽtis à puluere, at infirmati sunt, ij mortales, qui viæ iustę obliuiscuntur. Incisio autem

autem torrentis apulu:re fit,quando aquis exhauſtus torrens puluerem detegit.

5 *Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo,igni ſubuerſa eſt.* Non modo lapidem caliginis & aquam occultiſsimam, ſed etiam ignem abſconditum ac latentem Deus in lucem euocat,quod fieri expertum eſt,cùm terra vberrima & panis feraciſsima igni ex ea orto ſubuertitur,& tota ſterilis fit. Quod fieri poteſt,ſi terra ſit cauernoſa, & ſulphur intrinſecus alat,& ventorum flatibus pateat. Ventus enim cauernis incluſus diu colluctatus concipit ignē,quem ſtatim erumpere neceſſe eſt, & agrum vaſtare & ſterilem reddere.

6 *Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.* Sed quã abſtruſus hic locus ſit,magna ſtatim exponit maplificatione,licèt autem valde abſtruſus exiſtat,patefit, & in lucem profertur. Sicut lapis caliginis,ſicut aqua torrentis,& ſicut ignis. Terminatur enim hic verſus cum ſequẽtibus verſu vndecimo,quo dicit, Abſcõdita in lucẽ produxit. Quod nõ animaduertẽs quidã interpres, qui doctus habetur,totum caput confundit, eò hoc caput pertinere dicens, vt doceat omnia eſſe mutationi obnoxia. In quare ſi nobis perſuadeam⁹ verſari,difficilè quidẽ explicabitur,& vix cohærere demõſtrabitur.

7 *Semitam ignorauit auis, neque intuitus eſt oculus vulturis.* Ideſt adeò locus abſcõditus eſt: vt neq; auibus,atq; adeò vulturi,qui perſpicaciſsimus eſt,aditus ad eum pateat.

8 *Non calcauerunt eam filij inſtitorum.* Inſtitor eſt quẽ mercator negociationi præficit,cuiuſmodi ſunt ij,qui tabernis à mercatoribus præponuntur, & quibus merces vendẽdæ mãdãtur. Qui auidiſsimi ſunt: quia in ipſa lucri cupiditate aſsiduè verſantur. Quare res eas diligentiſsimè

gãtiſsimè odorãtur & ſcrutantur,in quibus vberrimũ quæſtũ facere poſsint. Quãobrẽ aptè neq; huiuſmodi homines illã ſemitam ſapphiri calcare dicit,vt abditiſsimã eſſe amplificet. Sed in Hebræo eſt aduerbũ, Filij ſuperbiæ,& ita hoc idem cõuertit vulgatus in cap. 41. huius libri verſ. 41. Græci etiã υἱοὶ ἀλαζόνων filij ſuperborum transferunt. Intelligunt autem Hebræi eſſe beſtias immanes,quia de illis etiã intelligitur illud quod cĩtauimus capitis. 41. Chaldæus etiam transfert בנהא דארדין benaia de ariauan filij leonum. Inſtitores autẽ vulgatus hic intelligit, quia cum diuitias vehementer ament,arrogantes atq; ſuperbi ſunt, & vt Hebræi loquũtur, Filij arrogãtiæ. Dicitur enim in ſapiẽtia, Diuitiarum iactantia quid contulit nobis. [*Nec pertranſiuit per eam leæna.*] Adeò abſcondita eſt atq, difficilis,vt leæna ad eã nõ acceſſerit. Ex quo illa Chaldæi & Hebræorum ſuperioris orationis explicatio fit probabilior. *Sapien. 5.*

9 *At ſilicem extendit manum ſuam, ſubuertit à radicibus montes.* Id vſu aliquando euenit in magno terræmotu,& vehementi terræ quaſatione. Quare ea in lucem euocãtur, quæ ſub imas terræ radices abſtruſa iacebãt. [*In petris riuos excidit.*] Id eſt,facit vt rupes fluminibus ſcateant. Quod eſt mirabile, cùm aridæ rupes natura ſint,tãtã ſub eis humoris latere copiã,id tamẽ Deus cognouit, & in lucẽ protulit. Quare generaliter cõcludit. [*Omne pretioſũ vidit oculus eius.*] i. quãuis res pretioſæ, cuiuſmodi aqua eſt,ignis, ſapphirus, lapis caliginis, & aliæ,licèt miris modis tectæ,& occultæ ſint,Dei oculis patẽt,& manifeſtæ ita ſunt,vt eas illuſtrare,& alijs patefacere poſſit. Græci vero cõuertũt μὰ ὀφθαλμὸς oculus me⁹, quia vt aliãs diximus. ז. iod, & ו. vau apud Hebræos literæ

valde

Universidad de Deusto
Biblioteca

valde similes sunt. Ex quo fit, vt vna pro alia obrepat. ז autem est meus, ו verò suus, vel eius. Quadrat etiã sententia, Omne pretiosum vidit oculus meus, ideſt, Omnium generum harum rerum pretiosarum, quas commemorauí, ego ipse res singulas multas vidi, dicoque, quæ experientia didici.

11 *Profunda quoque fluuiorũ scrutatus est.* Res etiam in profundis fluuijs iacẽtes, aquis opertas, quæ illustrari nullo modo posse videbãtur, scrutatus est Deus. Sed quomodo sit scrutatus, cognoscitur ex verbis Hebræis, quæ ita ad verbum habent, A fletu ligauit [id est cohibuit] flumina. Fletum fluminum vocant Hebræi per translationem profunda fluminis, sic cap. 38. dicitur, Nunquid ingressus es נבכי nibece profunda maris. Tũc igitur profunda fluminis scrutatur, cùm flumina exsiccat, ita enim patefiunt, quæ in profundis eius iacebant. [*Et abscondita in lucẽ produxit.*] Generalis propositio est, quę ex rebus singulis cõmemoratis probata est argento, auro, ferro, ære, tenebris, lapide abscõdito, ex aquis subito bullientibus, ex igne ex cauernis erumpente, ex saphiro, & auri glebis, ex riuis, ex profundis fluuiorum.

12 *Sapientia verò vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ.* Totum hoc caput in hac sententia explicanda, & ornanda (vt diximus) vertitur. Ornauit autẽ illam ex rebus dissimilibus, ideſt, Res occultissimæ, & abstrusissimæ in terris reperiuntur, sapientia autem in tota terra nõ reperitur, Quare omnium rerum, quæ in terra sunt occultior, & pretiosior est. Sapientia ergo, cùm in terra non inueniatur, in cælis est quærenda. Nam est hominibus, cuntis alijs rebus necessarior. id quod poetę, philosophi

Sapientia vera res ob scrutissima est.

losophi intellexisse videntur, in fabulis tradentes, Prometheum, qui ἀπὸ προμηθείας, id est, prouidẽtia dicitur, cũ ignis ad homines informandos in terris inueniri non posset, auxilio Mineruæ cælum ascendisse, faculaq; in in sole ascensa, nonnihil luminis ad homines, quos ex luto fecerat absoluendos perficiendosque detraxisse. Cuius rei fabulã multis Plato in Protagora persequitur. Multis etiam in toto Menone disserit nullos in orbe terrarum virtutis, quam vera sapiẽtia postulat, esse magistros. Lumen autem est, vt ad fabulam reddeamus, sapientia, quo animus illustratur, & homines terreni informantur, vt ipse Plato interpretatur. Quę si è cælis nõ sit elapsa nusquã in terra reperietur. Id quod Plato his verbis in fine Menonis concludit ἀρετὴ ἂν εἴη θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ οἷς ἂν παραγίγνηται. Virtus neque est nobis natura insita, neque doctrina comparata, sed diuina quadam sorte nobis tributa, sine mente eius in quo sit. Forte Plato cùm sine mente, dicit illud significauit, quod diuus Augustinus in diffimienda infula virtute ponit, Quam Deus in nobis sine nobis operatur.

Qui terrena sapiunt sapientes esse nõ possunt. *Philipp. 3.*

Docet igitur in hoc reliquo capite Iob, primùm sapientiam in terra non esse. Quare qui tantum terrena sapiunt. Minimè sapientes esse possunt. Deinde sapientiam longe pretiosiorem esse rebus omnibus, quę in terra pretiosæ habentur. Ac tertio Deo tantùm per se vique sua notam esse, ab eoque esse petendam, quarto denique in quo posita vis sapientię sit.

13 *Nescit homo pretium eius*, Id est, nesciunt homines quanti sapientia facienda sit, dum illam nihil curantes alijs rebus student. Si enim pretium eius scirent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non solum diuitijs omnibus terrenis verùmetiam vita existimarent esse commutandam. Sicut dixit Menander.

οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα πλουσιώτερον,

Nulla possessio pretiosior sapientia est, & Sophocles.

πρόνοιαι δ' ἔδωκεν ἀνθρώποις ἔφυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον, ἔδωκε δὲ σοφάς.

Prouidentia nullum hominibus natura comparatum est emolumentum acquisitu præstantius, nec animo sapiente. Hebraicè est עֶרְכָּהּ hercah, quod est, vel æstimatio eius, siue pretium eius, aut ordo eius, id est, ratio eius, & ita Græci conuertunt σοφὸν αὐτῆς viã eius, quod potest esse rationẽ & naturã eius, vel viã, qua inueniẽda sit. [*Nec inuenitur in terra suauiter viuentium.*] Viuentes vocat, qui hanc vitam mortalem traducunt. Et ita Græci transferunt non inuenitur ἐν ἀνθρώποις inter homines.

Sapientia res pretiosissimo.

14 *Abyssus dicit non est in me, & mare loquitur non est mecũ.* Ne autem quis existimet in terra esse, licèt hactenus inuenta non fuerit, quòd in abditissimis, sicut aliæ res, de quibus dixit, lateat orbis terrarũ locis: ponit duo occultissima orbis loca, ex quibus cætera intelligi vult, quæ fatentur, & præ se ferunt sapientiam absconditam nõ habere. Est autem abyssus magna aquarum congeries, quæ fundo vacare videatur: mare autem est etiã aquarum congeries Hebræis, in qua nõ ita difficile fundum inuenitur. Exponit deinde pretiosorem esse rebus terræ pretiosissimis.

15 *Non dabitur aurũ obrizũ pro ea.* Est obrizũ aurũ purissimũ, à quo omnis scoria, & omne aliud metallum igne fuerit detractũ. [*Nec appẽdetur argẽtũ in cõmutationẽ eius.*]

16 Non

16 *Nõ conferetur tinctis in die coloribus.* In Hebræo est בְּתֶם אוֹפִיר ceteri ophir aurũ ophir, & ita Græci conuertũt. Sed vulgatus interpres Chaldæum sequutus fuisse videtur, qui פְּטָזָר pitdauan ophir vertit, quod varios colores ophir quidã interpretantur. Sed alij aurũ ophir. Nihil autem differt, quod vna vel alia res pretiosa ponatur, cùm propositum constet. [*Nec lapidi Sardonycho pretiosissimo vel sapphiro.*

17 *Non adæquabitur ei aurũ vel vitrum.* Vitrum etiã Græci vertunt, quidam vero cristallum.

18 *Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa, & eminentia non memorabũtur incõparatione eius.* Ita etiam Græci transferunt, sed רָאמוֹת & גָּבִישׁ ramoth & gabis, quæ hi clasici interpretes excelsa, & eminentia reddũt, omnes Hebræi Chaldæum sequentes lapides quosdam pretiosos esse dicũt, & ita coralia, & vnionem quidam interpretantur, alij smaragdos, & gẽmas. [*Trahitur autẽ sapientia de occultis,* Vt versu. 21. ait, absconditа est ab oculis omnium viuentium. Sed quòd de occultis dicit, legisse videtur in Hebræo מכנדה mepenina, quod est intrinsecus, vt interpretatur psalmo. 44. vers. 14. Vel מִכְּנִדִים mepenim, quod eodem modo interpretatur. Vel idem esse putauit Græcis auctoribus subscribens, qui ἐσώτατα intima conuerterunt. Sed in Hebræo nunc est מִכְּנִדִים mipeninim, quod gemmas significat, & ita vertit ipse vulgatus Prouerbiorum. 20. vers. 15. Est aurum & multitudo gẽmarũ. Et alijs locis opes declarat, & alio loco ebur antiquũ. Puto autẽ pyropos significare, quæ gẽmæ sunt rubro splẽdore fulgentes, quę Hispanę *Rubies*, vel *Carbuncos* vocãtur, quę pretiosissimę iudicãtur. Nam dicit Hiere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mias in Thren.4. rubicundiores מפנינים mipeninim. Chaldæus hoc loco conuertit מרגניין margalian margaritas. Ita igitur verbum de verbo hunc locum reddemus, Acquisitio sapientiæ quàm gemmarum, id est melior est, acquisitio sapientiæ, quàm gemmarum.

19 *Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur.* כתם cetem tinctura vertit, vt versu.16. Chaldæum, vt quidam opinantur secutus, sed vt illo loco diximus, omnes Hebræi, & Græci auctores aurum interpretantur hoc, & illo loco. Vt igitur, quã ti facienda sit sapientia, nobis exponeret, eam cum pretiosissimis quibusq; rebus terrestribus cõparauit. Licèt eas omnes simul infinitis partibus pretio, & æstimatione ita vincat, vt nequeant inter se conferri. Similis locus est in Sapientia, Venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pretiosum. Quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Et tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam, sequitur in Iob. *Sapien. 7.*

20 *Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligẽtiæ?* Hoc dicit, vt faciat auditorem attentum spe rei magnę, quã dicturus est.

21 *Abscondita est ab oculis omnium viuentium*, Idem est, quod illud versus.13. Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Vera enim sapientia longè differt ab ea, quam habent filij huius seculi, qui vocantur à Christo: quæ sapientia eternis dicitur, qua huius vitæ com-

commoda, & res corpori vtiles, atque iucundas solerter procurant. Adeo autem, hæc â vera sapientia, quæ spiritus prudentia nominatur, distinguitur, vt ei planè contraria sit, neque in idem subiectum conuenire possint. Nã prudentia carnis, auctore Paulo, mors est: prudentia autem Spiritus vita, & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. [*Volucres quoque cæli latet.*] Quia cùm in terra non sit, nulla, vel velocissima res eã indagare, vel ad eam peruenire potest. Vt igitur animis nostris penitus insitum sit sapientiam in orbe terrarum non esse, sed è cælo delabi oportere, his dicendi rationibus vsus est. Multum differre inter sapientiã carnis, & sapientiam veram. *Rom.8.*

22 *Perditio, & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famã eius*, Quidam simpliciter hunc locum intelligendũ opinantur, hoc est, Neque in perditione, neq; in morte sapientia est, Sicut versu.4. dixit, Abyssus dicit, Nõ est in me, & mare loquitur, Non est mecum. Hebræi nescio qua ratione ducti perditionem, & mortem materiam, quam philosophi vocant primam, quæ omni vacat forma interpretantur. Quę quodammodo Dei sapientiam declarat. Sed cur informata non etiam declaret cũ forma sit materia perfectior, ac proinde expressius est sapientię & potentiæ Dei vestigiũ. Sed non dubito quin diuina quędã philosophia, & theologia, hoc versu adumbretur. Nec sine causa perditione, & mortem eius famam audiuisse dicit, cùm in cæteris rebus omnibus ad mortales homines pertinentes vllũ eius vestigium, aut vllam eius cognitionem planè esse neget. Perditionem ergo existimo hîc peccatum esse, ef- Perditio ponitur pro peccato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectus pro causa per metonymiam. Quia enim peccatum insignem homini perditionem attulit, solet perditio pro ipso vsurpari peccato. Vt in Osea, Perditio tua Israel. Tantummodo in me auxilium tuum. Nihil enim hominis est solius, nisi peccatum. Nam pœna à Deo etiam imponitur. Mors autem est hîc illa mors secunda, de qua Ioannes scribit in Apocalypsi, Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Hac enim morte absoluitur omnino illa, quam peccatum attulit, perditio. Sapientia igitur non est in peccato, neque in æterna morte. Verum tamen rectè dicitur vtrumque eius famam audiuisse, quia est vtrumque veræ, & perfectæ sapientiæ contrarium, vnum autem contrarium non nisi per alterum perfectè cognoscitur: præsertim ea contraria quorum vnum alterius priuatio est, cuiusmodi hæc sunt. Quia ergo nemo perfectè cognoscit, quanta sit stultitia peccatum, nisi qui veram sapientiam cognoscat. Rectè dicitur peccatum sapientiæ famam audijsse: quia qui plenè peccati rationem cognouerit, veram etiam sapientiam cognoscet. Quod benè intelligitur ex eo, quòd alter in alterius definitione ponatur. Nam ipse Iob in fine huius capitis, ita sapientiam describit, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia, malum autem hîc peccatum est. Quod ita de Augustini sententia Theologi diffiniunt. Est dictum, factum, vel cõcupitum contra legem Dei. Lex autem Dei vera sapientia est. Mors etiam illa secunda contraria est vitæ nostræ, quæ est Christus, vera sapientia Dei, qui etiam factus est vera sapientia nostra. De illo enim Paulus scribit, Factus est nobis sapien-

Osea.13.

Apoc.21.

Perditionẽ & mortem audijsse sapientiæ famam.

Eximia quædam Theologia

tia. Nullus etiam vndique perfectè, & absolutè cognoscit, quanta illa mors secunda sit, nisi qui vitam illam, quam nobis Christus attulit, penitus pernouerit. Hanc ergo diuinam philosophiam Theologiamque hoc versu satis acutè perstringi opinor. Possumus etiam explicare perditionem, & mortem sapientiæ famam audijsse: quia quàm primùm homo perditus fuit, veræ sapientiæ, quæ Christus est rumor sparsus fuit, cùm antea, licèt per eam mundus factus sit, nulla eius mentio facta fuerit: rumorem voco illa verba, quæ serpenti dicta sunt, Ipsa conteret caput tuum. Ipsum est in Hebræo semenque mulieris, quod Christus fuit, referri putatur, ipsa etiam mulier per ipsum semen caput contriuit serpentis. Quia igitur sapientia hominem morti, & perditioni obnoxium restituit, tãquàm mortis, & perditionis verum contrarium, idq; significatum fuit, quàm primùm mors, & perditio extitit, & in tanto damno refarciendo Deus maximè sapientiam suam declarauit, doctissimè mortem, & perditionem sapientiæ famam auribus suis audijsse dicit. Cùm igitur tot hactenus res numerauerauerit, quibus reliquas omnes orbis terrarum comprehẽdi vult, quę prorsus Sapientiæ locum ignorauerint: docet deinde, quis, vbi sit sapientia, certum, & exploratum habeat.

Coloss.3.
1.Cor.1.

Genes.3.

23 *Deus intelligit viam eius, et ipse nouit locum illius.* Via sapientiæ est lex Dei. Si enim legem, & præcepta Dei seruauerimus ad veram perueniemus sapientiam, ipsaque sapientia id declarat, dicens in prouerbijs, Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinã, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Disciplinam vias

Quæ via sit sapiẽtia inueniẽdę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suas expoſuit eſſe. Diſciplina verò lex Dei eſt. Et alio
Prouer. 8 loco id ipſa ſapientia docet, dicens, Inuijs iuſtitiæ ambulo in medio ſemitarum iudicij. Locus autem ſapiẽtiæ eſt ipſe Deus. Sicut ipſa dicit ſapientia, Ego ex ore
Eccli. 24. altiſsimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Quare in cuius mente Deus non habitauerit, in eo ſapientia eſſe non poteſt. Neque vera ſapientia ab alio,
Locus ſapiẽtiæ vbi ſit. quàm à Deo quæri poteſt, neq; ſine eius ope vllo modo quiſquam eam ſibi parit. Quod in ſapientia demonſtratur, Quæ in proſpectu ſunt inuenimus cũ labore. Quæ autem in cælis ſunt, quis inueſtigabit?
Sapien. 9. Senſum autem tuum, quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiã, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſsimis? Propterea
Iacob. 1. que monet Iacobus, Si quis indiget ſapientia poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter.

24 *Ipſe enim fines mundi intuetur, & omnia, quæ ſub cælo ſunt reſpicit.* Ex quo fit, locum, & viam ſapientiæ Deum latere non poſſe.

25 *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.*

26 *Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis ſonantibus,*

27 *Tunc vidit illam.* Antequam Deus quidquàm efficeret, ſapientiam ſuam in ſe tãtùm cernebat. At ſimul atque vniuerſum, & eas res quas amplectitur, cõfecit, nõ ſolum in ſe, ſed etiã in alijs rebus ſuã ſapientiã cogno
Geneſ. 1. ſcit. Quia verò res omnes infinita ſapiãtia creatæ ſunt, ita factum eſt, vt eſſent abſolutiſsimæ perfectiſsimæq; valde denique bonæ, vt eſt in Geneſi. Sicut artifex nõ
Dei ſapientia in rerũ creatione demonſtratur. ſolum ex ea, qua imbutus eſt arte, ſed etiam ex opere ab eo confecto artis ſuæ vires cognoſcit: ita Deus ſapientiam ſuam non in ſe ſolum, ſed etiam in rebus ſua ſapientia effectis conſiderat. Et propterea Iob dicit quando

quando fecit orbem terrarum, tunc eam vidiſſe, quia omnia ſapiantia facta ſunt, & in eis expreſiſsimum ſapientiæ veſtigiũ relinquebatur. Id quod canit Dauid,
Pſal. 103. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſsione tua. Et
Prouer. 8. ipſa ſapientia in prouerbijs, Quando præparabat cælos, aderam, quando certa lege gyro vallabat abyſſos, &c. cum eo eram cuncta componens. Quòd dicit fecit ventis pondus, &c. Omnia enim, vt eſt in ſapientia, diſpoſuit Deus in menſura numero, & põdere. Quod Theologi vocant, Modo ſpecie, & ordine, vt alio nos loco expoſuimus. Quòd etiam pluuijs legem poſuiſſe dicit, quenam hæc lex fuerit, declarauit ipſe. cap. 26. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum, Viam verò quam etiam poſuiſſe dicit procellis ſonantibus, velut Hebræi declarant הזדי קלה haziz colot fulguri, vel corruſcationi tonitruorum. Vel vt vulgatus in Zacha. 10. verſ. 1. Nubibus, Eadem enim eſt horum omnium via, quæ firmamentum
Geneſ. 1. in Geneſi appellatur, de quo ſcribitur, Dixit Deus, Fiat firmamẽtum in medio aquarum, & diuidat aquas: ab aquis. Phiſicis autem firmamentum eſt media aeris regio, qua nubes, imbres, venti cogũtur, & fulgura, & tonitrua exiſtunt. Ex his autem paucis rebus, quas cõ memorauit, omnium rerum creationem, quę narratur in Geneſis primo capite, intelligi vult. Cũ igitur Deus res effecit in cunctis ſimul, & in ſingulis per ſe ſuam vidit ſapientiam, eo modo quẽ diximus. [*Et narrauit,*] Ideſt, cum alijs rebus communicauit. Antè enim erant rerum omnium quaſi imagines in mente Dei opt. maxi, cum ijs tamen nihil ſuæ ſapientiæ communicauit,

quousque tandem illas creauit. [*Et præparauit,*] ideſt, Iam rebus omnibus prępoſuit, vt illa actiones, & officia ſua dirigerent, vt tunc ſuũ officij munus benè prę-ſtare putarẽtur, cùm ſapienter illud obijſſent. [*Et inueſtigauit,*] Id eſt, illam à rebus omnibus requiſiuit. Sic vt grauiter in eas res animaduerteret, quæ ſapientiam amiſiſſent, vt angelos, quia inſipienter Deo repugnarunt in tenebras æternas, & vincula coniecit, hominem, quia ſtultè Deo nõobediuit, è Paradiſo voluptatis eiecit, & amicitia ſua indignum duxit.

28 *Et dixit homini ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia.*] Putauerat homo ſtultè deceptus à demone bonis eius inuidente, ſapientiam in edendo fructu vetito eſſe poſitã: in hac enim ineptiſsima opinione Demon ei inſidias omnes inſtruxit, dicens mulieri, In quocunque die comederitis ex eo, eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum. At malo & incommodo magno ſuo eruditus cognouit non in ea re, quam putarat, ſed in timore Dei, qui faceret, vt à malo, & ſcelere illo nefario recederet, & legem eius violare nõ auderet, ſapientiam, & intelligentiam verſari. Quod quidem ſupplicio magno angelorum, & hominum ſatis aperte iam inde à mundi principio hominibus demonſtratum eſt. Quocirca dicit Eccleſiaſticus, Initium ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus eſt, & cum electis fœminis graditur, cũ iuſtis, & fidelibus agnoſcitur. Et paucis interiectis addit. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deũ. Itaque Alpha & Omega (vt Ioannis vtar ratione dicẽdi) totius ſapiẽtię eſt timor Dei.

Qua in re Demõ homini inſidias collocauerit.

Geneſ. 1.

Eccli. 1

CAP.

CAPVT. XXIX.

A Ddidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit. A

2 *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundũ dies quibus Deus cuſtodiebat me.*

3 *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?*

4 *Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo.*

5 *Quando erat Omnipotens mecum: & in circuitu meu pueri mei?*

6 *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?*

7 *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabãt cathedram mihi?* B

8 *Videbant me iuuenes, & abſcondebantur: & ſenes aßurgentes ſtabant.*

9 *Principes ceßabant loqui, & digitũ ſuperponebant ori ſuo.*

10 *Vocem ſuam cohibebant duces, & lingua eorũ gutturi ſuo adhærebat.*

11 *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi.*

12 *Eo quòd liberaſſem pauperem vociferantẽ, & pupillũ cui non eßet adiutor.*

13 *Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum.* C

14 *Iuſtitia indutus ſum: & veſtiui me, ſicut veſtimẽto & diademate, iudicio meo.*

15 *Oculus fui cæco, & pes claudo.*

16 *Pater erã pauperũ: et cauſam, quã neſciebã, diligentiſsimè inueſtigabam.*

17 *Conterebã molas iniqui, et de dentibus illius auferebã predã.*

Diebam

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *Dicebamque, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.*

19 *Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.*

20 *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.*

21 *Qui me audiebant, expectabãt sententiã, & intenti tacebant ad consilium meum.*

22 *Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.*

23 *Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.*

24 *Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram.*

25 *Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. cumque sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.*

ADdidit quoque *Iob assumens parabolam suam, & dixit.* Hoc dicens significat Iob tacuisse aliquãtulum, ac verba hęc deinde fecisse, quibus luculenter narrat, quàm prosperã fortunã traxerit, antequam in tot miserias veniret, vt ita, quantæ illæ sint, declaret. Nam miserum quidé esl homini calamitoso fœlicem fuisse. Ea de causa, quam tradit Euripides.

κεκλημένῳ φασὶ φασὶ μακαρίῳ ποτὲ
ἆι μεταβολαὶ λυπηραὶ δ' οἱ τυχόντες;
ἓς δ', ὃς ἂν ἀλγῇ συγγενὴς λύπης ὢν.

Viro qui fœlix aliquando fuit, molesta est mutatio: cui verò sinistra fortuna fuerit, nihil dolet, cùm ei familiaris sit calamitas.

Quis

2 *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos secundũ dies in quibus Deus custodiebat me.* Deꝰ enim custodit cui nihil obest, aut incommodo est, sicut dixit Dauid, Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabũt te, ne forte offendas ad lapidẽ pidé tuũ. *Psal. 90.* Prosperã igitur suam fortunam non casu aut consilio suo, sed benignitate, & auxilio Dei sibi accidisse ait. Id quod quicunque pius vir debet habere pro certo. Multis autem dicendi modis, sequentibus quatuor versibus Dei auxilium significat, quod non leuem coniecturam affert eloquutia valuisse, & Hebræam linguam non inopem, vt aliqui opinantur, sed copiosam fuisse. Prospera fortuna Deo asscribenda.

3 *Quando splendebat lucerna eius super caput meum.* Idest, quãdo mihi auxilio erat, & multis gloriæ insignibus, & ornamẽtis augebat. Qua dicẽdi ratione vsus fuit Esaias, *Esai. 60.* Erit tibi Dñs in lucẽ sempiternã, & cõplebuntur dies luctus tui. [*Et ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Tenebræ, vt sepe hoc libro diximus calamitates, & miserias in scriptura significant. Inuit ergo, Siquid aduersi eueniret, facilé Dei patrocinio leuabã. Nihil enim viros bonos vehementer conturbat, cùm Deum sibi adesse sentiant. Quod sentiens dicebat Dauid, Dominus illuminatio mea, & salus mea quẽ timebo, Dñs protector vitæ meæ á quo trepidabo. *Psal. 29.* Facile Deo calamitates leuari.

4 *Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.* Id est, domesticas res meas tuebatur, & secundabat.

5 *Quando erat omnipotens mecum.* Id est, mihi fauebat. Narrat deinde, quanta commoda emolumentaque Dei auxilio, quod tot modis exposuit, fuerit consecutus. [*Et*

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in circuitu meo pueri mei. Puer, & filium, & famulũ in ſcriptura ſignificat, & vtrunque hoc loco quadrat, id eſt, Multos filios, & famulos habebant, quæ mihi prẹſto aderant, & dicto audientes erant.

6 *Quando lauabam pedes meos butyro,* Id eſt multo abundabã butiro. Similis elocutio eius, quẹ eſt in Geneſi, Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguinæ vuæ palliũ ſuum. Quo in primis ſignificare puto magnam gregũ & armentorum copiam habuiſſe, ſicut in primo capite narratur. [*& petra fundebat mihi riuos olei?* Id eſt, magna mihi olei copia ſuppetebat. Græci verò ſentẽtiã huius loci ſpectantes, quæ in eo cernitur, vt multas declaret ei fuiſſe diuitias, ſpeciesq, progenere poni, hãc ſpeciẽ, quẹ eſt in Hebrẹo prætermittentes aliam ſcripſerunt, ita conuertentes τὰ δὲ ὄρη μοι ἐκέοντο γάλακτι montes mei fluebant lacte. Ad multam alludẽtes pecorum, & armentorum copiã, quẹ in montibus eius paſcebatur. Gen. 49

7 *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabãt cathedram mihi?* Id eſt, Tantam apud meos ciues authoritatem habebam, vt multi meum conſilium quẹrerent, & expectarent, id enim ſignificari puto verbis illis, Parabant cathedram mihi, id enim eorũ eſſe videtur, qui doceri cupiebant. Hanc autem in vulgus auctoritatẽ ſolet multa prudentia cum opibus coniuncta parere.

8 *Videbant me iuuenes, & abſcondebantur,* Hoc erat magnũ eius reuerentiæ, quam ei exhibebant ſignum, iuuenes enim homines graues, quos reuerentur timent, ne que in eorum conſpectu eſſe audent, quòd à luſibus, quos ipſi amant, valdè alieni ſint. [*& ſenes aſſurgentes aſta-*

ſtabant. Hoc erat etiam reuerentiæ, & honoris quem ei deferebant indicium. Noſtra quoque ætate aſſurgimus, vt alicui honorem tribuamus.

9 *Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo.*

10 *Vocem ſuam cohibebant duces, & lingua eorũ gutturi ſuo adhærebat.* Iob ſententiam expectantes: quo ſatis apertè declarabant, quantũ apud ſe ponderis haberet. Et quá probata ſibi Iob eſſet prudentia.

11 *Auris audiens beatificabat me,* Audiẽs ſcilicet me de quacunque re verba facientẽ [*Et oculus videns teſtimonium reddebat mihi.*] Æqui ſcilicet, & prudẽtis hominis, quod teſtimonium, vel voce, vel corporis aliquo ſigno dari poterat. Corporis ſignum intellexerunt Græci ita conuertentes ὀφθαλμὸς δέ μ' ἴδων μετέκλινεν. Oculus vidẽs me declinabat, de via ſcilicet honorem habens.

12 *Eo quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor.* Narrat quibus officijs in tantam gloriam aſcendiſſet. Miſericordia primùm, quæ Deo in principibus gratiſsima eſt, qua commotus pauperibus, pupillis, ijs denique, qui humanis præſidijs erant deſtituti, oppreſsis auxilium afferebat. Vel ſi magiſtratum gerebat, erat id iuſtitiæ munus, id quod Deus per Eſaiam ſummo iure requirit dicens, Diſcite benefacere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam.

13 *Benedictio perituri ſuper me venebat,* Ideſt, periturus mihi felicitatẽ precabatur. Periret enim, niſi ego ei adiumẽtum importarem. [*cor viduæ conſolatus ſum.* In Hebræo eſt אַרְנֵן armen canere faciebã, quod poteſt intelligi ei

læti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lætitiam,& consolationē afferens. Sicut intellexit hoc modo conuertens vulgatus. Vel e m canere f ci meas laudes, bona mihi precantem. Hoc modo Graeci intellexerunt, nam transferunt στόμα δ χήρας μετ ἐυλόγησε os viduæ benedixit mihi. Conçretque cum prima versus parte, Benedictio perituri, &c.

14 *Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimēto, & diademate, iudicio meo.* Id est, iustitiā maxime amplexꝰ sum, vt ab ea digitum nusquām. Quo dicēdi modo vsus est Esaias, Erit iustitia cingulum lumborum eius. *Esai. 11.*

15 *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Id est erga miseros & afflictos benignus & beneficus eram vniuscuiusque necessitati inseruiēs. Vt sit species pro genere, vt ilatim declarat.

1 *Pater eram pauperum.* Hoc illud est, quod Paulus præstare monet, dicens, Necessitatibus sanctorum cōmunicantes. [*Et causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam.* Eius id est, qui nulli iniuriam facere, sed iustum iudiciū reddere cupit, Ex quo intelligitur Iob magistratum iniisse. *Rom. 12.*

17 *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Alludit ad modum bestiæ sanguinariæ, ex rapto viuentis, quæ dentibus lacerat prædam, vt hominem significet in alios iniurioſum, qui fortunas diripit alienas, vel famam lædit, vel quoquo modo alium vexat: quibus infestum se fuisse dicit, vt pauperibus, & infirmis opem ferret. Quaratione loquendi Dauid etiam vsus fuit, Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti. Quod maximè decet potentes homines eos præsertim, qui in magistratu sunt. Quod per Dauidē, Deus fieri præcipit

Maxime decet principes pauperes ab iniuriosis defendere. *Psalm. 3.* *psalm. 81.*

cipit, Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

18 *Dicebāque in nidulo meo moriar.* Id est, in patria & domo mea fortunis, & liberis meis fruēs. Poterat sibi id polliceri. Id enim præmij Deus promittit ijs, qui suam legem seruauerint, Comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris. Dormietis, & nō erit, qui exterreat, auferam malas bestias, gladius non transibit terminos vestros. Sequitur autē. [*Et sicut palma multiplicabo dies.* Id etiā Deꝰ bonis viris promittit, Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Et huic Iobi spei Deus cumulatissimè respōdit. Nam in fine libri diu Iob vixisse multis copijs, & facultatibus abundans narratur. Deus enim, vt virtutem bonorum virorum tentet, non vt perdat, eos nonnunquàm magnis incommodis afficit. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, Deus per Esaiā loquitur. *Leuit. 26.* *Leuit. 18.* *Esai. 54.*

Deus bonorum virtutem tentare non eos perdere vult.

19 *Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.* Docet cur à Deo tranquillam vitam speraret, id que exponit ex translatione arboris, secundum aquas plantatæ, quæ ab illis irrigatæ diutius amenitatem, & vbertatem conseruat. Quibus arboribus confert Dauid eos, qui Dei sibi gratiā conciliarunt dicens, Et erit tanquàm lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quòd messonem dicit, in Hebræo est נזיר nazir messem, & ramum significans. Messem hoc loco non solum vulgatus interpres, sed etiam Græci, & Chaldæus

conuertũt. Sed quidam ramum interpretãtur, & aptè sic metaphoram positam persequitur. Nam ramos arboris secus aquas plantatæ multum roris habere necesse est ex vaporibus aquarum coacti. Cùm ergo radices aquis, rami rore assiduè recreentur, nõ potest nõ semper amena, & lęta esse, vt meritò viri boni eius similes esse dicantur.

20 *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.* Id est, gloria semper auctoritate, & potentia valebo. Quod eadè de causa sibi polliceri poterat. Nã viris bonis id pollicetur Deus, Cornu eius exaltabitur in gloria. Repetit deinde quantã apud ciues suos auctoritatem obtinuisset, quantique sua sermonis, & consilij prudentia fieret, dicens. Psal. 112.

21 *Qui me audiebant expectabant sententiam, & intẽti tacebãt ad consilium meum.*

22 *Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.* Hæc vltima verba quidã exponunt, Quę dicerem alter alteri renunciabat. Sed longè melius est, vt exponamus gratissimo, & attẽtissimo animo verba mea accipiebant. ita enim vertit Chaldeus, & eis תשפר tispar pulcer erat sermo meus. Et Græci μετὰ χαρᾶς δὲ ἐγίνοντο ὁῶσιν αὐτοῖς ἐλάλουν læti erant cũ loquebar illis. Cohæretque maxime cum eo, quod sequitur, quo videtur exponere, quam grata fuisset eis eius oratio.

23 *Expectabant me, sicut pluuiam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrẽ serotinum.* Id est, mea auctoritas, & de quacunque re sententia tam grata erat eis, vt illam eo studio expectarent, quo ager pluuiam autumno, vel vere expectare videtur. Vt enim ager tunc pluuiam expectat, vt

ctat, vt fruges producat, ita ipsi vt sententiam ferrent, quid sibi facto esset opus.

24 *Si quando videbam ad eos, non credebant.* Id est, tanta mea erat grauitas apud eos, vt si quando indulgenter, & cum risu loquerer cum illis, adhuc se risui, & indulgentiæ meæ non crederent, sed timebant, & reuerentiam seruabant. [*Et lux vultus mei non cadebat in terram.* Clarius in Hebræo, Lucem vultus mei non abijciebant, id est, Me ridentem aut hilari, & læto vultu nunquàm contemnebant. Quemadmodum Michol cõtempsit Dauidem saltantem ante arcam. Estque maximæ quidem prudentiæ in risu, & ioco ita grauitatem tenere, vt nihilominus ei reuerentia exhibeatur.

25 *Si voluissem ire ad eos sedebam primus, cumque sederem quasi rex circunstante exercitu,* Itaque non tantum in optimatibus numerabatur, sed omnes etiam ei primas deferebant. Ex quo intelligitur quantam possint ij, quibus amplæ copiæ suppetunt, auctoritatem, grauitatem & gratiam in vulgus sibi acquirere, si viram cum virtute colant. [*Eram tamen mœrentium consolator.*] Id est, grauitas & auctoritas mea non erat difficilis atque morosa, sed cum humanitate & comitate coniuncta: magnam enim merentes consolationem ex me accipiebant. Cuiusmodi Christi grauitas in Euangelio fuisse describitur, dum cum publicanis, & peccatoribus manducasse narratur: & pueros ad eum accedere non veritos fuisse. Sed in Hebræo eadem comparationis nota ponitur, quæ in superiori versus parte, cùm dicit, [*Quasi rex &c.*, Itaque id ita ad verbũ in Hebræo est, Sedebã, Quasi rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

in exercitu,& quasi qui lugentes consolatur. Et cum hac simili rudinis nota Græci,& Chaldæus cõuertunt. Quare ita quidam intelligendum existimant. Cũ apud illos sederem,ita ab ore meo pendebant,sicut lugẽtes pendere ab eo solent,qui verbis eos consolatur.

CAPVT. XXX.

A NVnc autem derident me iuniores tempore,quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.

2 Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo,& vita ipsa putabantur indigni.

3 Egestate & fame steriles,qui rodebant in solitudine,squallentes calamitate & miseria.

4 Et mandebant herbas,& arborum cortices,& radix iunipe rum erat cibus eorum.

5 Qui de conuallibus ista rapientes,cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.

6 In desertis habitabant torrentiũ,& in cauernis terræ,vel super glaream.

B 7 Qui inter huiuscemodi lætabantur,& esse sub sentibus delicias computabant.

8 Filij stultorũ & ignobilium,& in terra penitus non parentes.

9 Nunc in eorum canticum versus sum,& factus sum eis in proverbium.

10 Abominantur me,& longè fugiunt à me,& faciem meã,conspuere non verentur.

11 Pharetram enim suam aperuit,& afflixit me,& frenum posuit in os meum.

12 Ad dexteram orientis calamitatis meæ ilico surrexerunt:pedes meos subuerterunt,& oppresserũt quasi fluctibus semitis suis.

13 Dissi-

13 Dissipauerunt itinera mea,insidiati sunt mihi:et prævaluerũt, & non fuit qui ferret auxilium.

14 Quasi rupto muro,& aperta ianua irruerunt super me, & C ad meas miserias deoluti sunt.

15 Redactus sum in nihilum,abstulit quasi vẽtus desideriũ meũ: & velut nubes pertransijt salus mea.

16 Nunc autẽ in memetipso marcescit anima mea,& possidẽt me dies afflictionis.

17 Nocte os meũ perforatur doloribus: & qui me comedunt, nõ dormiunt.

18 In multitudine eorũ consumitur vestimentũ meũ,& quasi capitio tunicæ succinxerunt me.

19 Cõparatus sum luto,& assimilatus sum fauillæ & cineri.

20 Clamo ad te,& non exaudis me:sto,& non respicis me.

21 Mutatus es mihi in crudelẽ,& in duritia manus tuæ aduersaris mihi.

22 Eleuasti me,& quasi super ventũ ponens elisisti me validè. D

23 Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.

24 Veruntamen non ad consumptionẽ meã emittis manũ tuã: & si corruerint,ipse saluabis.

25 Flebã quondã super eo,qui afflictus erat,& cõpatiebatur anima mea pauperi.

26 Expectabam bona,& venerunt mihi mala: præstolabar lucẽ, & eruperunt tenebræ.

27 Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.

28 Mœrens incedebã,sine furore,consurgens,in turba clamaui.

29 Frater fui draconũ, & socius struthionũ.

30 Cutis mea denigrata est super me,et ossa mea aruerunt præ caumate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.*

NVnc autem deriden me iuniores tempore, quorum nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Superiori capite prosperam suam fortunam enarrauit. Hoc vero capite narrat aduersam. Ex quo intelligi licet, quàm misera sit vitæ nostræ ratio, quæ tam grauem in breui, & tam celerem commutationem accipiat. Quis enim opibus confidat, quæ tam facilè dissipantur? quis amicis, qui opibus dissipatis minimùm deferunt, & nonnũquàm contrarij fiunt. Sed quam misera fuerit Iobi commutatio videre licet. Cùm diues esset, senes assurgentes stabant, principes cessabant loqui, &c. Fortunis amissis vel à vilissimis, & abiectissimis hominibus cõtẽnitur, qui ei valdè molesti fuisse, & vehementer stomachum mouisse videntur. Nam eorum vilitatem multis exequitur. Ob eamque rem quidam dixit.

ἂκ ἐστι πενίας ἄδικον ἀθλιώτερον
ἐν τῷ βίῳ συμπτῶμα καὶ γὰρ φύσει,
σπουδαῖος ὢν, πένης δὲ καταγέλαστος.

Non est paupertate miserior vllus in vita casus. Quãuis enim natura studiosus & bonus fueris, sed pauper ludibrio haberis. Quòd dicit. [*Non dignabar ponere cũ canibus gregis mei.*] Variè exponitur. Quidã, Canes meos curandos non committerem. Alij, Vt vna cum canibus meis domum custodirent. Sed planius est, si exponamus, Viliores mihi erãt canibus meis. Cuius rei rationem exponit dicens.

2 Quo-

2 *Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni.* Id est, erant prorsus in vtiles, sic vt frustra viuere viderentur, erant denique, vt quidam dixit, Terræ inutile põdus. Nam cunctis animalibus vita data est propter quasdam vel vtiles, vel honestas actiones, quas quod non præstiterit, meritò indignum habetur vitæ. Sicut acutè quidam de sue dixit, Vitam ei esse datam pro sale. Primam versus partem eodem modo transfert Chaldæus, eandemque Græci habent sententiam, qui verbum de verbo Hebræa transtulerunt.

[*Sed illud & vita putabãtur indigni.* Per paraphrasin à vulgato redditum fuisse videtur, nam ita ad verbum est, in Hebræo, Super ipsos perijt senium, & ita vertit Chaldæus, Græci verò ἐπ' αὐτὰς ἀπόλετο συντέλεια super ipsos perijt maturitas. Senium maturitatem vocasse videntur. Eandemque sententiam, quam vulgatus reddit, hæc verba habere puto, id est, Inutiliter frustraque ætatem exigerunt. Quã viles & miseri fuerint, exponit deinde, dicens.

3 *Egestate & fame steriles.* In Hebræo est גַּלְמוּד galmud solitarius. Potestque vel deliberis intelligi, vt ab omnibus classicis interpretibus intelligitur. Nam vulgatus steriles vertit. Græci ἄγονες. Chaldæus לית ולא ve lo velad sine filijs. Ab alijs de humano consortio intelligitur. Hoc est, humanum fugiebant cõsortium, in lucem venire timentes. [*Qui vodebant in solitudine.*] Simile hoc est eius, quod sequenti versu dicitur, & mandebant herbas, & arborum cortices. Sed in Hebræo est עקרים hocrim, quod non satis cognitæ significationis esse videtur, rarò enim in libris sacris reperitur. Græci, & Chaldæus, & He-

bræi Fugientes in ſiccitatem conuertunt. Eadem tamen videtur eſſe ſententia, nam ſi fugiebant in ſiccitatem, id eſt, ſolitudinem, erant ibi veſcentes ijs rebus, quæ in ſolitudine ſunt, herbis, radicib⁹ vel corticibus. [*Squalentes.*] Hebraicè eſt אמש emes, quod heſternam noctem proprie Hebræis ſignificat, & propterea Græci cõuerte ũt ἐχθὲς her', Chaldæus חשרך כרכשתא haſoch beramſa tenebroſam veſperi. Idem verò Latinis eſt verſari in tenebris, & in ſqualore, & hac de cauſa vulgatus conuertiſſe videtur. [*Squallentes calamitate, & miſeria.*

4 *Et mandebant herbas, & arborum cortices.* Genus pro ſpecie poſuit, herbas vertens, nam in Hebræo eſt מלוח maluah, quod maluam quidam vertunt. Græce ἄλιμα herba quædam famem arcens. Sed eſt ad verbum in Hebræo ſuccidẽtes maluam iuxta arbuſtũ. Græci verterunt οἱ περικλάνντες ἄλιμα ἐπὶ ἠχούντι frangentes alima iuxta reſonantem, quoniam eſt in Hebræo שרח ſiah, quod Hebræis eſt arbuſtum, ſi verò radix eius ſit שוח ſuah, quod eſt loqui, murmurare, verti eo modo poteſt, quo vertunt Septuaginta, ad murmur alludentes arbuſtorum, cùm â ventis mouentur. Vulgatus autem intellexit, Mandebant, quod eſt ſuper arbuſta, id eſt, Cortices arbuſtorum, & propterea cortices arborum conuertit. [*Et radix iuniperorum erat cibus eorum.* Ita eſt etiam in Hebræo, ſed Græci pro radice iuniperorum ἄλιμα herbã illam, quæ famem tollere dicitur, tranſtulerunt.

5 *Qui de conuallibus iſta rapientes, cùm ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant.* Id eſt, tanta fame premebantur, vt ſi iſta, radices ſcilicet, iuniperorum, aut maluas in con-

conuallibus reperiſſent, ita lætabantur vociferantes, tanquam ſi rem precioſam reperiſſent, ad ea cõuellenda currebant. Hebræa tamen ita verbum de verbo vertemus, E medio expellabantur, clamabant in eos ſicut fur. Id eſt, Adeò abiecti & famelici erãt, vt vnuſquiſq; ſibi ab illis timeret, ne bona eius furaretur. Ita em vſu euenire ſolet, vt homines nimis egeni atque famelici in huiuſmodi metu ponãtur. Ex quo fiebat, inquit, vt ex media vel vrbe, vel republica tanquam fures ejicerẽtur, omnibus, Cauete cauete furem, clamãtibus. Sed גד geu, quod medium eſt Hebræis ſi pro ו vau ſit, י iod, vt facilè eſſe poteſt, cùm literæ valde ſimiles ſint, vt pluribus locis commemorauimus, vallem ſignificat. גרש garas ambiguum eſt, Hebræis expellere, vulgato rapere ſignificauit. Illud [*Singula cum reperiſſent,*] per paraphraſin addi potuit. Reliqua, [*ad ea cum clamore currebant,*] in Hebræo ſunt. Idẽ enim eſt, quod illud, Clamabant ad ea, ſicut fur. Ita enim extremum verſus conuerti poteſt. Id eſt, clamabant auiditate conuellendi illa, ſicut clamatur cupiditate comprehendendi furis. Græci verò longè liberiori paraphraſi vſi ſunt, ita enim conuertunt ἄτιμοι δὲ καὶ πεφυλιαμένοι ἐνδεὲς παντὸς ἀγαθοῦ καὶ οἱ ῥίζας ξύλων ἐμασῶντο ὕπο λιμοῦ μεγάλου ἐπανέστησαν μοι κλέπται viles, & futiles, & omni bono vacantes, qui radices arborum mandebant præ magna fame, fures inſurrexerunt in me. Sequitur autem.

6 *In deſertis habitabãt torrẽtiũ.* vel vt eſt in Hebræo בערוץ baharuz, In cauernis torrẽtiũ habitabãt, vrbib⁹ enim excluſi ibi latebant. Septuaginta etiã τραγλαι foramina

Universidad de Deusto
Biblioteca

na petrarum conuertunt. [*Et in cauernis terræ, vel super glaream.* Glarea est terra lapidosa, qualis in fluuiorum ripis, vel maris litoribus esse solet. Potest etiam ex Hebræo conuerti, In cauernis terræ vel petrarum.

7 *Qui inter huiusce modi lætabantur.* Tanta eorum erat penuria, vt recte cum illis agi, si huiusmodi loca inuenirent, putarent. Hebræa sic ad verbum se habent, Inter arbusta clamabunt, quod potest intelligi, vel præ lætitia, quòd illa loca essent consecuti, vt intelligit vulgatus, vel præ mœrore, quòd fame cõfecti alium locum, vbi acquiescerent, reperire non possent. Græci transferunt ἀνὰ μέσον εὐνάχων ἐοίκασιν in medio benesonãtiũ clamabunt. Diximus versu. 4. cur שיח siah, sonãtem Græci transferant. [*Et esse sub sentibus delicias computabant.*] Potest etiam verti, Sub sentibus congregabantur.

8 *Filij stultorũ & ignobilium, & in terra penitus non parentes.* Id est homines obscuri, qui cætui se hominum ostendere non audebant. Potest illud. [*In terra penitus non parentes.*] Ita verti, Abiectiores sunt terra ipsa.

9 *Nunc in eorum canticum versus sum.* Id est, de calamitate, & miseria mea carmina componunt. Sicut etiam dixit Dauid, In me psallebant, qui bibebant vinũ, Et Hieremias, Factus sum canticũ eorum tota die. [*Et factus sum eis in prouerbium.*] Id est, mecum homines calamitosos conferunt, dicentes Iob calamitosior. Potest etiã verti, Sermo sum eis, id est, De me loquũtur. Sicut etiã dicebat Dauid, Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta. Vtraq; versio simul ponitur in regibus. Erit Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis.

Psal. 68.
Hiere. 3.
Psal. 68.
3. Reg. 9.

10 *Abo*

10 *Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meã, conspuere non verentur.* Quod facinus per se declarabat abiectissimorum esse, & vilissimorum hominum. Sed ecce quàm leuis, & falsa sit gloria popularis, quàm facilè extinguatur, & deprimatur: hoc sibi accidisse dicit, is, qui narrauerat antè, Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi. Dicebamque, Gloria mea semper innouabitur, &c. Sequitur autem.

11 *Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me.* Sagittis, scilicet suis, ita enim vocat calamitates suas. Sicut Hieremias, dicebat, Misit in renibꝰ meis filias pharetræ suę. *Thren. 3.* Pharetram suam etiam Græci conuertunt. In Hebræo tamen est יתרו iteri funem meum, potest autem intelligi, vt funem vocet Pharetræ chordam. Sed cur meũ dicat, cùm suum conuertant Græci atque vulgatus. Sæpe causam exposuimus, quod ו quod est suum, &. ו. quod est meum sunt literæ valde similis. Sed alio modo totus locus exponendus est, vt Chaldæus, & Hebræi exponunt, si meum legamus, Funem meum, vel vinculum meum, vt interpretatur Chaldæus dissoluit. Id est, vinculum, quo ego hominum iniurias cohibebam, & vilium ac perditorum hominum impetus, & audaciã reprimebã. Quod vel timorẽ, vel reuerentiã, quam ei exhibebant, esse intelligi potest. [*Frenum posuit in os meum.*] Quo, me scilicet cõstringit, ne tot iniurias propulsare possim. Quod erat calamitas, & miseria magna in qua versabatur. In Hebræo verò verbũ de verbo est, Frenum à facie mea emiserũt, & ita vertunt Septuaginta, nisi quod singulari numero, Emisit, dicunt. Quare frenũ esse intelligi potest, vel timorẽ, vel reuerentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentiã, vt de fune diximus. Chaldæus tamẽ דרכנתה dõ mema silentium interpretatus est. Quoniam versu no no dixit, Nunc in eorum canticum versus sum, factus sum eis in prouerbium.

12 *Ad dexteram orientis calamitatis meæ ilico surrexerunt*: Id est, simul atque me in tot incommoda incidisse viderunt, in me inuecti sunt. Sed quod [*Orientis*] conuertit in Hebræo est פרחה pirhah, quod nomen hoc tãtùm loco reperitur: quare non satis compertum est, quid significet. Eius radix פרה parah esse creditur, quod est germinare, oriri, florere, & idcircò orietis vulgatus vertit. Græci βλαστὸν germinis. Hebræi pueros paruulosq; significare putant, quòd sint tanquàm flores ætatis humanæ. Quidam Hebræus compositum esse ducit, tanquàm si fuisset פרח הוח perah hoah flos spinæ. Quo hominum naturam notat, qui leues sunt, facileq; mutantur, & ex amicis inimici fiunt. Ex hac ergo sententia, ita hunc locum explicabimus, Ad dexteram vnusquisque iuuenum surrexit. Ita enim vsu venire experimur, vt homines miseri pueris, & iuuenibus ludibrio sint. Chaldæus trãsfert בחצפא בנידהון behuzpa bene hõ, inpudẽtia filiorũ eorũ. Qua versione verã rei historiã tetigisse videtur. Vt iuuenes, & pueri isti filij eorũ fuerint, quos abiectissimos, & perditissimos fuisse narrauit, de quibus dixerat, Nunc derident me iuniores tempore, quorum nõ dignabar patres ponere cũ canibus gregis mei. Et versu. 8. Filij stultorum & ignobiliũ, &c. Narrat deinde quibus eũ cõrumelijs vexarint, & ignominijs appetierint iuuenes, & pueri isti.

[*Pedes meos subuerterunt.*] Id est, impulerunt, vt est in Hebræo, quòme de gradu in terram deijcerent.

Septua-

Septuaginta. ו. pro. ד. legerunt, vt sæpe, & aptam versionem fecerunt ὠθίσας αὐτὸ ἐξέτριψεν pedes suos extẽdit, vt in eos scilicet incurrerem, & caderem, Hispanè est *Dar traspie*. [*Et oppreßerunt quasi fluctibus semitis suis.*] Clarius in Hebræo, Calcauerunt super meas exitij sui. Quẽ Hebraismũ, ita Latinè interpretabimur, modis & vijs omnibus, quibus possunt mihi, dedecori, & exitio fuerunt.

13 *Dissipauerunt itinera mea insidiati sunt mihi*, Id est, ne effugere possint, aut vllo modo damna, quæ mihi afferũt, vitare, id enim hac ratione dicẽdi significari puto. Qua in hanc sententiam vsus est Hieremias, Cõclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit, vel quia insidias ei in itineribus struebant, ne sine damno pertrãsiret. Cuius expositionis causa addit vulgatus. *Treu. 3.*

[*Insidiati sunt mihi, & præualuerũt.*] Planius in Hebræo, In pernicie mea profecerunt, id est, Ea mihi damna, & detrimenta important, quæ cogitant, & optant, nullá eorum iniuriam propulsare possum. Id quod alia phrasi declarauit Dauid, Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Id autem Græci prætermisserunt, & eius loco posuerunt ἐξέλυσε γοῦν μου τὴν στολὴν exuit stolam meam. Id est me Deus gloria, & amplitudine mea priuauit. Ex quo fit, vt me nihil reuereãtur. *Psal. 88.*

[*Nõ fuit, qui ferret auxiliũ.*] Cui ferẽdũ vulgatus non explicauit, explicatur autẽ in Hebræo לא עזר lamo eis. Id est, cùm miseri (sicut antea dixerat) viribus, & auxilio carẽtes sint hostes mei, tamen me fortiores & valentiores sunt. Quod miserabile quidẽ est. Huius loco Græci scripserũt βέλεσιν αὐτὸς κατηκόντισε μου tela sua cõiecit in me. Simile eius, quod dixerat antè

Universidad de Deusto
Biblioteca

tè ex versione etiam Græcorum, Pharetram suam aperuit & afflixit me.

14 *Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerũt super me.* Id est, quemadmodum muris dirutis portisque patẽtibus vrbis nihil est, quod impediat, quominus hostes irrũpãt: ita ego nihil habeo, quod hostibus meis opponã, quò me ab illorum iniurijs defendam. In Hebræo ad verbum est, Sicut irruptio magna venerũt, quod illa paraphrasi vulgatus interpretatꝰ est. Græci alia κέχρηταί δέ μοι ὡς βούλεται vsus est me, quo pacto vult. Id est, nihil habeo, quo eius libidini obsistam. [*Et ad meas miserias deuoluti sunt.* Hebraicè in eandẽ sentẽtiam, Pro desolatione inuoluti sunt, id est, Vt me perderẽt, quasi globo facto in me irruerunt. Actio perditorum hominum in Iob his duobus modis explicatur, passionem tamen eius explicuerunt Græci dicẽtes ἐν ὀδύναις πέφυρμαι in doloribus conuolutus sum.

15 *Redactus sum in nihilum.* Id est, nullum mihi reliquũ est consilium, quod in tantis malis suscipiam, nulla salutis spes, qua nitar. Eodem modo Dauid locutus est, Inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nescíui. Hebraicè tamen ad verbum est, Cõuersi sunt terrores in me. Græcè ἀπεστράφησάν μοι αἱ ὀδύναι conuertuntur dolores mei. Quibus ita conturbor, vt consilij mentisque sim impos. [*Abstulit quasi vẽtus desideriũ meũ.*] Non dubito, quin huius verbi suppositum Deus sit, non hostis, vt nonnulli putant. Vt declaret hostes, & aduersarios suos sua quidem culpa, Dei tamen voluntate tam fuisse in eum acerbos. Sicut Christus Pilato dixit. Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum esset

Psal. 72.

esset desuper. Et hac de causa factum esse puto, quod maximè notandum est, vt Septuaginti viri à versu duodecimo non verba posuerint pluralia, vt Hebræi atq; vulgatus: sed singularia, Deumque illorum suppositũ esse voluerunt, scripturæ morem seruantes, qua cùm pericula, & grauissima discrimina perditorum hominum scelere viris sanctis conflata narrantur, ipsi non tam de hostibus suis, quàm de Deo queruntur, in eum quæ causam cõferunt calamitatum suarum. Tãta enim est eorum animi magnitudo, vt hostes suos, vel potentissimos contemnant, neque aduersarium vllum præter Deum timeãt. Quo non mediocriter eorum angustiæ, & dolores leuantur. In Hebræo est secunda persona, Abstulisti, futurum pro præterito, & ita habent multa exempla vulgatæ editionis, quod maiorem coniecturã affert Deum esse suppositũ. Quod Desiderium dicit, Hebraicè ad verbum est, Spontanea, vel voluntaria mea, Græci conuertunt ἔλπις spes. Significat opes, & fortunas suas, quæ spõranea fortè vocauit, quòd viris bonis non debeãtur, sicut æterna bona, sed Dei voluntate & liberalitate, cũ placuerit ei, tribuãtur. Vnde מנחת נדבה miçat nedaba spontanea oblatio ab Hebræis vocatur, quæ neq; voto, neq; alia lege debetur, sed gratis, & spõte datur. Eadem vulgatus desiderium vocauit, quia desiderantur, & iucunda sunt. Græci spẽ. quia nonnullam suppeditant subsidij spem. Desiderium igitur suum, velut ventus Deus abstulit, id est, citò, & vi magna: sicut illa, quæ sæuo aliquo turbine, & subita tempestate peruertuntur. [*Et velut nubes pertransijt salus mea.*] Id est, breui citòque cũ ista bona mea amisi. Sicut dixit Oseas, Idcirco erunt quasi

Ose. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi nubes matutina,& sicut ros matutinus preteriẽs sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario.

16 *Nunc autem in me metipso marcescit anima mea.* Id est disrũpor dolore,vt ex Hebraismo intelligitur,qui ad verbũ sic habet. Nũc se fundit super me anima mea, qua dicẽdi ratione vehemẽtissimus angor indicatur. Quã planius vsurpauit Dauid,Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. *Psal.21.*

17 *Possident me dies afflictionis.* Id est,in tempus miserrimum,& acerbissimum cecidi. [*Nocte os meum perforatur doloribus.*] Id est maximis conficior doloribus. De huiusmodi enim doloribus Hebræi dicunt, quòd ossa conterant,conturbẽt,dispergãt. Vt Dauid, Dispersa sunt omnia ossa mea. Et Ezechias,Quasi leo sic contriuit, omnia ossa mea. [*Et qui me comedunt non dormiunt.*] Vermes intelligere videtur. In Hebræo est עורקי horcai. Cuius significatio nõ satis est explorata Hebræis. Vulgatus ita vertens Chaldęum secutus fuisse videtur,qui מעסי mehaçan lacerãtes me transfert. Septuaginta verõ νεῦρα nerui mei dissoluti sunt. Quidam Hebræi arterias,vel pulsus significare putant,& ita interpretantur,Pulsus mei tota nocte non quiescunt,vt innuat vehementi se febri iactari. Est enim grauis morbi signũ auctore hyppocrate,cùm nihil dormiẽtes ægri leuantur. Quidam Hebręus neruos esse interpretatur flagella,quibus eum vel de nocte hostium suorum fex eedebat:quod mihi non probatur. *Psal. 21.* *Esai.38.*

18 *In multitudine eorum consumitur vestimentũ meũ.* Vestimentum suum poetica metaphora,vel pellem, vel carnem

nem suam vocare videtur,quæ vermium multitudine consumebatur. In Hebræo ad verbum est,In multa vi mutatur vestimentum meum,id est, Morbi magna vi vestimẽtum meum immutatur,ita vt non pelle, carne que,sicut antea,sed vlcere,& sanie tegi videar. [*Et quasi capitio tunicæ succinxerũt me,*] Clarius in Hebræo,Sicut os tunicę meę. Os tunicę vocare videtur foramẽ eius, quod collũ cingit. Sicut igitur tunica collum cingẽs totum deinde ad pedes vsque corpus amplectitur. Ita ego saniẽ,& tabo totus contaminatus sum. Illud vlcus perstringens,de quo in secundo capite dicitur,Percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis,vsque aduerticem eius. Quia ergo vlcus eius totum corpus peruaserat eo,sicut capitio tunicæ totã succinctus esse dicit. *Iob.1.*

19 *Comparatus sum luto.* Eodẽ fere modo Græci,& Chaldęus transferunt. Potest tamen etiam conuerti,Proiecit me in lutum. [*Assimilatus sum fœnillæ & cineri.*] Hęc dicit propterea,quod in sterquilinio, cinere ve iacebat, tũ propter vlcerum suorũ furfures,& porriginẽ.

20 *Clamabo,& non exaudies.* Postquam tot incommoda, & detrimenta sua narrauit,ad Deum conuertitur,cum eo loquitur,quem amat,inquo sperat,& quem in primis tantæ iacturæ auctorem esse dicit. Et ad suas incredibiles ægritudines id cumuli accedere dicit, quòd Deum suum imploret,& non exaudiat, neque in votis,& precibus suis occurrat. Quo nihil grauius,nihil acerbius viro sancto est,cùm totam spem subsidij sui in Deo posuerit. Quod incommodum populo suo accidisse lamentatur Hieremias dicens,Oppositi nubem tibi,ne transeat oratio. [*Sto,& respicis me.*] In multis alijs exemplis vulgatæ æditionis est, & non respi- *Thren.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis me. In multis alijs exemplis vulgatæ æditionis est, & non respicis me. Quam lectionem ego magis probo, quam hęc quæ est in Biblia Regia. Nam licet in Hebræo non sit negatio, superioris tamē membri negatio, vt Hebræis sæpe vsu euenire solet efficit & sequēs mēbrum, id quod Latina dicēdi ratio nō patitur: Quare rectius negationē apponi existimo, quòd si nō apponatur intelligendā esse. Quod autem dicit, [*Sto,*] seruientis, & obtemperantis est, sicut famuli stant in

1. *Reg.* 16. conspectu Domini Sicut dicitur in primo regum, Mi stat Saul ad Esai dicens, Stet Dauid in cōspectu meo, id est, Seruiat mihi. Hoc ergo vno verbo magnum eximiæ virtutis specimen declaratur. Cùm tot malis affectus, tanto dolore perculsus eius non frangeretur animus, sed staret, in Deo speraret, & ab officio non decederet. Id Paulus præcipit calamitosis hominibus, Co-

Ab officio in calamitate non decedendum

1 *Corin.* 16 rinthijs scribens, State in fide, viriliter agite, & confortamini. Quod ait, [*respicis me,*] Dixi intelligendum esse, & non respicis me, vt Hebraismo negationis vis pertineat non ad primum, sed ad secundum huius mēbri verbum, vt sit ile primi sit, id est, Nō ades neque

Psal. 2. faues mihi: Dauid etiam in magnum adductus discrimen quòd illum Deus non respiceret, opinabatur, cū ita precabat. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. Septuaginta tamen non negationem, sed affirmationem esse hanc enunciationem voluerunt, veruntamen non de Deo, sed de hostibus Iob dici voluerunt, numero illam plurali ita vertentes ἔστησαν καὶ κατενόησαν μοι steterunt, & considerauerunt me, id est, Steterunt aduersum me, lætique meas

ęrumnas considerabant. Ita etiam suas calamitates narrans locutus est Dauid, Amici mei & proximi mei aduersum me apprepinquauerunt, & steterūt. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. *Psalm.* 37

21 *Mutatus est mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.* Cùm me tot, & tam varijs modis vno eodemque tempore affligis. Dici verò non potest, quantus męror veniat ad bonos viros, cùm ita sibi immutatum sentiunt eum, in cuius misericordia atque clementia singulare sibi constitutum esse præsidium sperabant. Hanc tristissimam bonis viris Dei immutationem alijs etiam verbis eloquebatur Dauid, Vsquequo Domine auertis in finem, exardescet, sicut ignis ira tua? memorare, quæ mea sub- *Psalm.* 88. stantia. Vt tanto scilicet furori, & grauissimę immutationi, quam multis illo psalmo exponit, resistam.

22 *Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè*, Id est, me malè perdidisti, valdè afflixisti. Alludit ad rationem agendi eius, qui aliquid magna vi terrę allidit, qui primum eleuat illud. Eadem ratione Dauid, de suis calamitatibus locutus est, A facie iręę *Psal.* 101. indignationis tuę, quia eleuans allisisti me.

23 *Scio quia morti trades me*, Id est, postquàm metā acerbè exercueris, tādem morte mulctabis. Diximus sępe desperasse Iob salutem recuperaturum, [*Vbi constituta est domus omni viuenti,*] Sepulchri poetica descri-

ptio est. Et ita Chaldeus domum קברתא cheburta sepulchri interpretatur.

24. *Verumtamen non ad consumptionẽ meam extẽdes manum tuã: et si corruerint ipse saluabis.* Locus est difficilis, vt ex varijs eius versionibus cognoscitur, Hebræa sic ad verbum habent. Attamen non in tumulum, [vel in desolationem] mittet manũ, licèt in afflictione sua eis clamor. Quibus verbis mihi tangere videtur, eam causam, quã sæpe superioribus capitibus commemorauit. Vt Dei in se clemẽtiam, & misericordiam cõmoueret. Quòd si semèl è vita discederet, nihil amplius in eum clemẽs, & benignus esse posset, In hanc rationem cap. 7. dixit, Parce mihi, nihil enim sunt dies mei. Et rursus, Cur nõ tollis peccatum meũ, & quare nõ auferes iniquitatem meam, ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam. Et cap. 10. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui, dimitte ergo me, vt plãgam paululum dolorem meum, antequã vadam, & non reuertar ad terrã tenebrosam. Eodẽ ergo modo postquam superiori versu dixit, Scio, quòd me tandem morte absumes. Subiungit, Attamẽ non in tumulum mittet manum. Id est, si vita defunctus semel in tumulo iacuero, non extendet manũ, Deus scilicet, vt me adiuuet, vel vt illum benignus beneficium cõferat. Hîc quæ trãslatio à secũda in tertiam personam, frequenter in libris sanctis vsurpata. Nam proximè superiori, & altero versu cum Deo secunda persona lõquebatur. Eadem sententia in versionem cadit vulgati. Vt nomine consumptionem vocet. Nam עי hi, & tumulum, & desolationem Hebræis significat. Quod deinde sequitur in Hebræo, Licèt in afflictione sua eis clamor

mor, id est, Licèt homines auxilium tuum in afflictione sua implorare soleant, in ea tamẽ afflictione, quam affert mors, Deus non fert auxilium: sic vt morte liberet, aut alia vitæ commoda suppeditet. In eandem partem vulgatus accipi potest, cùm transfert, & si corruerint, ipse saluabis. Id est, licèt tu eos qui corruunt, & in calamitates incidunt seruare soleas, tamen eum, qui mortis fuerit calamitate oppressus, ad vitam reuocare non soles. Quòd שוע suah, qđ Hebræis est clamor, Saluabis conuertit vulgatus, ob eam causam esse duco, quòd si ו. in principio sit, salutem significat: quæ cum earum sit literarum, quæ facilè absunt, & adsunt, vel aderat in aliquo codice, vel adesse posse putari potuit. Sed cùm eandem quam Hebræus vulgatus habeat sententiam, quòd verbis differant leue est. Quare non recte quidam hoc loco vulgatũ reprehendit, & eius versionem contemnit, Græci ita traduxerunt ὲ γὼρ ὄφελον ἀνάγκην ἐμαυτὸν διαχειρίσασθαι ἢ ἀνιᾶσθαι με ἐπὶ τούτοις καὶ ποιῆσαι μοι τάδε vtinam possem mihi ipsi opitulari, aut alterum precatus, id mecum ageret. Sententia plana est, & cum contextu cohærés, vt cum à Deo allisum, & morti prope tradi tũ diceret, hac oratione significet nullo modo, nec per se, neq; per aliũ ab eo hæc mala vitari posse. Mittere manũ, quod est in Hebræo Græcis significauit διαχειρίσασθαι opitulari. Eis verò clamor ἀνιᾶσθαι & ad hęc cętera accõmodarũt. Chaldæus lõgè diuersam rationem secutus est, ita enim vertit גרם לא לגרמי דגרך כיתחה אדן כהכמד דעבד עלדחון אספלעי- beram lo legarme igareg mahate in bahatate ísaue haleon açpalhita, verumtamen non ad ossa extendet plagam suam, si in vlcere posuerit super ea emplastrum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

strum,& vt alij clamorem.Sequitur autem.

25 *Flebam quondam super eo, qui afflictus fuerat,& compatiebatur anima mea pauperi.* Qua re significamus charitas erga eum in nobis residere, & dolore nostro, si minus aliare poterimus,dolorem eius leuabimus. Quocirca cum Iudæi Iesum in domo Lazari emortui flentem viderent,dixerunt,Ecce quomodo amabat eũ. Quod autem pauperi compatiamur,ita necessariũ est Christiano viro,vt Ioannes neget fieri posse, vt charitas Dei resideat in eo,qui secus faciat.Qui habuerit substantiam huius mundi,& viderit fratrem suum necessse habere,& clauserit viscera sua ab eo,quomodo charitas Dei manet in eo.

Ioan.11.

1.Ioan.3.

26 *Expectabam bona,& venerunt mihi mala:præstolabar lucẽ, & eruperunt tenebræ.* Lux prosperitatem,tenebræ calamitatẽ significant,ita verò frequentissimè mortalibus vsu venit:multiq; vitã suã producere optãt, vt bona, quæ cupiũt,consequãtur,& è contrario fit,vt in mala veniant grauissima. Expectauimus pacẽ,& nõ erat bonũ,tẽpus medelæ,& ecce formido;Hieremias ait.

Hier.8.

27 *Interiora mea feruerunt,absque vlla requie*, Fortè viscerum dolore etiam excruciabatur, vel phrasis Hebræa est ad intimum,& vehementissimum animi dolorem significandum.Sicut dicebat Hieremias,Defecerunt præ lachrimis oculi mei,conturbata sunt viscera mea:effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei. [*Præuenerunt me dies afflictionis.*] Id est, in id tempus veni,quo vehementer afligor.

Thren.2.

28 *Mœrens incedebam sine furore*, Furor nonnunquãm ex mœrore nascitur, cùm homo eos vlcisci quærit, qui sibi mœrorũ attulerunt,aut cùm mœroris causas à se repellere conatur.Sed cùm Iob (vt diximus) de sua iam salute desperasset:neque multum erat iam de illa solicitus, neque multa in viles hostes suos ira inflammabatur.Cedebat enim tempori, & dabat iniquæ fortunæ manus,id mihi significare videtur,cùm dicit,[*Mœrens incedebam sine furore.*] Quo etiam modo Septuaginta transferunt. Sed in Hebræo est קדר coder,quod pullatum,&nigrum significat.Primam significationem vulgatus, & Græci secuti sunt.Nam veste pulla homines vtuntur,ad tristitiam significandam.Chaldæus tamen, & Hebræi secundam significationem hoc loco amplectuntur, & nigrum interpretantur.Tum quòd furorem transfert,in Hebræo est חמה hama solem, sed vulgatus, & Græci hemairam legisse videntur.Chaldæus,& Hebræi libri, qui nunc circũferũtur,illo modo, & ita ab illis totus hic locus explanatur,Niger incedebam sine sole. Vt præ tristitia,& ægritudine innueret, nõ propter solem aut vllã extraniam causam. Tristitia enim & ægritudo carnes exsiccans marcorem affert,& nigrã reddit cuticulam.Quod luculenter enunciauit Hieremias dicẽs, Cãdidiores Nazaræi eius niue,nitidiores lacte,rubicũdiores ebore antiquo,sapphiro pulchriores.Denigrata est super carbones facies eorũ,& non sunt cogniti in plateis:adhęsit cutis eorũ ossibꝰ,aruit,& facta est,quasi lignũ.Ipse etiã Iob vno tantum versu interiecto idclariꝰ dicit,[*Consurgens in turba clamaui.*] Tãta enim erat mœroris,atque doloris vis,vt sibi ipsi temperare non posset.Quæ res in graui,& cõstãti viro extremæ summæque ægritudinis, & anxietatis erat indicium,tester Hippocrate, & Galeno.

Thren.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 Frater fui draconũ, & socius struthionũ. Id est, flens, & eiulans frequenter dracones, & struthiones sum imitatus, qui cantu queribundo vtuntur.

30 Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt præ caumate. Versu. 28. huius rei causam exposuimus.

31 Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocẽ fletuum. Id est prospera mea fortuna in aduersam cõmutata est.

CAPVT. XXXI.

A PEpigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

2 Quid enim partẽ haberet in me Deus desuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis?

3 Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam.

4 Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?

5 Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus.

6 Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.

7 Si declinauit gressus meus de via, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula.

8 Serã, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.

9 Si deceptũ est cor meũ super muliere, & si ad ostiũ amici mei
B insidiatus sum.

10 Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.

11 Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.

12 Ignis est vsque ad perditionẽ deuorans, & omnia eradicans genimina.

13 Si

13 Si contempsit subire iudiciũ cum seruo meo, & ancilla mea, cũ disceptarent aduersum me.

14 Quid enim faciã cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?

15 Nũquid non in vtero fecit me, qui & illũ operatus est: & formauit me in vulua vnus?

16 Si negaui, quod volebant, pauperibus, et oculos viduæ expectare feci.

17 Si comedi buccellam meam solus, et nõ comedit pupillus ex ea.

18 Quia ab infantia mea creuit mecũ miseratio: et de vtero matris meæ egressa est mecũ.

19 Si despexi pereuntẽ, eo quòd non habuerit indumentũ, et absque operimento pauperem.

20 Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium C
mearũ calefactus est.

21 Si leuaui super pupillũ manum meã, etiã cum videre me in porta superiorem.

22 Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meũ, cum suis ossibus confringatur.

23 Semper enim quasi tumẽtes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

24 Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea.

25 Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea.

26 Si vidi solẽ cum fulgeret, & lunã incedentẽ clarè.

27 Et lætatum est in abscondito cor meũ, & osculatus sum manũ meam ore meo.

28 Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.

29 Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat: & exulta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ũ, quòd inuenisset eum malum.

30 *Non enim dedi ad peccandũ guttur meũ, vt expeterẽ maledicens animã eius.*

31 *Si nõ dixerũt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?*

32 *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.*

33 *Si abscondi quasi homo peccatum meũ, & celaui in sinu meo iniquitatẽ meã.*

34 *Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium.*

35 *Quis mihi tribuat auditorẽ, vt desideriũ meũ audiat Omnipotens: & librũ scribat ipse qui iudicat.*

36 *Vt in humero meo portẽ illũ, & circundem illũ quasi coronã mihi.*

37 *Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum.*

38 *Si aduersum me terra mea clamat, et cum ipsa sulci eius deflent.*

39 *Si fructus eius comedi absque pecunia, et animam agricolarũ eius afflixi.*

40 *Pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.*

Iob pium virum informat.

Epigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarẽ quidem de virgine. Vt in eas calamitates quas superiori capite persecutus est, nõ culpa sua venisse demõstret, hoc capite innocentiam suam, & inculpatã vitã ex partib⁹ officij describit. Quod dũ facit Christianum, & pium virum luculẽter informat.

Ait

Ait ergo statutum habui cum animo meo, ne de virgine cõstrupranda vnquàm cogitaret. Rectissimè à temperantia initium dicendi sumit, quæ in voluptatibus contemnendis versatur, in quibus omnis illecebra, & quasi scabies turpitudinis posita est, & ad quas diuites, & potentes homines omni impetu feruntur.

2 *Quã enim partem haberet in me Deus, & hæreditatẽ omnipotens de excelsis?* Habet partem & hæreditatem Deus in eo, quem amat. Nam ad eum venit, & mãsionem apud eũ facit, vt Christus ait. Et Moyses, pars autẽ Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Contrà verò respuit, & aspernatur eos, quos odit, neque suos dici vult, aut vllam in eis partem habere. Sed in primis homines obsceni, & voluptatibus dediti prę se ferunt indignos se esse, in quib⁹ diuinitas, & sanctitas infinita Dei resideat. Hebræa idem hoc modo dicunt, Quæ pars Dei desuper, & hæreditas omnipotentis de excelsis. Ideſt, quid à Deo expectare debet virginũ constrũ prator: aut quam sibi gratiam Deum relaturum existimat. Hanc sententiam reddiderunt Septuaginta. Idem verò est nullam in me Deum, & me nullam in Deo partem habere. Itaque metu supplicij ab hoc scelere nefario animum abstinebat, vt statim declarat.

Ioan. 14.

Deut. 30.

Amici Dei hæreditas eius sunt.

3 *Nunquid non perditio est iniquo?* Id est, me reprimebam animaduertens exitium hominibus iniquis esse constitutum. Ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, neque potuerunt stare, ait Dauid. Ita Sichen vnius hominis strupro funditus deleta fuit, vt narratur in Genesi. [*Et alle-*

Psal. 35.

Gen. 34.

Psal. 5.

natio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nacio operantibus iniustitiã. Alienatio inquãm à Deo, Sicut dicit Dauid, Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Ita subtiliter vtranque pœnam quam Theologi distingunt damni, & sensus amplectitur. Ex quo intelligitur honestũ esse pœnæ metu à scelere abesse, cõtra q̃ nostri temporis hæretici putãt, vt pluribus nos libro nostro tertio de vera religione exeeuti sumus. Imo prudens esse consilium cum voluptatis illecebra ad facinus impellimur, in pœnæ memoriam redire, vt consideremus leue compendium fraude maxima non esse commutandum.

Honestum est pœna metu a scelere abesse

4 *Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat.* Id est, si facinus fecero nullomodo supplicium subter fugere potero, non enim æquissimũ & potentissimum iudicem latebit, qui vias meas & cũctus gressus meos, id est, quidquid egero, aut cogitauero, numerat, & iusta statera ponderat, vt par referat, vel præmium, vel supplicium. Hoc argumentum, quòd nos, & omnes actiones nostrę ante Dei oculos versentur, multis tractat Dauid, Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meã, & resurrectionem meam, intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti. Nam certè si res hæc probè cognoscatur maximum Dei timorem, & reuerentiam excitat, & cupiditates in officio continet.

Psal. 138.

Nulli iniuria facere.

5 *Si ambulauit in vanitate, & festinauit in dolo pes meus.*

6 *Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.* Idest, nihil dolo malo, sed omnia fide bona egi, vt Deus qui omnes actiones meas numerat, & æqua statera ponderat, optimè scit simplicitatem, & integri-

tegritatem cordis mei. Hoc iustitia postulat, & ad piũ virum maximè pertinet, vt ait Dauid, Qui loquitur veritatem in corde suo, & non egit dolum in lingua sua. *Psal.* 14.

7 *Si declinauit gressus meus de via.* Æquitatis scilicet, atq; iustitiæ, hoc est, Si vlli iniuriam feci. Quemadmodũ illi de quibus dicit Salomon, Pedes illorum ad malũ currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. [*Et si secutus est oculus meus cor meum.*] Planius in Hebræo, & in Græco, Si secutum est cor meum oculos meos: & ita reperitur in quibusdam exemplis vulgatæ editionis. Pertinet hoc ad vltimum decalogi præceptũ, quo alienarum rerũ cupiditas prohibetur his verbis, Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorẽ eius, nõ seruũ, nõ ancillã, nõ boue, nõ asinũ, neque omnia quæ illius sunt. Et iustus ille Aristides rogatus, quid iustũ esset, respõdit τὸ μὴ ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. Alienanõ concupiscere. Declaratur autem illius modi periphrasi cupiditas: quia eius illecebra in oculis in primis sita esse videtur. Longè enim frequẽtius cupimus, quę cernimus, quàm quæ alio sensu tenemus. Et ob eam rem Ioánes dixit, Concupiscentiam oculorum. [*Et si in manibus meis adhæsit macula.*] Manus aliena bona diripientes eis contaminantur, quod innuit Esaias dicens, Manus vestræ sanguine plenæ sunt, id est, rapinis infectæ. Quòd autem maculã dicit, in Hebræo est כפר meũ, quod aliquid significat. Et propterea δῶρα dona conuerterunt Græci, quibus iudices, atque principes corrumpi solẽt, vt rectum iudicium non reddãt. Qua versione Græci significarunt Iob principem, & iudicem fuisse, & hac culpa vacasse. Quo scelere, quia iudices, & principes se contaminare solent, Samuel magistra-

Psal. 14.

Prouer. 1.

Aliena non concupiscere.

Exo. 20.

1 *Ioan.* 2.

munera nõ recipere.

tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu se abdicaturus, in cōspectu noui regis ab illo factis & totius populi de hoc se in primis crimine purgauit.

1. Reg. 12. Ecce præsto sum (ait) loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & cōtemnam illud hodie, restituamque vobis. Vulgatus autem maculam vertit. Quia in quibusdam exēplis Hebrēis nomē illud sine ℵ. scribitur, & tunc maculam significat. Atque adeo cum ℵ. significat etiā maculam Danielis. 1. vers. 4. cùm ℵ. litera sit quiescens, quam vocant Hebræi, quæ facile adest, & abest.

δ *Seram, & alius comedat*: Hac pœna accommodatissima ad eorum scelus mulctantur ij, qui alienas fortunas inuadunt, vt suis non fruantur, vt vaticinabatur Amos, Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperē, & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis, vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. Quare Solon sapienter dicebat,

Iniustorū pœna. Amos. 5.

χρήματα μὲν ἐμοὶ μᾶλλον ἔχειν ἀδίκως ἢ παρὸν
οὐκ ἐθέλω· κεῖνος ὕστερον ἦλθε δίκη.

Pecunias quidem cupio, iniuste tamē possidere nolo: Nam posterior vindicta venit. Et Menander,

οἱ γὰρ θέλοντες προλαβεῖν τὰ τῶν πέλας
ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι,
ἀεὶ δ' ἰσχυροτέροις ἔστι τοῖς ἀλλοτρίοις.

Qui enim aliena suis volunt adijcere, sæpius victi sua spe frustrātur. Addūtq; alienis, quæ erant sua. [*Et progenies mea eradicetur.*] Est etiā hęc accōmodata tanti sceleris pœna. Et enim tā auidi homines esse solēt, vt quacunq; ratione possint, filios suos locupletēt. Meritò igitur orbantur eis. De qua re sæpe hoc libro verba fecimus.

Non adulteri.

9 *Si deceptus est cor meum super muliere.* Id est, si alterius vxorē ad adulteriū quæsiui. [*Et si ad ostium amici mei insidiatus sum.*] Vt eius cubiculi esse adulter. Sicut. c. 24. dixerat, Oculus adulteri obseruat caliginē, dicens, Non me videbit oculus, & operiet, vultum suum.

10 *Scortū alterius sit vxor mea.* In Hebræo ad verbum est, Molat alteri vxor mea. Qđ potest exponi, Prostituat alij, vt exponit vulgatus. Sicut mola inferior superiori supponit. Hac pœna mulctatus fuit Dauid, ꝓpter adulteri ī Bersabe. Nā omnes eius vxores, atque adeo filius eius Absalō cōstuprauit. Vel potest intelligi seruiat alteri vxor mea. Molere enim ancillarū erat. Ita enim loquitur Esaias, Cū filia Babylon, vt seruā futurā esse in potestatemq; redigendā vaticinaretur. Tolle molā, & mole farinā. [*Et super illā incuruentur alij.*] Id est, alij rē habeant cum illa. Sed quod est in Hebræo חלי halca super illā. Græci חלי hulai paruuli mei legisse videntur, nā ita trāsferunt τὰ δὲ νήπια μου παιανισθήσεται paruuli mei humilientur.

Esai. 47. Adulteri pœna.

11 *Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.* In Hebræo est iniquitas פלילים pelilim iudicū, quod quidā exponūt, Iniquitatē iā iudicatā, & omniū iudicio cōdēnatā. Alij fortè melius, Iniquitatē publico iudicio vindicādā. Obest enim vehemēter vniuersę reipublicę. Quæcūq; verò ratione intelligāt, significat id, quod trāstulit vulgatus, iniquitatē esse maximā, & quæ seuerissimo sit coercenda iudicio. Cui ea est in Deuteronomio pœna cōstituta, Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter, & adultera.

Deu. 22.

12 *Ignis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 *Ignis est usque ad consumptionem devorans, & omnia eradicans genimina.* Id est adulterium magnæ euersionis, & ex euersionis causa esse solet, acerbas Deus ab adultero pœnas sumit. Id quod ex adulterio Dauidis cognoscitur, quod tanto bi exitio fuit: vt regia ignominiosè pulsus, parũ abfuit, quin regno & vita spoliaretur. Eadẽ de causa Salomon homines ab adulterio deterret, de adultera ita loquens, Inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, neque apprehendent semitas vitæ. Et alio loco, Statim eã sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiẽs, & ignorans nescit, quòd ad vincula stultus tradatur, Donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agitur. Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. Quæ loca satis aperte declarant, quàm certum adulter subeat periculum.

Adulterij causa magnæ euersionis.

Prouer. 2.

Prouer. 7.

13 *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea cum disceptarẽt aduersum me,* Hoc est, seruis meis ex æquo, & bono, non vi, & pro summo potestatis iure imperabam. Nihil illis præcipiens, nisi quod ratio, & eorum officij munus postularet. Ita vt si, cur ita iubes, aut fieri vis? disceptantes, imperiũque remuentes quærerent. Non, vt alij summa potestate vtẽtes, imperiosè respõderem, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Sed modestè eis officii sui rationem exponens. Quod optimè quidem viri est, & eius qui libidinem suam coercens honesto atque decoro vitam dirigit. Cuius consilij sui pulchram, & luculentam rationem reddit.

Modus subditis imperandi.

14 *Quid*

14 *Quid enim faciam, cum surrexerit ad iudicandum Dominus? & quum quæsierit, quid respondebo illi?* Quam verò Deus quæstionem flagitet exponit versu sequenti.

15 *Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est? & formauit me in vulua vnus?* Id est, cũm me obiurgabũdus rogauerit, cur opus eius, & conseruũ meũ tã indignis modis tractaui? cur ab eo mite, & suaue imperium expectarem, cùm ego tam imperiosus, grauis, & acerbus in seruos meos fuerim? Hanc etiam Paulus tradit doctrinam, & eisdem argumentis confirmat scribens Ephesijs, Et vos Domini eadem facite illis remittẽtes minas, scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in cælis. Et personarum acceptio non est apud eũ. Et Colosensibus, Domini quod iustum est, & æquum seruis præstate: scientes quod, & vos Dominum habetis in cælo.

Ephes. 6.

Colos. 4.

16 *Si negauit quod volebant pauperibus.* Hebraicè ad verbum est, Si prohibui volũtate pauperes. Quare potest etiã verti, vt Greci vertunt ἀδύνατοι δὲ χρείαν ἦν ποτε ἄχον ἀκ ἀπέτυχον. Pauperes vsus earũ rerum, quas habebã, compotes fuerunt [*Et oculos viduæ expectare feci*] Diu sci licet differens auxilium, quod à me sperabat.

Misericordiæ exẽplũ

17 *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.* Pupillus dicitur, qui patre orbatus est, in quẽ, quòd præsidio destitutus sit, officiosum esse Christiana charitas exigit. Præsertim vt victus ei suppeditetur. Id etiam generalius præcipit Esaias, Frange esurienti panem tuum.

Esai. 58.

18 *Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* Id dicit, vel propter optimam suam educationem, vel quia virtutis indole præditus

Universidad de Deusto Biblioteca

erat; quod specimen est eius, quod sapiens dicit, Pro-
Prouer. 22. uerbium est. Adolescēs iuxta viam suā etiā cùm senue rit, non recedet ab ea. Sed in Hebræo, & in Græco non exprimitur verbi suppositum, & ita miserationis loco est, Sicut patrē. Et totus versus ita ad verbū est. Quoniam ab infantia mea creuit mecum, & de vtero matris meæ deduxi illam. Hebræi verbi suppositum pupillum esse volunt, & relatiuum illam, viduā referre. Hoc est ab infantia mea viduarum, & pupillorum rationes procurauī. Sed rectè mihi videtur vulgatus miserationem verbi suppositum fecisse, eadem tamen vtroque modo tandem sententia est.

19 *Si despexi prætereuntem.* In quibusdam exēplis vulgatæ editionis est pereuntē, sed illo modo est in Hebræo, & in Græco. [*Eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem.* Officium est virum dicens charitate, & misericordia præditum, quod etiam docet
Esa. 58. Esaias, Cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Quòd si prætereuntem legamus significat aliud charitatis, & misericordiæ munus, quòd pauperes, & vagos hospitio receperit. Sicut præcipit eodem loco Esaias, Egenos vagosque induc in in domum tuam.

20 *Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouiū mearum calefactus est.* Eius latera, qui nudus erat, synedocha latera eius, id est, Ipse, quòd ei indumenta tribuissem.

21 *Si leuaui super pupillum manum meam.* Leuare hoc loco manum est percutere, nocere, aut vllo modo ob esse [sicut in psalmo, Leua manus tuas in superbias
psalm. 73. eorum in finem, id est, Si vllo obfui pupillo, aut infirmo

mo ei denique, qui esset præsidio destitutus ad iniuriā propulsandam. Est enim species pro genere, pupillus pro eis, qui auxilio orbati sunt. [*Etiam cum viderem me in porta superiorem,* Hebraicè, In porta auxilium meum, Id est, licèt ad manum auxilium haberem: quo illum facilè possem opprimere. Vel vt alij. Licèt in porta vrbis, qua iudices ad reddēdum iudicium sedebant, me satis habere fauoris viderem, vt si iudicio persequi illatam iniuriam vellet, facilè cum vincerem. Angusto, atque demisso animo viri facilè impelluntur ad iniuriam faciendam eis, quos facile, si repugnēt, superaturos confidunt. Contrà verò qui magno, & excelso animo sunt, cum huiusmodi hominibus confligere multum recusant, quòd victoria, neque laudi ei neque gloriæ esse possit: imo facilius imbecillorum, quàm fortium patiuntur iniuriam.

22 *Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Hebraicè, brachium meum à canna confringatur. Et intelligenter conuertit vulgatus, nam canna brachij est os brachij, quod cannæ, id est arundinis simile sit. Estque grauissima imprecatio, qua declarat quantum hoc scelus graui & magno viro indignum abhorreret.

Magnanimi viri manus.

23 *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum.* Quòd tumentes super me fluctus vertit Hebraicè est רתא ed contritio. Et ita hunc locum verbum de verbo in eandem sententiam conuertemus, Quoniam timor meus contritio Dei.

Pœna affligentis inopem.

F. pondus eius ferre non potui. Clarius in Hebræo maiestatem eius [ferre] non potui. Hunc totū versum ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græci transtulerunt φόβος γὰρ κυρίου συνέχε μοι καὶ ἀπὸ τῆς λήμματος αὐτοῦ ἔχ ὑποισω timor Dei cõtinuit me: Et c ptionẽ eius nõ feram. Captionẽ illã intellexerũt, qua eluat aliquẽ, vt eũ elidat, vt capite superiori Iob dixi: vt hãc versionem ad Hebræũ verbũ שאתו secto scelsitudinẽ aut eleuationẽ eius accõmodemus. Præterquã igitur quod turpe sit, & animi magnitudini contrariũ in pupillos, & infirmos homines iniuriosum, & contumelioſum esse, alia de causa vehementer animaduertenda id cauisse dicit. Quòd Dei maiestatem, & supplicium, quo huiusmodi iniurioſos homines cõstringit, vehementer timeret. Nam multis in locis sacrosancta scriptura tradit, Deum pauperibus præter cæteros homines auxilio venire. Vt ait Dauid, Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Cuius rei eã causam esse puto, quòd eũ pupilli, & pauperes viribus, & subsidio careant ad iniuriam propulsandam, numen testari, & Dei auxilium prçter alios homines implorare soleant, quorum Deus prces lachrymas, atque querelas pro sua misericordia non respuit, sed vehementer eorum hostes vlciscitur. Quam ob rem rectè consulit Salomon, Ne attingas paruulorum terminos, & agrũ pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorũ fortis est, & ipse iudicabit cõtra te causam illorum. Quòd propinquum dicit, Hebraicè est גאל goel, quod Redemptorem etiã declarat, & vtrunq; quadrat, vt Deus propinquus, & redemptor pupillorum sit. Quare nemo, quod inopes, & ab alijs deserti sint impune iniurias, quas illis immiserit, laturum arbitretur.

Psal. 9. Cur pauperibus Deus in primis auxilio veniat.

Prouer. 23

24 *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea.*

Tractauit proximè superioribus versibus, infestum nun-

nunquàm fuisse pauperibus, quod illis se superiorem cognosceret: superior autem erat diuitijs opibusque, quibus munitus facilè pauperum in se impetus cohiberet. Descriptissimè igitur hoc versu, qui proximè sequitur, generalius, quod attinet ad diuitias, tractat nũ quàm in eis fiduciam suam posuisse. Quare doctissimè tangit principem difficultatem, & maximum eximiæ virtutis, & integritatis suæ impedimẽtũ. Ea enim in primis de causa diuites, & opulentos homines virtutem colere difficillimum est, quòd cùm plurima vitæ, subsidia in suis fortunis inueniant, vix possunt in illis non confidere atque in illis firmissimum, & certissimum præsidium sibi paratũ esse non putare, id quod sapiens docet in prouerbijs dicens, Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius, & quasi murus validus circunstans eum. In qua re summum illud periculum positũ est, in quo diuites versantur suæ salutis consequendæ, vt Seruator ipse Christus auctor est apud Marcũ, Quã difficilè est confidentes in pecunijs in regnum Dei introire, Apertã enim Deo, & testatam iniuriam faciũt, cùm sit in ipso tantum spes firma salutis, & subsidij collocanda. Et quia videantur ij, qui ita in diuitijs sperant Deum suum eas esse ducere. Dei enim est solius in omni discrimine opem ferre: quod etiam diuitijs homines huiusmodi videntur ascribere. Quod certissimum à diuitijs periculum eximiæ, & admirabilis virtutis est subterfugere. Vt prædicat Ecclesiasticus, Beatus diues, qui inuentus est, sine macula, & qui post aurum non abijt, neque sperauit in pecuniæ thesauris, quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Quare vehementer Iob suam vir-

Cur opulẽti difficile virtutem colant.

Prouer. 18

Marc. 10.

Eccli. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutem commendat hæc de se dicēs. Ad quod pertinet etiam, quod sequitur.

25 *Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quod plurima reperit manus mea.* In eandem rationem hoc accipiendum est, vt cum super multis diuitijs lætari intelligat, qui multis diuitijs malorum omnium remedia sibi suppetere putat. Sicut ille lætabat dicens, Anima habes multa bona posita in annos plurimos requiescе, comede, bibe, & epulare. A qua nos lætitia Dauid reuocare videtur dicens. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.

Luc.12.

Psal.61.

26 *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè.* Sicut versu superiori egit de tota diuitiarū ratione, quia illam proximo alio versu tetigerat, ita hoc versu totū persequit idololatriæ genus, quia illud versu superiori perstringerat. Est enim auaritia, & in diuitijs fiducia quasi quodā idololatriæ genus, vt declarat Apostolus Ephesijs scribēs, Auarus, qui est idolorū seruus. Repellit autē à se vniuersā idololatriæ rationē illā eius speciē pro genere ponēs, quę minus absurda videbat. Minus enim absurdū esse videt solē, & lunā deos existimare, quā lignū fabricatū, & opere sculptoris ornatū, vt multi stultissimi homines existimarūt, quos satis facetè, & acutè irridet Esaias cap. 40. & 44. Quā idololatriam à se abijcit, cū illā, quæ minus absurda videbatur, lōgè à se abhorruisse predicat. Qua vero ratione solē, & lunā nō vidisse significet, declarat sequenti versu dicēs.

Idolatria.

Ephes.5.

37 *Et lætatum est in abscondito cor meum.* Iam lætitiam significat, qua afficitur is, qui videt id à quo omnia sperat, & in quo spes suas positas habet. Qua idololatræ afficiebantur ij, qui solē, & lunā deos esse suos opinabantur, cùm illos viderent, & precarentur, cuiusmodi lætitiam nunquam accepisse innuit. Sed in Hebræo est

פתה iphte declinauit, vel deceptum est: quod planius, sed in eandem rationem dicitur, id est. Non declinauit cor meum, neque lapsum est, putans solem, & lunam mihi opē ferre posse, aut spei meæ respondere. Quidā propter hæc Hebræa verba existimant veram vulgati lectionē esse Lactatū est cor meū, facileq; in illo. c. pro c. irrepsisse. Dicūt autē Latini Lactari spe pro falsa spe decipi. Sed quadrat etiam superior lectio, vt exposui. Græci ἠπατήθη deceptum est. [*Et obsculatus sum manum meā ore meo.*] Hac cæremonia, atq; religione idololatræ solem, & lunam coluisse videtur, vt quoniam ipsos attingere nō poterāt, manus suas ipsorū luce perfusas religiosè obscularētur: eiusq; Aul. Gel. mētionē facit.

Idololatrarum solis, & lunæ cultus.

28 *Quæ est iniquitas maxima.* Ita etiā transferūt Græci, In Hebræo est, Iniquitas פלילי pelili iudicata. i. testata, & aperta quæ nulla ratione excusari possit. Et propterea vulgatus, & Græci maximā cōuerterūt. Quo Hebraismo Christus apud Ioānē de infidelib. loquēs vsus est, Qui nō credit iā iudicatus est: Quia nō credidit in nomine vnigeniti filij Dei. [*Et negatio contra Deū altissimū,*] Idololatria per se viq; sua veri Dei negatio est. Nam cum vnus modō Deus natura sit, qui falsum Deum asserit, verum neget necesse est.

Ioan.3.

29 *Si gauisus sum ad ruinā eius, qui me oderat, & exultaui, quòd inuenisset eū malū* Sed. enim facere angusti est, & dimissi animi, & qui vehemēter aduersariū timeat. Violatur; illud præceptū ægregiū, quo iubet Christus, vt inimicos nostros diligamus. Quā ob rē Salomō ait, in prouerbijs. Qui ruina lætatur alterius, nō erit impunitus.

Dilectio inimicorū. *Matth.5.*

Prou.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

30 *Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animã eius.* Propterea peccatum est, quia ne id fiat cauetur illo, quod dixi, præcepto.

31 *Si nõ dixerũt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?* In partes longè diuersas hîc versus accipitur. Quidam significare putãt tantam fuisse seruorum eius erga illum beneuolentiam, tam grataque illis eius præsentia, vt ad id amplificandũ dicat, quòd carnibus eius saturari cupiebant. Alij dicunt his verbis miseram suam fortunam exponere, quòd cùm ipse nulli atque adeò inimico esset acerbus, eum vel eius famuli atque serui odio maximo prosequerentur, ita vt vel eius carnibus, si se pro odio suo possent vlcisci, non saturarentur. Alij exponunt ob eam rem seruos eius tam graui in eum odio fuisse, quòd multa eos moleſtia aspergeret, multumque laboris impertiretur in tractandis humaniter hospitibus, quos domi suæ recipiebat: vt cum sequenti versu huius sententia cohæreat. Ego autem existimo optimam hîc seruorum eius disciplinam, & educationem significare, quæ virum sanctum maximè decet. Qua faciebat, vt non solũ ipse nulli vel hosti esset infestus, vt dixit, superiori versu, verũetiã vt eius serui nulli essent molesti, aut negotiũ facesserẽt. Serui vero sunt seueritate, & asperitate in officio cõtinendi. Vt docet Salomon in Prouerbijs, Seruus verbis nõ potest erudiri. Quia quod dicit intelligit, & respõdere cõtẽnit, qui delicatè â pueritia sua nutriuit seruum suũ postea inueniet eum cõtumacem. Sed planius, & luculentius id exequitur Ecclesiasticus, Cibaria & virga, & onus asino: Panis & disciplina, &

Prouer. 29

Eccli 33.

plina, & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatem. Iugum, & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduę. Seruo, & maleuolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quod si non obaudierit, curua illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem. Verum sine iudicio nihil facias graue. Hæc vero asperitas, atque seueritas, quam in tractandis seruis oportet exhibere, non potest sęua seruorum odia Dominis nõ parere. Vt apertè Thrasymachus apud Platonem in primo de Republica de viro iusto dicit ἀπεχθέσθαι τοῖς τε οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις, ὅταν μὴ ἐθέλῃ αὐτοῖς ὑπηρετεῖν παρὰ τὸ δίκαιον odio esse familiaribus atq; domesticis, cp nullam, nisi iustam rem eis velit concedere. His igitur verbis Iob significare voluit eam seueritatem in se fuisse.

32 *Foris non mansit peregrinus, & ostium meum viatori patuit.* Vehementer enim, & in literis sacrosanctis, & in philosophorum libris laudatur hospitalitas, cuius munus in primis illa tempora postulabant, cùm domus publicę non essent constitutę ad peregrinos, & viatores hospitio accipiendos, vt intelligitur ex decimo nono capite iudicum.

Hospitalitas.

33 *Si abscondi quasi homo peccatum meũ, & celaui in sinu meo iniquitatem meam.* Existimo hoc versu Iob de ea eius virtute agere, qua quis vita, & oratione verax est, ea sibi modo vendicans, quæ in sunt, nec maiora, nec minora, de qua differit Aristoteles quarto Ethico capite sep-

Veritas dictis, & facti.

Universidad de Deusto Biblioteca

septimo, Cui arrogantia est, & hypocrisis contraria, qua quis lōgè melior videri vult, quā re vera est. Quā obrem peccata, & vitia sua magna cura celare studet.

Hypocrisis

Quod hominum genus Christus vehemēter in euangelio insectatur, & suis coloribus describit apud Matthæum dicens, Væ vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, Quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Cōtra beatus Iob, vt hoc loco de se dicit. Sed eam viam tenebat, quam ad gloriā compēdiariam Socrates esse dicebat, Si quis id ageret, vt talis esset, qualis haberi vellet. Quod dicit, [*Quasi homo,*] in Hebræo est אדם adam, quare potest esse nomen proprium vel commune: proprium primi parentis, qui peccatum suum grauissimū dissimulare, & excusare volebat, & in vxorem conferre. Commune verò si sit, tangit hominum peruersum ingeniū, qui pro nihilo peccare ducunt: vt tamen peccatum in occulto lateat, magno studio contendunt.

Matth. 3.

Hpminum peruersum ingenium.

34 *Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui neque egressus sum ostiū.* Variè hic locus exponitur. Quidam in hāc sententiam eum cum superiori versu ita contextè colligant. Quoniam nullum vnquàm crimen celaui, non timebam in lucem publicumque prodire, Neque sceleris conscientia retardatus timebam fugiebamque multitudinem, & hominum congressus. Aut verebar, vt me propter aliquod scelus propinqui, & cognati mei despicerent. Quin

Quin potius si me quispiam criminis vllius redarguere veller, patienter eum tacens audiebam, neq, eius increpationem fugiens ostium vnquam meum egressus sum. Hanc enim securitatem affert bona, & inculpata vita. Vt Salomon in prouerbijs auctor est, Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Quod Christus facto suo probauit, qui cū hostes haberet acerrimos, qui de eius comprehensione, & nece cōiurauerant. In die tamen magno festiuitatis, quo plurima multitudo in Hierusalem conuolauerat, in publico ambulare nō timebat, sic vt multi admirarentur, dicentes, Nōne hic est, quem quærunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Hæc interpretatio quantum attinet ad primam versus partem Græcis placuisse videtur. Nā ita cōuertunt ἐγὼ δ' ἐξεράσθην πολυοχλίαν πολλοὺς τε μὴ ἐξαγορεύσαι ἐνώπιον αὐτῶν. Non recusaui multam multitudinis turbam, vt non loquerer in conspectu eorū, Secundam verò versus partem longè aliter intellexerunt, sic enim eam transferunt· εἰ δὲ καὶ εἶασα ἀδύνατον ἐξελθεῖν τὴν θύραν μου κόλπωμα κενόν. Si passus sum infirmū ostium meum exire sinu vacuo. Ita verò intellexerunt quoniam אדם edom, cum his punctis est futurum verbi דום dum tacere, cum alijs, vt adam proferamus significat hominē, pro quo illi verterunt ἀδύνατον infirmū. Nā id vocabulū præ se ferre videtur vt ex ethimologia cognoscitur, quæ est tanq̄ ex rubroluto vel humo factus. Cætera sunt in Hebræo. Illud tātùm addiderunt Sinu vacuo, vt planiorem faceret eā sententiā, quā intellexerit. Alij quia verbū ערץ haraz nō solum expauescere, vt vulgatus interpretatus est: verum etiā frāgere significat, hāc significationē sequētes ita totū

Securitas iusti.

Prou. 10.

Ioan. 7.

ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

versum explanant, Ego qui sic olim valebam, vt frangerem viribus meis multitudinem. Ita nunc conuersa fortuna infirmus, & deiectus sum, vt viles homines formidine exterreant me. Et ita me coerceāt, vt tacēs ostiū egredi non audeam. Vt sit suæ miseriæ deploratio. Quam interpretationem Chaldæus secutus fuisse videtur. Alij ita declarant, Ita valebam vt frangere multitudinem: tamen despectio familiarum terrebat me. Et tacens ostium non egrediebar, Quod est magnanimi viri nolle cum eo contendere, quem facile possit vincere. Simile eius, quod dixerat, Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta superiorem. Quæ expositio aptior est contextui, cùm narret officia sua, neque aliena est à Chaldaica versione. Reliquæ tamen duæ sunt valde probabiles, placentque nonnullis doctis viris.

35 *Quis mihi tribuat auditorem*. Quoniam præstantissima sua officij munera narrauit, ne frustra id fecisse videretur, optat æquum auditorem, id est, Qui ex veritate, non ex opinione res suas æstimet. Quo amicorum notat iniquitatem, qui eius vitam non ex scelere aut crimine aliquo, quo teneretur, sed ex miserijs, & ærumnis, quibus vrgebatur, reprehendebant. Quod non poterat non grauiter, & molestè ferre. Et propterea subijcit. [*Vt desiderium meum audiat Omnipotens.*] Id est, faciat Deus, vt desiderij mei, auditoris æqui compos sim: nec me diu cum istis iniquis auditoribus contendere sinat. Verba Hebræa ambigua sunt, quare in aliam rationem explicantur. Nam תאוה taui, quod desiderium cōuertit vulgatus, Signum ferè semper Hebræis significat sed Chaldæo רדגרדגד

rigrugi

rigrugi desiderium hoc loco vertit. Quidam etiā Hebræus putat deesse א, sic vt integrū sit תאוה taaui desiderium. Quòd [*audiat*] etiam vertit, in Hebræo est ענני iahaneni, quod potest explicari, vel respondebit mihi, id est, Audiat me, vt vulgatus intellexit, vel respōdebit pro me, vt quidam Hebræi intelligunt. Qui totū locum ita interpretantur, Certè signum meū est, quòd omnipotens respondebit pro me. Ideſt, si æquū haberem auditorem, hoc esset signum certissimum innocētiæ meæ, quòd testem Deum citarem, ipseque daret testimonium innocentiæ meæ. Sicut alio loco dixit, Ecce in cælo testis meus, & cōscius meus in excelsis, verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus. [*Et librū scribat ipse qui iudicat.*] Id est, Ipse auditor, qui causā meā iudicaret, diligenti facta de me quisitione, librū de mea vita conficiat, illud [*ipse qui iudicat,*] in Hebræo est איש ריבי s tribi vir contentionis meę: & ita vertit Chaldæus, & Hebræi intelligunt, id est, Aduersarius meus, & is qui mecum contenderit. Potestque in hāc sententiam vulgatus explicari, id est, Ipse aduersarius meus, qui de mea vita criminosè iudicat. Ita verò suæ causæ confidit propter optimorum factorū conscientiam, vt omnia studia sua, vel ab aduersario suo scriptis mandari, & in capitis sui iudicio iudici exhiberi optet. Ex quo satis apertè cognoscitur, quanta vis sit rectæ voluntatis conscientiæ, quantumque virum bonū in omni discrimine cōfirmet. Et propterea sequit.

Iob. 16.

Conscientię rectæ volū tatis vis.

36 *Vt in humero meo portem illū, & circundē eū quasi coronā mihi.* Id est, tantum ab eſt, vt timeam, quòd huiusmodi liber mihi vllo pacto detrimento esse possit, vt ego ipse in humeris meis, atque adeò in capite meo tāquàm coronam

ronam illam portarem. Tanquâm coronam dicit, vt innuat ei gloriæ potius, quàm ignominiæ futurũ. Gloriam enim amplissimam sibi suis honestis studijs boni viri pariunt.

37 *Per singulos gradus meos pronuntiabo illum.* Idest, ego omnem meam actam vitam in medium proferrem singulasque actiones, & cogitationes meas ei confiterer, omnesque mei cordis recessus adv̄ num retegerẽ. Id enim totum comprehendit dicens, Singulos gradus meos. *Vel quasi principi offeram eum.* Id est, eum scilicet librum æquo animo causæ meæ iudici offeram: vt illo ductus in hac mea lite sententiam ferret. At verò Septuaginta viri longè aliter totum hũc locum, id est, hos tres versus interpretati sunt. Nam illud Desiderium meũ audiat omnipotens, ita conuertunt χάριν δὲ χυρίου ἐμὲ ἐφοβήθην meminum autem Domini si non timerem. Forte quia נגע hana affligere etiam significat, ita intellexerunt, Signum Dei affligat me. Et propterea illo modo conuerterunt, reliquum autem de libro vitæ suę scribendo, & humeris imponendo ita explicuerunt, συγγράφην δὲ νῦν ἔχον μετά τινος ἐπ' ὤμοις ἀνειρετέλλος, στέφανον ἀνεγίνωσκον καὶ ἐμὲ μὴ ἔχειν ἀπέδωκα ἔθεν λαβὼν παρὰ χρεωφλέτου scriptum, quod aduersus aliquem habebam, humeris imponens coronam legebã, si non ipsum scindebã, nihil ex debitore sumẽs. Quã versione illud officij munus Iob præstitisse significarunt, quod præcipit Esaias, Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Hoc est ne diuites tabulis, & scriptis pauperes debitores suos opprimerent: sed pecunias creditas eis potius con-

Psal. 58.

condonarent.

38 *Si aduersum me terra clamat, & cum ipsa sulci eius deflent.* Quod cuiusmodi sit statim declarat.

39 *Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarũ eius afflixi.* Itaque terram clamare & deflere est eis, qui operas suas ad eam colendam conduxerunt mercedẽ non soluere. Est enim scelus grauissimũ, quod sua natura pœnam, & vltionem postulat, & ob eã rem id, in quo factum est, clamare dicit. Sicut est in Genesi, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Eadem phrasi vsus Iacobus reprehendit, & minatur eis, qui ab hoc se maleficio non prohibent, Ecce merces operariorũ, qui messuerũt regiones vestras, quę fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorũ in aures Domini Sabaoth introiuit. A quo scelere, vt absit, monet filium suũ Tobias dicens, Quicũque tibi aliquid operatus fuerit statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij apud te omnino non maneat.

Agricolis mercedem non soluere scelus maximum *Iac. 5.*

Tob. 4.

40 *Pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.* Imprecatio est pœnę tãto sceleri aptę, vt fructus nullos ex terra percipiat, quam iniquè exercuit. In Hebræo additur, & vertitur à Græcis, & à Chaldæo, licèt a vulgato interprete prętermittatur. Completa sunt verba Iob. Quod propterea subijcitur, quia perpetuã, & grauissimam habuit orationem à cap. 26. vsq; ad hunc locum, licet in capite vltimo huius libri alia pauca verba Deo respondens loquatur.

CAP.

CAPVT. XXXII.

1 Miserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quòd iustus sibi videretur.

2 Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustũ se esse diceret corã Deo.

3 Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissent responsionem rationabilẽ, sed tantummodo condẽnassent Iob.

4 Igitur Eliu expectauit Iob loquentẽ: eo quòd seniores essent, qui loquebantur.

5 Cum autem vidisset quòd tres respondere non potuissent, iratus est vehementer.

6 Respondensque Eliu filius Barachel Buzites dixit.
Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meã sententiam.

7 Sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorũ multitudo doceret sapientiã.

8 Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.

9 Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.

10 Ideo dicam, audite me, ostendam vobis etiam ego meã sapientiã.

11 Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiã vestrã, do nec discepraremini sermonibus.

12 Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius.

13 Ne fortè dicatis, Inuenimus sapientiam Deus proiecit eum nõ homo.

14 Nihil locutus est mihi, & ego non secũdum sermones vestros respondebo illi.

15 Extimuerunt, nec responderunt vltra, abstuleruntque à se eloquia.

16 Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti, steterunt, nec vltra responderunt.

17 Respondebo, & ego partem meam, & ostendam scientiã meã. D

18 Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus ventri mei.

19 En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quòd lagunculas nouas disrumpit.

20 Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo.

21 Non accipiam personam viri, & Deũ homini non æquabo.

22 Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

Miserunt tres viri isti respondere Iob, eo quòd iustus sibi videretur. Ambigua est hæc oratio, nam illud relatiuum Sibi potest vel viros, vel ipsum Iob referre. Viros referre putarũ nonulli Latini interpretes. Hoc est, hac eius perpetua oratione tres amici conuicti, præsertim illa officiorum eius narratione, & quòd illam diram imprecationem, si secus esset, adiuuxisset, sibi iã per suasissent ipsum esse iustum. Quæ sententia probatur Græcorum versione. Nam planè viros retulerunt, ita vertentes ὅτι κριτὴς ἐναντίον αὐτῶν, iustus coram eis. Qua interpretatione bonorum virorum victoria representatur, qui tandem aduersarios suos se sanctos esse conuincent. Sicut ipsos dicturos sapientia scribit, Nos insensati vitam illorum existimabamus insaniã, &c. Ecce quomodo eõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum

Sapien. 5. Victoriabo norũ virorum.

illorum est. De Christo etiam in Apocalypsi scribitur Ecce venit in nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Sed quod relatiuum refert non viros, sed ipsum Iob, probatur ex eo quod ita purior est Latina locutio, tum quòd in Hebræo, & Chaldæo plane ipsum refert Iob, est enim relatiuum singulare tertiæ personæ in Hebræo ו in Chaldæo .ך. Tum aptius est cõtextui, vt [sibi] Iob, nõ eius amicos referat. Nã ipsis iustus non visus est, quousque à Deo conuicti sunt, & iussi, vt ab ipso Iob veniam impetrarent, quò ipse Deum pro illis precaretur: vt in fine libri narratur. Significat ergo tres viros omisisse respondere Iob de eare, quòd iustus sibi videret, hoc est tot pœnas non commeruisse, in quo tota inter eos disputatio versata fuit. Omiserunt igitur ipsi loqui, quia quid amplius dicerent non habebant ad sententiã suã probandã. Quæ explanatio vehementer conuenit, cũ eo quod sequitur.

Apoc. 1.

2 *Et iratus, indignatus quæ est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustum se esse diceret corã Deo.* Rectè & explicatè expositum est & ita interpretantur Græci, quod est ad verbum in Hebræo. Eo quod animam suam iustificaret, magis quàm Deũ. Id est, sine culpa sua tot à Deo supplicia sibi imposita fuisse diceret. Ratio tñ nõ erat, cur ita Iobo iraſceretur. Nã id sibi persuadere poterat recta cõscientia testę, quę, vt quidã dixit, est mille testes. Et hac opinione nihil de Dei bonitate detrahebat, cùm liceat ei quibuscunque pœnis innocentẽ virum in hac vita multare: vt Iob capite nono copiosè persecutus est.

3 *Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissent*

sent responsionem rationabilem, sed tantummodò condemnassent Iob. Id est, cum Iob condemnarent, & tot cruciatus meritò suo sustinere putarent, nulla inuenissent amplius argumenta, quibus & eum culpæ conuincerent, & defensionis suæ firmamenta explicarent. Ex quo planum fieri videtur illud relatiuum Sibi, de quo diximus, amicos non referre, non enim si iustus videretur eis, hîc quòd eum, [*Condemnassent*] diceretur. Verũtamen non debebat Eliu hac de causa indignari, cùm difficile valde sit veritatem eloquenter, & ingeniosè defensam confutare: prudentiusque sit tacere, quàm ei verbis repugnare. Nam tandem contra dicentis apparebit stultitia.

4 *Igitur Eliu expectauit Iob loquentem.* Id est, Iob cum tribus illis amicis loquentem. Qua oratione breuiter dicitur, & Iob, & tres amicos loquentes expectasse, vt ex eo, quod sequitur, intelligitur. [*Eo quod seniores essent qui loquebantur.*] Quod huius adolescentis vel illius ætatis bonos, & modestos mores declarat. Quos fuisse corruptos numerat Esaias in sui seculi ca lamitatibus dicens, corruet populus vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum tumultuabitur, puer contra senem.

Esai. 3.

5 *Cum autem vidisset, quòd tres respondere non pœnissent, iratus est vehementer.*

6 *Respondensque Eliu filius Barachel Buzites.* Id est, oriundus fortè à Buz, quem genuisse traditur Nacor frater Abraham.

Dixit Iunior sum tempore vos autem antiquiores: idcirco demissa capite. Quod est habitus reuerentis, & modesti hominis. [*Veritus sum vobis indicare meam sententiam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.* Spiritus, & inspiratio omnipotentis idem hoc loco est, Idest, Deus dat intelligentiam. In Hebræo clarius est Spiritum hîc dici de Deo, nam est ad verbũ, Spiritus ipse. Ait igitur, Sciẽtiam, & rerum prudentiam non tam ex multis annis, quam ex Dei beneficio ponderandam esse: vt is prudentior habeatur, non qui plures annos habeat, sed cui maiorem Deus prudentiam præstiterit. Quæ verissima sententia est. Nam omnis sapientia â Domino Deo est, vt ait Ecclesiasticus. Et ita sæpe factum est, vt multi iuuenes singu
Eccli. 1. lari sapientia Dei beneficio excelluerint, vt Ioseph Da
uid, Hieremias, Daniel, Ioannes Baptista, & Ioannes
Psal. 118. Euangelista, & multi alij. Dauid enim pro testimonio dicit, Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui,
Sapien. 4. Et sapientia, Senectus venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata, cani autẽ sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.

9 *Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.* Ita enim plerunque fit, vt ex senibus illis, qui vim in
Ezech. 7. ferre conati sunt Susannę intelligi licet. Consilium peribit â senioribus, ait, etiam Ezechiel.

10 *Ideo dicam, audite me, ostendam vobis etiam ego meâ sapientiã*

11 *Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiã vestrã, donec disceptaremini sermonibus vestris.*

12 *Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed vt video non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius.* Quæ verba coniecturam faciunt amicos tacuisse, nõ quod Iob esse iustum sibi persuasissent, Sed quòd nihil amplius eis in mẽtem veniret, quo eius de hac re sententiam refellerent.

13 Ne

13 *Ne forte dicatis inuenimus sapientiã, Deus proiecit, cum non homo.* Quidam ita exponunt sapienter, & de industria ipsum missum fecimus, nihil enim est, quod à nobis vexetur, cùm satis à Deo vexatus, & de gradu deiectus sit, ita vt ipsa eius miseria satis suâ reprimat arrogantiam. Sed melius, & cõgruentius est sic exponere, Ne forte dicatis sapientem excusationẽ inuenisse, cur plura de hac re verba non faciatis. Nam cũ â Deo fuerit eius miseria conflata, non debemus decreta, & iudicia Dei accuratius discutere, ne parum reuerenter ea tractare videamur. Quæ explicatio aptius cum eo congruit, quod sequitur.

14 *Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi.* Id est, ostendã multa esse â vobis prætermissa ad rem attinentia. Cũm dicit. [*Non secundũ sermones vestros respondebo illi.*] Id est, cũ alios ego â vestris de hac re sermones induxero, vt nõ excusetis hanc rẽ amplius non esse verbis persequendã. Sed Græci hos duos versus adeo aliter interpretati sunt, vt alios corũ loco posuisse videãtur. Cuius rei nos causam ex Augustini sententia reddidimus in prolegomenis. Ita enim interpretantur. ἵνα μὴ εἴπητε εὕρομεν σοφίαν κυρίῳ προσθέμενοι. ἀντρέψω δὲ ἐπιτρέψατε λαλῆσαι τινὰ τοιαῦτα μάταια ne dicatis, Inuenimus sapiẽtiã Dño adiuncti, idest, Dei partes aduersus Iobũ agentes, quare reprehendi nõ debemur. Adiungit tamẽ in quo merito reprehẽdẽdi sunt. Homini autẽ permisistis talia verba profari, qualia scilicet Iob cũ Deo disputare cupiens locutus est.

15 *Extimuerunt, neque responderunt vltra, abstulerunt q; à se eloquiũ.*] Auersio est cũ indignatione, quòd [*abstulerũt,*] dicit Septuaginta in eâdẽ sententiã trãsferũt ἐπελάβοσαν

Universidad de Deusto
Biblioteca

inueterauerunt vtrunque enim verbum כלה hatac significat.

10 *Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti steterunt, neque vltra respondérunt.*

17 *Respondebo, & ego partem, & ostendam scientiam meã.*

18 *Plenus enim sum sermonib⁹, et coarctat me spiritus vteri mei.*

19 *Ecce venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.* Græci trãsferunt ὡσπερ φυσητὸς χαλκέως ἐρρηγώς, sicut follis fabri ferrarij dirruptus, nimio scilicet vento, quẽ hauserat, quẽ postea nimis cõpressus facilè non possit emittere. Est eiusdẽ rei significatio, licèt diuersa similitudine à Græcis, quàm ab Hebræo, & vulgato declaretur. Quadrat vero aptissimè hæc Græcorũ similitudo referens illud, quod dixerat, Coarctat me spiritus vteri mei.

20 *Loquar, & respirabo paululũ: aperiã labia mea, & respõdebo.*

21 *Non accipiam personam viri.* Id est, nulla hominis dignitas, aut alia conditio me vllo modo impediet, quo minus dicã, quod sentio. [*Et Deũ homini nõ æquabo.*] Id est, non ferã, vt homo æquiparetur Deo, cũ Deo æquo iudicio certare, & cõtendere cupiens. Sed quod [*Deum*] vertit, Hebraicè est אל el, quod cũ duobus pũctis Deũ, vt cõuertit vulgatus significat, cum tribus verò, vt est in libris Hebræis, qui nunc in manibus habentur, est præpositio ad vel cũ significans. Quod itẽ vertit æquabo in Hebræo est verbũ נכר cana, quod est tegere, cognominare, & alio quàm proprio nomine appellare Hebræa igitur ita ad verbũ verteremus, Et hominẽ non cognominabo. Id est, magnificis non vtar appellationibus eius vitia tegens, & iustũ eũ appellãs, cùm impius sit, itaque idem est, quod personam accipere. Et ob eã

rem

rem recte Septuaginta transtulerunt οὐκ μὴν ἔσομαι βροτὸν ἐμὲ ἐνώπιόν σου, neque mortalem reuerebor. Potestq; in hanc sententiam vulgatus interpres exponi. Id est, Deum homini nõ æquabo, vt hominẽ tanquàm Deũ reuerear, & eius dictis, sicut si Dei essent, nihil amplius exquirens fidem habeam.

21 *Nescio enim quandiu subsistam.* Id est, quãdiu in vita manebo. (Quo argumento Christus apud Lucam suadet assiduè vigilare, & virtutis munerib⁹ incũbere. Quia si sciret (ait) pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Sed quod [*subsistã*] cõuertit in Hebræo est verbum נכר cana de quo proximè diximus. Ita ergo hic locus ex Hebræo verbum de verbo cõuertetur, Non enim noui cognominare, id est, Nescio aliquem ita reuereri, vt alio quàm suo eũ nomine appellem. Ita Græci transferunt οὐ γὰρ ἐπίσταμαι θαυμάσαι πρόσωπον non enim scio mirari personam. Est enim eiusdẽ sententiæ, vt diximus, hæc dicẽdi ratio, cuius illa Accipere personam. Est autem apud Hebræos hoc loco futurũ pro infinitiuo, id quod illis vsu euenire solet, vt est in regulis grãmaticis. Sed vulgatus vtroque loco verbũ hoc deriuasse videt, non ex נכר cana, sed ex כון cun, quod stabilire, & rectificare significat, vt hoc loco stabilire, superiori rectificare declaret: cõiungiturq; eius versio aptissimè cũ eo, quod sequitur, quod eandẽ habet sententiã, [*Si post modicũ tollat me factor meus.*] Quare debeo eius causam pro virili parte defendere, & veritatẽ non tacere. Quia beatus ille seruus, quẽ quũ venerit Dñs inuenerit ita faciẽtẽ, vt Christus ait. Septuaginta trãsfe *Luc. 12.*

Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt ἐὰν δὲ μὴ καὶ ἐμὲ φάγεσθε ἕλοντες si nõ me tineę comedant, id est, Moriar si hæc non præstitero. Tineæ interpretati sunt, quod est in Hebræo עָשׁ hoseni, id est, factor meus, sed עָשׁ has tineam etiam significat.

CAPVT. XXXIII.

A Audi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta
2 Ecce aperui os meũ, loquatur lingua mea in faucibus meis.
3 Simplici corde meo sermones mei, & sententiam purã labia mea loquentur.
4 Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me.
5 Si potes, responde mihi, & aduersus faciem meam consiste.
6 Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoq; formatus sum.
7 Veruntamen miraculum meũ non te terreat, et eloquentia mea non sit tibi grauis.
8 Dixisti ergo in auribus meis, & vocẽ verborũ tuorũ audiui.
9 Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, et nõ est iniquitas in me.
B 10 Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus est me inimicũ sibi.
11 Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas.
12 Hoc est ergo in quo non es iustificatus: respondebo tibi, quia maior sit Deus homine.
13 Aduersus eũ contẽdis, quòd nõ ad omnia verba respõderit tibi?
14 Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit.
15 Per somniũ in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo.
16 Tunc aperit aures virorũ, & erudiens eos, instruit disciplina.
C 17 Vt auertat hominẽ ab his quæ fecit, & liberet eum de superbia.

Eruens

18 Eruens animã eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladiũ.
19 Increpat quoque per dolorẽ in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.
20 Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis.
21 Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant nudabuntur.
22 Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis.
23 Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus: vt annuntiet hominis æquitatem.
24 Miserebitur eius, & dicet, Libera eũ, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.
25 Consumpta est caro eius a supplicijs, & reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.
D 26 Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.
27 Respiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi.
28 Liberauit animã suã ne pergeret in interitum, sed viuens, lucẽ videret.
29 Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos.
30 Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.
31 Attende Iob, et audi me: et tace, dum ego loquor.
32 Si autem habes quod loquaris, responde mihi: loquere: volo enim te apparere iustũ.
32 Quod si non habes, audi me: tace, et docebo te sapientiam.

Audi

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVdi igitur Iob eloquia mea, et omnes sermones meos ausculta.

2 Ecce aperui os meum, et loquatur lingua mea in faucibus meis.

Qualis Eliu sit oratio.

3 Simplici corde sermones mei, & sententiam puram labia mea loquentur. Vt iuuenis erat Eliu, ita puerili, vendibili, redũ dãti, & planè nõ graui oratione delectatur, tã lõgo, & feruido exordio vtens.

4 Spiritus Dei fecit me. Id est, Deus fecit me. [Et spiraculũ omnipotentis vinificauit me. Animam suam vocat omni potentis spiraculũ. Sicut narratur in Genesi, Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.

5 Si potes respondе mihi, & aduersus faciem meã consiste.

6 Ecce, & me sicut & te fecit Deus. In Hebræo est si verbum de verbo vertamus, Ecce ego secũdum os tuum Deo. Quod vulgatus intellexit ego sicut, & os tuum ex Deo hausi spiraculum, eique ipsum acceptum refero. Græci obscurius, & concisius conuerterunt, κατὰ σὲ κατὰ σὲ ego secundum te, ideſt, Eodem modo quo tu factus à Deo sum. Quare eadem ratione, qua vulgatus hunc locum intellexisse videntur. Chaldæus item eandem reddidisse sententiam videtur, ita vertens הָא אֲנָא כְּנִמְתָּךְ לְאֵל ha ana dicmatach leela, ecce ego, sicut tu Deo. Hebræi tamẽ aliter, & nõ indoctè quidẽ hũc locũ intelligũt, Ecce ego, sicut tu postulasti, pro Deo loquar. Dixerat enim Iob. c. 13. Duo tãtùm ne facias mihi, & tũc à facie tua nõ abscõdar. Manũ tuã longè fac à me, & formido tua nõ me terreat, voca me, & ego respõdebo tibi, aut certè loquar, & tu respõde mihi. Ait ergo Eliu ex Hebræorum sentẽtia. Verbis tuis Deũ ausus

sus es ad certamẽ prouocare. Ego pro Deo tecũ in certamen descẽdo. Conuenitq; hæc explicatio in ea quæ sequuntur, si hæc Iobi verba citata animaduertamus.

[De eodẽ luto quoque formatus sum.] Alludere videtur ad illud, quod est in Genesi, Formauit igitur Deus hominem de limo terræ. Quare tergi versari non potes dicens, quod te formido mea terreat, sicut te Dei formidinem terrere dicebas. Habes igitur, quod ad disputandum postulabas, Quare protinus dicit. Gene. 2.

7 Verumtamen miraculum meum non te terreat. Id est, nihil in me est, quod vehementer mirari, & ob eã rem conturbari, & timere debeas. Persistit in diluendis verbis illis Iob à nobis modo citatis, vt clarius ex Hebræo cognoscitur. Nam quod [miraculum] vertit interpres, est אֵמָתָה emа, quod propriè terrorẽ significat, & ita vertit ipse vulgatus interpres prouerbiorũ, 20. c. ver. 2. & Græci φόβος timor. Cùm ergo de eodẽ ego luto sim factus, timor mei terrere, & impedire nõ debet, quo minus mecũ audeas disputare. [& eloquentia mea non sit tibi grauis. Ideſt, Esse non debet. Sicut Dei eloquẽtia esset, si tecum pse loqueretur. Quod autem eloquentiá traducit noster interpres. Hebraicè est אַכַּפִּי acppi, quod hoc tantum loco reperitur. Dicuntque Hebræi. א. literam esse adiectã, sicut omnibus literis quiescẽtibus cõtingere solet, & nomen esse כַּף cappi, quod est vola manus. Quare ita hũc locũ interpretãtur, Manus mea non sit tibi grauis. Et ita Septuaginta viri traducũt, vt tollat illud, quod Iob dixisse citauim⁹, Manũ tuá lõgè fac à me. Chaldæus cõuertit וְנָךְ tuni Onus meũ. Sed vulgatus interpres, non vnam, sed duas dictiones legisse videtur hoc modo אַף־כַּף ac pi verũtamẽ os meũ: & vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt latinior esset oro, posuit, Eloquentiã meã. Et quidã Hebræus testatur, ita à quibusdã alijs Hebræis legi solitũ.

8 *Dixisti ergo in auribus meis, et vocem verborũ tuorũ audiui.*

9 *Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me.* Affert ea Iobi verba, quę confutare vult. Id autem Iob dixisse videtur, cap. 10. Et scias, quia nihil impium fecerim, cũ sit nemo, qui de manu tua possit eruere. Et cap. 17. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Calũniabatur fortè Eliu id verbis illis etiã significasse, Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ. Tamen sordibus intinges me, & abominabũtur me vesti mẽta mea. Et illis capitis decimi, Si iustus fuero, nõ leuabo caput saturatus afflictione. Sequitur autem.

10 *Quia querelas in me reperit.* Id est accusationes, sicut queritur accusator de reo, illũ accusans. Ita Septuaginta cõuerterũt μέμψιν δὲ κατὰ ἐμοῦ εὗρεν accusationẽ cõtra me inuenit. Hæc verba Iob dixisse videtur. c. 10. Instauras testes tuos contra me, & multiplicas irã tuã aduersũ me. Et. c. 13. Scribis cõtra me amaritudines, & cõsumere meuis peccatis adolescẽtiæ meæ. Eisdẽ verbis cõtinẽt id, quod verbũ Hebręũ nõnullis Hebręis significat, qđ est תְּרוּעָה tenuot, cuius radix est רוּעַ naua, qđ est frãgere, & hinc תְּרוּעָה tenua fractio, vel vltio secũdũ vulgatũ Num. 14. ver. 34. Et ita nõnulli hoc loco significare putant fractiones, vel vltiones, quæ significatio ad illũ citatũ pertinet Iobi versũ, Scribis cõtra me amaritudines, & cõsumere me vis. &c. Alij Hebręi occasiones hoc loco interpretãtur, id est, Captat occasiones Deus puniendi me. Quoniam, vt Iob dixerat, In memoriam reuocabat Deus peccata adolescentiæ eius

eius. Et alio loco, Tu quidem gressus meus dinumerasti, sed parce peccatis meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea. Sequitur autẽ. [*Ideo arbitratus est me inimicũ sibi,*] Iob locutũ fuisse scribitur cap. 13. Arbitraris me inimicum tuum. Et cap. 7. Quare posuisti me contrarium tibi. Iob. 14.

11 *Posuit in nerno pedes meos custodiuit omnes semitas meas.* Verba etiam Iobi sunt cap. 13. vers. 27.

12 *Hoc est ergo, in quo non es iustificatus.* Idest, in quo peccasti, nec rectè ista iactans locutus es, sed tuam potius insolentiam, & nequitiã manifestas. Thesis est totius cõfutationis, quam multis deinde persequitur.

[*Respondebo tibi, quia maior sit Deus homine.* Id est, hoc vno argumento temerè te locutum fuisse probabo. Quòd Deus homine maior sit, Quæ Dei præstantia potest, & ad potentiã & ad sapientiã eius referri: vt cum vtraque Deus homini præstet, nihil neque argumentis, nemaledictis ad eius iras reprimẽdas proficiet. Estque argumentum hoc firmissimum ad diuina iudicia tractãda, & sanum hominem conuincendum, ne audeat, cũ à Deo punitur, quidquam temerè loqui. Nam cum longè maior Deus homine sit, non potest, non facere res multas, quarum causas homo nõ assequatur: sed ei penitus mirabiles sint. Sicut ille dixit, Quoniã magnus es tu & faciens mirabilia Et alio psalmo tanta maiestate conuictus, Obmutui, & non aperui os meum, quoniã tu fecisti, amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuę, ego defeci. Sed Iob potius hęc in amicos suos qui imperitè ex eo, quod casus dat, rationem diuinorũ iudiciorum tractabant, quàm in Deum dicebat. Nec hoc grauissimum argumẽtum, quod modo proponit

Argumentum firmissimum ad diuina iudicie tractanda. *Psalm. 85.* *Psalm. 83.*

Eliu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eliu ignorabat. Imo illud pluribus capite nono perſe cutus eſt. Sapiens (ait) corde eſt, & fortis robore, quis reſiſtit ei, & pacem habuit. Hebræi tamen aliter hunc verſum collo diſtinguunt, Athna accentum ſub אעניך ehnecha reſpondebo tibi, collocantes. Ita igitur hunc verſum legunt, Hoc eſt ergo in quo non eſt iuſtificatus, reſpondebo tibi, quia maior ſit Deus homine. Sed cùm eadem vtroque modo ſententia ſit, eademque verborum conſtructio, leuis hæc differentia eſt. Græcorũ tamen verſio longius differt, ita enim conuertũt πῶς γὰρ λέγεις δίκαιος εἰμι κὺ ὃς ἐπακήκοε μὸυ ἀἰώνιος καὶ ἐστιν ὁ ἐπακούσας quomodo enim dicis iuſtus ſum, & me non audiuit: Æternus enim mortalibus præſtat. ſententia quidem facilis eſt, & cum contextu cohærens. Vt repetat illud Iobi dictum, quod grauius eorũ animos offenderat, quo ſuam innocentiam venditare videbatur, iuſtum ſe prædicãs, & illa fortuna indignũ. Sicut verſ. 8. & 9. dixerat. Dixiſti mundus ſum ego, & abſque delicto. Illud autẽ, & me nõ audiuit, Iob ſignificaſſe videtur dicens cap. 13. Voca me, & ego reſpõdebo tibi, aut certè loquar, & tu reſpõde mihi. Cur facie tuã abſcõdis? Illud autẽ, Æternus mortalibus præſtat, pertinet ad hoc refellendum, cùm enim infinito inter uallo hominibus ſapientia, & potentia antecellat, abſurdum eſt velle quemquam hominem, cum eo diſceptare, vt ſuam ei probet iuſtitiam. Difficilè tamen eſt hanc verſionem Hebræis verbis aptare. Illud autem quod eſt in Hebræo הן זאת hen zot, quod vulgatus vertit, [*hoc eſt ergo in quo,*] & Chaldæus, & Hebræi האאר ha da, eccè hoc, Græci conuerterunt πῶς γὰρ λέγεις quomodo dicis. Illud autem לא צדקת lo za

dacta, quod vulgatus Chaldæus, & Hebræi, Non iuſtificatus es, tranſtulerunt Græci, non ſecunda, ſed prima perſona dictum fuiſſe intellexerunt, quod fieri poteſt tãtũ ſi Iirich loco Camez ſubſcribatur, tum nõ negatione, ſed interrogatione elatum fuiſſe iudicarunt. Tanquàm ſi diceret, Nonne iuſtificatus ſum? Quã interrogationẽ ipſi afirmatione explicarũt vertẽtes, Iuſtus ſum. ענה hana verò & reſpõdere, & audire ſignificat, אלוה eloa verò Deum, Æternũ verterũt, eũ ſit propriũ eiũ Dei nomẽ. Ipſe enim tãtũ æternus eſt. 13 *Aduerſus eum contendis, quòd non ad omnia verba reſponderit tibi.* Hoc tangit illud, quod Iob multa contentione capite decimo dixit, Indica mihi cur me ita iudices, Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris, & opprimas me? &c. Et capite decimo tertio, Tu reſponde mihi, quantas habeo iniquitates, & peccata, &c. Id eſt, audes petulanter multis cum Deo verbis contendere, quòd ipſe tacere videatur, neque ſigillatim ad omnia verba tua reſpondere. Perinde quaſi opus eſſet ei tot verba in te confutando fundere, ac non ſatis apertè aliter ſuam ſententiam explicet: vt ſtatim reliquo capite declarat. Sed ad verbum ita interpretante Chaldæo, in Hebræo eſt, Cur aduerſus illum contendis? quoniam omnia verba ſua non reſpondebit. Eſtque doctiſsima, & acutiſsima ſententia, id eſt, Cur vis, vt tibi reſpondeat is, qui omnia conſilia, omneſque rationes ſuas tibi explicare non poteſt: quippe quæ à te comprehendi nequeant, cùm infinitæ ſint. Eſſetque vehementiſsimum argumentum ad conuincendum eum, qui cum Deo de me rito ſuo diſputare voluiſſet: niſi cõpertum eſſet Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non summo iure, sed ex æquo & bono cum hominibus, agere decreuisse: secus enim in comprehensibilia sunt iudicia eius. Quis enim cognouit sensum Dni? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, *Rom. 11.* & retribuetur ei? vt Paulus ait. Græci verò illud דברוך debarau verba sua verba mea intellexerunt. Quare. 7. in illorum libris defuisse videtur, vt erat facile, cum litera sit quiescens, quæ leuiter adest, & abest. Et verterunt, Verba iustitiæ meæ, ad ea magis explicanda, id est Verba quibus ego meam iustitiá declaro. Et דעכר iahane responderit, vt vertit vulgatus, exaudiet ipsi conuertunt. Vtrũque enim (vt diximus) significat; דרדרת ribota verò quod Contendis est, vt cõuertit vulgatus, Græci contentiosè dicere, significare existimarunt. Et ob eam rem Dicis transtulerunt. Ita ergo totũ versum interpretati sunt λέγεις ἢ διὰ πίστιν δικαιοσύνην μὴ ἔκκλινον τὸν ῥῆμα dicis autem quare iustitiæ meæ nullum verbum audit.

14 *Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit.* Declarat Deum iam respondisse Iob. Quare frustra petit dicens, Respõde mihi, quantas habeo iniquitates. Frustraq; queritur, secundum versionem superioris versus Græcorum, quòd cum Deus clamantem, & iustitiam suam testiãtem á nõ audierit. Ait ergo, loquitur quidem Deus respondens, sed attentè eum oportet audire: nam secundo idem non repetit. Semel quòd dicit, *2. Cor. 6.* ad totum tempus pertinet, quod Paulus vocat acceptabile, idest, Quo nos erudire decreuit, & præcepta vitę optimè instituendæ dare, secundò autem non repetere dicit, quoniam si semel hoc tempus effluat, secundò illud reuocare nõ possumus. Ita Christus semel

Deũ semel loqui quid sit.

in

in mundum ad homines docendos venit. Sicut semel mente Dei patris natus est, & propterea Dauid, dixit in psalmo, Paulo in epistola ad Hebræos interprete, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Quoniam eras eum minimè audietis, quia secundo idipsum non repetet, vt ait Eliu. Variè tamen hic versus exponitur, quia verbum שדר sur, quod vulgatus [*Repetit*] conuertit, significat Hebræis cantare, & videre. Primæ significationis rationem ducens vulgatus transfert [*Repetit*] vt latinior esset oratio. Chaldæus tamen & Hebræi secundam intelligunt. Et ita hunc locum quidam explanat Hebræus, Quoniam vna via loquitur Deus, & in duabus non videbit illam, scilicet viam, hoc est, Deus semper sibi cõstat in reddẽdis oraculis, & hominibus docẽdis, neque modo efatur vnũ, & postea diuersum. Nã duabus ingredi vijs reprehendit Ecclesiasticus, cap. 2. &. 4. In quã rationẽ Iacobus dixisse videtur, Omne datum optimũ, & omne donũ perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quẽ non est trãsmutatio, nec vicissitudinis obũbratio. Ob eam enim rem numerum binarium aspernabantur, & cauendum esse putabant Pitagoræi, quòd principium esset diuisionis, atque discidij. Et quòd dicit, In duabus non videbit illam, id est, Nullatenus sui dissimilis cognoscetur Deus. Estque similis dicendi ratio eius quæ est in lamentationibus, Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit. In Hebræo ad verbum est, Dominus non vidit. Potest, & aliter hic locus exponi, vt cùm tres, sicut videbimus, rationes tractet Eliu, quibus Deus cum hominibus loquitur, secunda modò nullã

Hebr. 4.

Eccles. 2. & 3.

Iacob. 1.

Thren. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homini ſpeciem obijcit, aut imaginem proponit, ſicut prima, & ſecunda, ſed ſupplicijs, & pœnis ſuam ei voluntatẽ declarat. Et propterea dicit, Et in ſecunda non videbit illum. Quæ explanatio Chaldæo placuiſſe videtur, ita traduces, Quoniam vna vice loquitur Deus, & in ſecunda neceſſe ei non eſt intueri illam. Id eſt, ne quæras in ſecunda loquendi ratione vllam imaginẽ, & ſpeciem eius, licet enim nullam ſenſibus loquentem proponat, loquitur tamen. Quidam Hebræus, qui doctus habetur inter illos, ita explicat, Secundam loquẽdi rationem iniquus homo nõ vidit. Quia licet multis pœnis atque ſupplicijs propter ſcelera ſua afficiatur, hæret tamen in illis, neque cognoſcit, quòd illũ Deus tantis calamitatibus à peccatis auocet. Quemadmodũ illis dixit Dauid, Intellectum tibi dabo, & inſtruam te via hac qua gradieris. Nolite fieri, ſicut equus, & mulus quibus non eſt intellectus, In camo, freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris, ſperantes autẽ in Domino miſericordia circundabit. Siquidem vident, & cognoſcunt inter ſupplicia tãquàm filij patris ſui voces, & hortationes. Sicut eodem pſalmo dixerat Dauid, Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Licet hæc ſatis probabiles explicationes ſint Hebræorum verborum: exiſtimo tamen Hebraiſmum eſſe, In vna, & in duabus pro eo, quòd Latini dicunt, Semel & iterum. Quo & vſus eſt Dauid dicens, Semel locutus eſt, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt. Simili etiam Hebraiſmo Paulus vſus eſt ad Philippenſes ſcribens, Theſſalonicam ſemel, & bis in vſum mihi miſiſtis. Significat ergo ſemel

Pſal.3.

Pſal.61.

mel, & iterum, id eſt, Sæpe nobiſcum loquitur Deus, licèt rationem, qua nobiſcum loquitur, non videamus neq; cognoſcamus. Sicut Eſaias auctor eſt, Dixi, Ecce ego, ecce ego ad gẽtẽ, quæ neſciebat me, & quæ nõ inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via nõbona poſt cogitationes ſuas. Paulus etiã ait Multifariã multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis. Quam interpretationem Græci ſecuti fuiſſe videntur, ita conuertentes ἐν παντὶ τῷ πάλαι λαλήσαι κύριος ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ſemel loquitur Deus, & iterũ. Vel poſſumus explicare, & vt quidã explicat, Vna, & alia via loquitur Deus cum eo, qui primam non animaduertit atque cognoſcit. Sicut eſt multis modis cum Pharaone locutus, cum mundo item. Quod generatim dixit, ſæpe Deum fuiſſe locutum, ſpeciatim explicat Deiloquendi rationes, eas omnes in tria genera deſtribuens.

Eſai.65.

Hebr.1.

15 *Per ſomnium in viſione nocturna quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo.* Sicut locutus eſt cum Abimelech, vt narratur in Geneſi, Venit autẽ Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi, &c. Et cum Laban, qui vt eſt in Geneſi, Vidit in ſomnio dicentem ſibi Dominũ. Cum Pharaone, cum Nabuchodonoſor, & alijs. Quod dicit, [*Quando irruit ſopor*,] Ita eſt in Hebræo תרדמה tardema ſopor grauis. Sed Septuaginta cõuertunt φόβος terror. Fortèque timorem illum intelligũt, qui ſomnum, vt natura fert, effecit, timore atque triſtitia extremo corpore refrigerato. Vel illum timorem, quem inſomnium afferre ſolet, Sicuti in Daniele ait Nabuchodonoſor, Somniũ vidi, quod perterruit me, & viſiones capitis mei conturbauerunt me.

Geneſ.20

Tribus modis loquitur Deus cũ improbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 *Tunc aperit aures virorũ, & erudiens eos, instruit disciplinã.*
Vt expositis cognoscitur exẽplis, Aperire aures He-
Psalm. 39. braismus est, docere significãs. Vt in psalmo, Aures au tẽ perfecisti mihi. In Hebręo ad verbũ est, Aures perforasti, id est, Me docuisti, Sicut clausas habere aures dicuntur ij, qui rudes sunt diuinæ disciplinæ. In eandẽ rationem Græci conuertunt, licet pro aure νόον mentẽ tem conuertant. Addunt autem ἐν δόλοις φόβου in specie bus timoris. Vt magis declarent, qua eos ratione instituat. Timorẽ enim incussit Abimelech, & Labam, & Nabuchodonosor, vt eos doceret, quid factu opus esset. Quod verò vulgatus ait, [*Et erudiens instruit eos disciplina,*] planè conuersum esse puto, quod obscurè ponitur in Hebreo ובמכר דחתם vbemoçar iahtom. Significat autẽ חתם hatam signare, claudere: quia quæ claudimus signare solemus. מסר iaçar autem, ex quo מוסר muçar est erudire, castigare, vincire, ligare, & ita מוסר muçar disciplinam, castigationem, & vinculũ. Quare quidã ita hunc locũ conuertunt, Et vinculo eorũ claudet. Quæ cõuersio mihi certè non placet. Alij melius, Aperit autem, vt dixit, & castigationẽ, quam signauit, idest, Declarat illis pœnas, quas sumere decreuit, quasi lata signataq; sententia, nisi corrigantur, & emẽdẽtur. Vt ex insomnijs Abimelech, & Labã, & Nabuchodonosor facilè cognosci licet, Quam sententiam Græcos significasse opinor, ita traducẽtes τοιούτοις ὕπνοις ἐξεφόβησεν talibus eos exterruit. Omnia deniq; in eam rem cidunt sententiam, quam extulit vulgatus.

17 *Vt auertat hominẽ ab his quæ fecit, & liberet eum de superbia.*
Idest, vt eius corrigat peccatũ. Quod [*De superbia*] dicit, species esse videtur pro genere, id est, de peccato, vel

appositè

appositè omne peccatũ superbia vocat. Quòd magna superbia sit Dei audere leges infringere, & cũ infinita maiestate inimicitias gerere, id quod Ecclesiasticus tradit dicens, Initiũ superbiæ hominis apostatare à Deo. Quoniam ab eo, qui fecit illum recessit cor eius. Quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit eam adimplebitur maledictis, & subuertet eũ in finẽ. Sed גרה geua, quod superbiã vulgatus interpretatus est, corpus etiã significat. Et ob eam rem Septuaginta intellexerũt, Corpus eius liberet, & vt id planius face rent, casum addiderũt, ita vertentes ῥῦσαι σῶμα αὐτὴς ἀπὸ πολέμου ἐξόδου corpus autẽ eius casu liberauit. i. Eo casu, & calamitate, quę illũ, nisi emẽdaretur, manebat.

Omne peccatũ superbia vocatus. *Eccli. 10.*

18 *Eruens animã eius à corruptione, & vitam illius, vt non transeat in gladiũ.* Narrat quot malis liberatur homo correptionẽ, & disciplina Dei per insõnia. Animã p corpore vsurpari familiare est Hebræis. Quod gladiũ dicit, vt est in Hebręo, Græcè est πολέμῳ bello, quod idẽ est.

19 *Increpat quoque per dolorẽ in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.* Hîc agit de secunda via, qua Deus corrigit homines, & à sceleribus reuocat. Quę est malis eos, & calamitatibus pręmẽdo. Vnũq; tãtũ ponit calamitatis genus, ex quo, & alia intelligũtur, corporis ęgritudinẽ morbumq; grauissimũ. Quòd dicit, [*Omnia ossa eius marcescere facit.*] Paraphrasi aptè explicuit, quod est in Hebræo, & multitudo ossiũ eius אתן etan forti subaudi dolore afficitur. Quã Dei docendi rationẽ vehemẽter cõsiderare oportet, quã longè frequẽtius alijs ab eo teneri puto, vt eũ in miserias, & ærumnas venerimus, magno studio aliquã Dei mentẽ, & voluntatẽ quęramus: quam malis, & detrimentis illis nobis ab eo significari

Pœnis Dei frequẽtius quã alijs docet modis.

pro certo credamus, In hoc enim differt inter bonos, & iniquos viros, vt versu. 14. dicebamus, quod illi iacturis sapientiores fiunt. Nã Dei ex eis voluntatem cognoscũt. Isti verò, quia nihil intelligũt, nihil proficiũt, sed tantùm iacturã faciunt. Hanc Dei erudiendi rationem optimè explicuit Esaias dicens, Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Ita enim accidisse literis sacrosanctis cõstitutum est. Vt trium annorum fame Deus significauit pœnas esse repetendas à domo, & familia Esau propter violatam ab eo Gabaonitis fidẽ. In eodem capite planius, id tradit Esaias, Post pauca addens, Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partũ, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine. Concepimus, & quasi parturiuimus, & concepimus, & peperimus spiritum salutis. Hac via eruditi optabat Dauid dicens, Proba me Domine, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. Et hac ratione à Deo imbui, & ad virtutis præcepta se informari cognoscebat psalmo trigesimo septimo, toto ferè psalmo, dicens, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: quoniam sagittæ tuę infixę sunt mihi, cõfirmasti super me manum tuam, non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, nõ est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorũ, &c. Et psal. 31. Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærũna mea, dũ cõfigitur spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci, & iniustitiam meã non abscondi. Ac denique hæc certissima via est discen-

Esai. 26.

2. Reg. 21.

Esai. 26.

psalm. 138

Psalm. 37.

Psalm. 31.

discẽdi pietatẽ, & verã doctrinã Dei. Hac cunctos discipulos suos ipse suis præceptis, & disciplinis instituit, vt multis tradit Ecclesiasticus capite secundo. Quare qui vel desidia ignauiaque mollitus hanc viam recusat, vel eam errore inflatus negligit, verę virtuti veræque laudi se nuncium remisisse cognoscat.

20 *Abominabilis efficitur in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis.* Amplificat morbi vim quo aliquando quispiam, vt ad pietatẽ informetur vrgetur, ideſt, Morbo cõfectus in cibo, vel antè suauissimo ita fastidit, vt eum abominetur. Quam vim is videtur expertus fuisse qui dixit, Percussus sum vt fœnũ, & aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panem meum. Eademque est trium æditionum sententia, licèt nõnihil verbis differre videantur. *Psal. 101.*

21 *Tabescet caro eius.* Vel macie, vel vt exponunt Septuaginta auctores ἕως ἂν σαπρώσει ἀνῃ̃ὰι σαρκες, vt putrescãt eius carnes. Addũt Hebręa מראה meroi, qđ difficilẽ cõstruitũ. Quidã exponũt, Visu. Alij, meviděte. Sed aptior mihi videt Chaldæi expositio, מן קדמוהי min lemehme ab aspectu cõsũpta est, ideſt, Ita tabescit, vel putrescit, vt planè nõ appareat. [*Et ossa quæ tecta fuerant nudabũtur.*] Vel carne putrescẽte, vel macie tabescẽte, sicut de hominibꝰ macie cõfectis Hispane dicimus, *Está en los huessos.* Quod etiam significabat Dauid dicens, Adhæsit os meum carni meæ. Vel sic ille fortè de quo ipse dicebat, Dinumerauerunt omnia ossa mea. In eadem rationẽ Græci cõuerterunt ἀποσκλήρυναν τὰ ὀστᾶ αὐτῃ̃ς ossẽdet ossa sua vacua, carne scilicet. Hebręa tamen hoc idem magis amplificãt, quæ ita verbũ de verbo vertẽtur, Cõterẽtur ossa eius non videbũtur, & sic

Psal. 101.

Psalm. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuertit Chaldæus. Id est, ita cõterentur, vt ossiũ spe-
psal.21. cies, non relinquatur. Simili phrasi vsus est Dauid di-
psal.140. cẽs Dispersa sunt omnia ossa mea. Et alio loco, Dissi-
pata sunt ossa nostra secus infernum,

22 *Appropinquauit corruptioni anima eius*, Id est, ita morbo vrgetur, vt citò periturus esse videatur. [*Et vita illius mortiferis.*] Id est, mortem afferẽtibus. Nam in Hebræo est participium tertiæ cõiugationis hiphil ממיתים me mitim eas morbi concitationes, & exacerbationes intelligere puto, quas paroxysmos medici vocant, quæ propinquæ mortis indicia sint. Et ob eam rem Septuaginta transferunt ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐν ᾅδῃ vita eius in inferno Hebraismum facientes, idest, in sepulcro.

23 *Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus: vt annuntiet hominis æquitatẽ.* Hęc est tertia via, per quã Deus hominibus suam dõctrinam tradit, per prophetas & angelos recta monentes, & vltionem Dei, nisi resipiscant, minãtes, quos annunciare hominis æquitatem dicit. Et Græci transferunt ἀναγγείλῃ δὲ ἀνθρώπῳ τῷ αὐτοῦ μέμψιν τῷ δὲ ἀνομίαν αὐτοῦ δεῖξαι annũciet autẽ homini eius reprehensionẽ, & iniquitatem eius demõstret. Quòd homines flagitij reprehendãt, quòd nuncient quod æquum, & honestum sit, & quid hominẽ oporteat facere, quò mala, & incommoda grauissima sibi à Deo impendentia subterfugiat. Quos ob eam rem θανατοφόρους mortẽ afferentes Græci nominarũt, & Chaldęus קטיגוריא

Deo loqui tur per nũcios. catigoraia accusatores. Minimè quidem literas sacras extorquentes, vt quidam criminatur interpres, sed aptè exponentes. Horum multa sacris literis exempla suppetunt. Vt angelus ille, qui de Galgalis ad lo-
Iud.2. cum flentium ascendisse scribitur iudicum secundo

capite,

cpite. Et ille vir Dei, qui venit ad Heli increpans eius inertiam, quòd in filiorum eius sacrilegijs cõniueret. Huiusmodi angelus fuit Samuel reprehendẽs Saul, eò quòd sacrificium facere ausus fuisset: cùm id muneris sacerdotes tantùm attingeret: & eò quòd Agag ignouisset. Natham etiam in his angelis numeratur reprehendens nefarium adulterium Dauidis. Et ille qui verbis Domini arguebat Salomonis idololatriam. Elias item sceleris conuincens Acab, quòd Naboth iniquè vinea, quę à maioribꝰ ei hęreditate venerat, euertisset. Et idcirco vnum de millibus dicit, quia est frequẽs horum nunciorum vsus. Tum hic numerus finitus pro infinito angelis attribui solet propter eorum magnam multitudinẽ. Vt in Daniele, Millia millium ministrabant ei. Quod verò Græci addunt interpretes εἰς ἀυτῶν δὲ μὴ πρᾶσσει ἀυτὸν, ἐὰν νοήσῃ τὰ καρδίας ἐπιστρέφειν πρὸς κύριον, nemo autem eum ledet, si corde sapiat se ad Deum conuertere, optimè quadrat, & locum illustrat, declarãs qua doctrina huiusmodi angeli homines imbuant, vt ad Deum se conuertere sciant. Declarans item quod ex huiusmodi doctrina emolumentum percipiant, quod telũ Dei acerbissimũ declinabũt. Quod Achab expertus fuisse narratur. Nam quia se operuit cilicio, ieiunauit, & in sordibus iacuit ad nunciũ Eliæ, calamitates eas non vidit, quas ei interminatus fuerat Elias. Id etiã vtilitatis ex tali doctrina Niniuitæ suscipisse literis sacris mãdatur in libro Ionæ. Ea enim lex à Deo in Ezechiele incisa est, Si impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iustitiam vita viuet, & non morietur omniũ iniquitatũ

1.Reg.2. *1.Reg.13.* *& 15.* *2.Reg.12.* *3.Reg.11.* *Dan.7.* *Ezech.18.*

eius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius,quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quã operatus est viuet. Ex quo rectè intelligitur,quod statim sequitur.

24 *Miserebitur eius,& dicet,Libera eũ,vt nõ descẽdat in corruptionem:inueni in quo ei propitier.* Id est,si eũ angeli reprehẽsione conuictũ verè ex animo q; peccasse pœnituerit. id autẽ quod inuenisse dicit,[*in quo ei propitier*] eius pœnitentia est:qua Deus adductus agit pœnitentiã super malo,qđ cogitauit,vt faceret ei. Sicut Hieremias dicit. *Hiere.18.*

25 *Consumpta est caro eius a supplicijs.* Id est,si cõsumpta fuerit à supplicijs. In Hebræo est pro consumpta רטפש rutapas,quod verbum hoc tantum loco reperitur: & ob eã rẽ nõ satis eius significatio cognoscitur. Vulgatus Chaldęũ secutꝰ fuisse videtur,ita vertẽs, Ipsa enim אתקלש itcalis,vel vt in alijs codicibus אתחלש ithalis attenuata est,debilitata est. Hebręi tamẽ Septuagin ta interpretibꝰ subscribũt,interpretãtes,Floreſcet,ſuculentior,& tenerior fiet caro eius,quàm caro pueri, vt non iacturã,sed restitutionẽ eius his verbis,sicut sequẽtibus amplificet. Græci enim hac paraphrasi id explicant ἀνανεώσει αὐτὸ τὸ σῶμα ὥσπερ ἀλοιφὴν ὑπὸ τοίχου τὰ δὲ ὀστᾶ αὐτὸ ἐμπλήσει μυελῶ ἀνοιπλυνεῖ αὐτῷ τὰς σάρκας ὥσπερ νηπίου, renouabit corpus eius,sicut vnctionẽ in pariete,ossa autem eius implebit medulla,& carnes eius implebit,sicut infantis. ἀλοιφὴν vnctionẽ autẽ eam crustã Septuaginta appellare puto,quæ parietibus inducitur,vt nitidiores,& candidiores videãtur. Nã ἄλοιφὴν τὸ παντοίχαν κονίαμα dicit esse Eustachius Iliadis.9. libro. Crusta fortasse Latinè diceret, vel vt alij volũt tectoriũ. Et ἀλοιφὸν τοίχου exponit τὸ κονίαμα χρίειν, calce linire. Est enim ἀλείφω generale verbũ Gręcis, vt Latinis linire

Reſarciuntur dãna pœnitentis

linire. Vtitur autẽ scriptura exẽplo carnis pueri ad significãdã perfectã carnis tabe,& macie confectę,vt dixerat restitutionẽ. Ita enim de Naamã ab Eliseo aquis Iordanis curato dicitur in.4.Regũ. Et restituta est,caro eius,sicut caro pueri paruuli,[*Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.*] Id est,licèt eius caro cõsumpta,& debilitata morbo sit,sicut Chaldęus & vulgatus exponũt, recuperabit tamẽ valetudinẽ,& eam sui corporis constitutionem,quam adolescens habebat. Ita etiã dixerat Sophar, Cùm te cõsumptũ putaueris,orieris,vt lucifer. *4.Reg.5.* *Iob.11.*

26 *Deprecabitur Dñũ,& placabilis ei erit.* Ponit aliud emolumentũ,quod suscipiet is,qui ab angelo monitus resipuerit. Quod Deus ei placatus eius preces audiet. In qua vna re,quidquid desiderari potest, positũ est,quã Deꝰ viro benęuolo,& amico suo promittit, vt verbis eius ait Dauid,Clamauit ad me,& ego exaudiã eum. *Psal. 90.*

[*Et videbit faciẽ eius in iubilo*,Licèt Deus(vt ait Dauid(terribilis sit super omnes Deos,vehementerque perterre faciat eos,quibus se ostendit,vt ex multis cõstat sacræ scripturę locis:tamẽ qui eius gratiã recõciliauerit, nõ timore perculsus,sed magna affectꝰ lętitia ingẽtiq; gratiarũ actione in tantis eius acceptis beneficijs eũ videbit. Id enim est iubilus quẽ dicit. Est enim in Hebræo תרועה teruha,qđ est vociferatio acclamatio. Ex quo intelligit Gręcorũ versio,quę difficilis videbãt εἰσελεύσεται δὲ προσώπῳ καθαρῷ συνεξηγορίᾳ ingredit vultu puro eũ enarratione.i. vultu non tristi atq; mœsto, sed hilari atq; lęto. Enarrationẽ appellarũt acclamationẽ & vociferationẽ,quã verbũ Heorçũ significare diximꝰ. Et optimè sic declarat,cuiusmodi illa futura sit vociferatio, qua narrẽtur beneficia,& facta pręclarissima Dei. quã *Psal.95.*

accla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

acclamationē luculēter cōposuit Dauid psal.102. Benedic anima mea Dño,& omnia quę intra me sunt nomini sancto eius,&c. Quòd autē vulgatus,& Hebræi dicunt videbit faciem eius,non de visione beata puto intelligendū esse,sed de ingressu tēpli,quo Deū precaturus est. Et hac de causa Græci traduxerunt εἰσελεύσεται ingredietur, tēplū inquā. Qui locus quia Deo dicatus erat facies Dei ab Hebræis appellabatur. Ita enim ipse Deus de Salomonis tēplo locutus est, Elegi locū istum mihi in domum sacrificij,&c. Populus deprecatus me fuerit,& exquęsierit faciē meā,& egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis,& ego exaudiā de cęlo,& propitius ero peccatis eorū. [*Et reddet homini iustitiā suā.*] Idest,mercedē pro meritis soluet ei. Quę iustitia rectè appellatur,quia viro bono iure debetur, vt nos libro nostro secundo de vera religione multis aduersus nostri tēporis hæreticos probauimus,ita enim dicebat Dauid,Reddet mihi Dñs secundum iustitiā meā, & secūdum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

psal. 102.

2 *par.* 7.

psalm. 16.

27 *Respiciet homines.* Quidā huius verbi suppositum,idē esse putāt. Quod sequētis,[*& dicet,*] homo inquā qui in Dei gratiā redijt,respiciet homines,id est,nō solū facie Dei,sed etiā homines lætus videbit. Quia neminē timebit Dei fretus præsidio. Alij nō idē quod sequētis, sed idē quod pręcedētis,[*& reddet homini*] Deus inquā respiciet homines,id est,eis prouidebit, & eorum bona tribus his modis procurabit, expectans vt resipiscant,& in gratiā suam restituantur. Sicut dixit Dauid, De cælo respexit Dñs, vidit omnes filios hominū,de præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitāt terrā. Sapiētissimēq, postquā iusti.ię hominis mentionem fecit,Deum homines respicere adiunxit. Vt intelligamus totā hominis iustitiam,qua benè de Deo meruit,Dei misericordia niti,qua Deus commotus hominem peccatis cōtaminatum primo respexit, & sibi recōciliauit, vimq; benè merendi tribuit. Quē admodum dicebat Dauid, Deus susceptor meus est, Deus meus misericordia eius præueniet me. [*Et dicet peccaui,& verè deliqui,*] id cognoscere atque fateri oportet eum,quem verè peccati pœniteat. Neque enim potest is erratum corrigere,qui non se errasse cognoscit. Et propterea dicebat Dauid,Dixi,cōfitebor aduersum me iniustitiam meam Domine, & tu remisisti impietatem peccati mei. [*Et vt eram dignus,non recepi,*] Debet etiam summam Dei erga se clementiam animaduertere. Qui non meritas pœnas ab eo sumpsit,sed patiēter eius crimina tolerauit,& diē ex die dum ad frugem bonā se reciperet, expectauit. Et quia magnis supplicijs dignum se cognoscebat Dauid,ne pro meritis puniretur,Deum precabatur dicēs,Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira tua corripias me. In eandē sententiam Græci,& quidam Hebræi Hebræa verba interpretantur. Nam שׁוה saua est æquare. Hinc fieri merito putant,vt nomē שׁוה saue æquale significet,rectēque לא שׁויתי lo sauali,non æquale mihi,declarare intelligatur: quod magis Latinè enunciatur, Vt eram dignus non recipi. Alij Hebręi exponunt,Non æquum mihi, id est, Iniquè egi, vt sit idem, quod duo illa verba proximè præcedentia,Peccaui, & verè deliqui. Vt multis verbis idem significantibus vera, & examino pēccati confessio fuisse indicetur. Ita enim Dauid scelus fatebatur suum,Quoniam iniquitatem

Hominis iustitia Dei misericordia nititur.

Psal. 52.

Psalm. 31

Psal. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem meam, ego cognosco, Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci. Per se peccasse dixit. Inquam sententiam Chaldæum vertere dicunt. Sed cum eadem prope vox Chaldæa שרי saue, quæ Hebræa sit, eandem habet ambiguitatẽ apud Chaldæos, quę apud Hebræos. Quare priori modo potest etiã Chaldæus intelligi. Alij quia שרי saua prodesse significat, ita hunc locum interpretantur, Nõ profuit mihi. Et secum Chaldæum sentire dicunt. Valde enim spectat ad eum, qui scelus emẽdaturus est, vt magnam esse cognoscat sceleris inutilitatem. Nam cõtraria falsa quidem opinione homines miserè inescantur. Quare Romanis Paulus scribit, Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Cum igitur, hæc tres explanationes aptè in hũc locum quadrent, possumus affirmare hanc vocem ambiguam tota sua ambiguitate rectè hîc conuenire.

Rom.6.

28 *Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum.* Id est, hac tam vera, tam sancta sceleris sui confessione se impendente morte liberauit. Vel eũ Deus propter huiusmodi confessionem liberauit. Vtrumque enim suppositũ in hanc conuenit orationem. Id in Ezechia planè expertum est, vt scribitur in regibus, & in Esaia. Idque cõsilij Daniel Nabuchodonosori dabat, quo Dei grauissimam eminentem ei vindictam auerteret. Ex quo satis constat veram cum Deo reconciliationem nõ solum animo vitam, sed etiam corpori nonnũquàm concedere. Quod adũbrari puto mortuis illis, quos Christus ad vitam reuocauit. [*Sed viuens lucem videret.*] Lucem videre periphrasis est viuentis.

Esai.38.
Dan.4.
Reconciliatio eũ Deo parit vnũ non solum animi, sed interdũcorporis.

29 *Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos.*

Non

Non rectè quidam hũc locum explicat dicens, Numerum esse finitum pro infinito, id est, Sępe. Temere tamen ex hoc loco alij in eam opinionem adducti sunt, vt putent ter tantùm vnumquemque iniquum in Dei gratiam recipi, narrante Matthæo, Accedens Petrus dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. Sed facilè hîc locus exponitur, si cõclusionem esse intelligamus traditę ab Eliu doctrinę, hoc est, His tribus modis Deus cũ iniquis hominibus agit, vt vel insomnijs, vel plagis, vel nuntijs eos à vitijs auertere conetur. Quod facilius intelligitur ex verbis Hebræis, nam illud [*Per singulos,*] in Hebręo ad verbum est, Cũ viro. Et ex versione Græca, quæ sic habet ἰδὸὺ τάντα ποιεῖ ὁ ἰσχυρὸς ὁδοὺς τρεῖς μετὰ ἀνδρός Ecce hæc omnia facit Deus tribus vijs cum viro. Sed dubitatio est, an his tãtum modis cum hominibus loquatur Deus. Nõne beneficijs etiam, sicut & pœnis loqui existimabimus? eũ commemoratione beneficiorum se Dauid excitet ad Deum diligẽdum amandumque toto illo psalmo, Benedic anima mea Dominum, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Dominum & noli obliuisci omnes tributiones eius, &c. Et alio psalmo ait. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Commemoratione etiam beneficiorum Natham adulterij reprehendebat Dauidẽ. Sed hîc Eliu eos tantùm modos persequitur, quibus Deus non cum pijs, sed cum iniquis hominibus agit, vt à flagitijs auertantur. Beneficijs autẽ nihilo melior, sed potius deterior iniquus homo fit, neque magis sa-

Matth.18

Psal.102.

2.Reg.12.

Beneficijs melior nõ fit iniquus homo.

pit,

pit, sed potius insipientior redditur. Vt auctor est
Esai.26. Esaias dicens, Quum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iustitiam facere, in terra sanctorum iniqua gessit. Non igitur beneficijs Deus cum iniquis loqui, sed tacere potius, atque dissimulare existimandus est. Quare rectè Eliud distribuit vias omnes, quibus Deus cum scelleratis loquatur hominibus. Quibus si adiungatur ea, quæ in præstandis beneficijs cernitur, rationes omnes numerabuntur, quibus cum hominibus tã probis quàm improbis Deus voluntatem suam communicat. Non enim dubito, quin ex beneficijs sibi collatis nimis intelligãt viri boni, quàm bonus sit Deus, vehementerque ad illum amandum moueãtur. Quod in canticis sponsa significasse videtur, dicens, Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt, hubera tua vino. Et post pauca, In odorem vnguentorũ tuorũ curremus, oleum effusum nomen tuum.

Ex beneficijs viri boni intelligunt, quã bonus sit Deus.
Cant.1.

30 *Vt reuocet animas eorum à corruptione,* Anima pro corpore, sicut.22.vers. diximus, id est, Hęc facit Deus, his artibus vtitur, non sui, sed iniqui hominis compendij causa, vt eũ ab interitu vendicet. Quia vt ait Ezechiel verbis Dei, Nunquid voluntatis meæ est mors impij,
Ezech.18. dicit Dominus Deus, & non, vt cõuertatur auijs suis, & viuat. [*Et illuminet luce viuentium.*] Id est, vt lætũ vitæ cursum Dei beneficio teneat.

31 *Attende Iob, et audi me: et tace, dum ego loquor.*

32 *Si autem habes quod loquaris, responde mihi: loquere.* Quia grauissimam, & acutissimam theologiam tractauit, meritò captat attẽtionem. [*Volo enim te apparere iustum.*] Id est, hæc non contentiosè ago, neque quò te sceleris, & ma-

& maleficij cõuincam. Sed quò veritatem Deumque, quem tu accusare videris, defendam. Quibus duabus rebus saluis, vtinam tu iustus sis. Nõ enim id molestè ferrem, sed potius optarem. Beneuolentiam his verbis sibi conciliat, dum non accusandi, sed honesti patrocinij causa ad dicendum venisse declarat.

33 *Quod si non habes, audi me, tace, & docebo te sapientiam.* Iure suo petit, vt se dicentẽ audiat is, qui nihil dicere habet.

CAPVT. XXXIIII.

PRonuncians itaque Eliu, etiam hæc locutus est.
2 *Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me.*
3 *Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat.*
4 *Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius.*
5 *Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum.*
6 *In iudicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absq; vllo peccato.*
7 *Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationẽ quasi aquam:*
8 *Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cũ viris impijs?*
9 *Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cũ eo.*
10 *Ideò viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.*
11 *Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.*
12 *Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subuertet iudicium.*
13 *Quẽ constituit aliũ super terrã? aut quẽ posuit super orbẽ quẽ fabricatus est?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 *Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet.*

15 *Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerē reuertetur.*

16 *Si habes ergo intellectū, audi quod dicitur, & ausculta vocē eloquij mei.*

17 *Nunquid qui non amat iudiciū, sanari potest? & quomodo tu eum qui iustus est, in tantū condemnas?*

18 *Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios?*

19 *Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cùm disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi.*

C 20 *Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentū absque manu.*

21 *Oculi enim eius super vias hominū, & omnes gressus eorū considerat.*

22 *Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondātur ibi qui operantur iniquitatem.*

23 *Neque enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deū in iudicium.*

24 *Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.*

25 *Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.*

26 *Quasi impios percussit eos in loco videntiū.*

27 *Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt.*

28 *Vt peruenire facerent ad eum clamorē egeni, & audiret vocē pauperum.*

D 29 *Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum, & super gētes & super omnes homines?*

30 *Qui regnare facit hominem hypocrytā propter peccata populi.*

31 *Quia*

31 *Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque nō prohibebo.*

32 *Si errani, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltra non addam.*

33 *Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quod si quid nosti melius, loquere.*

34 *Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.*

35 *Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.*

36 *Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis.*

37 *Qui addit super peccata sua blasphemiam: inter nos interim cō stringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.*

P *Ronuncians itaque* Eliu *etiam hæc locutus est.*

2 *Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me.*

3 *Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat.* Quoniā arrogans, & inuidiosum erat postulare, vt illum iuuenē sapiētes, & eruditi audirēt, leuat inuidiā adiungēs, [*Auris enim verba probat, &c.* Id est, cum mēte, atq; iudicio nō multis annis res cognoscātur, & iudicētur, sicut verba auribus, escæ gustatu percipiuntur, mirum non esse debet, quòd ego iuuenis senes poscam, vt me, quæ didici, audiant. In eandem enim rationem hæc dicta esse arbitror, in quam & illa Iob duodecimi capitis. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem: in antiquis est sapientia, & in multò tempore prudentia. Vt a nobis exposita sunt. *Iob.12.*

4 *Iudicium eligamus nobis, et inter nos videamus quid sit melius.*

1. Nolo, vt verbis meis fides habeatur: sed acre iudiciū

constituatur,quo dicta mea ponderentur,vt decernatur, vtrũ veriora sint quàm quæ à Iob dicta sunt, Melius enim,pro verius dixit.

5 *Quia dixit Iob, Iustus sum.* Quoniam iudicium postulauit,quò ferretur de suis,& de Iobi dictis sententia,affert Iobi verba,vt cum illis conferat sua,quibus ea cõfutat.Hoc autem Iob dixisse videtur cap.13. Audite sermonem meum,& ænigmata mea percipite auribus vestris.Si fuero iudicatus scio,quod iustus inueniar- [*Et Deus subuertit iudicium meum.*] Id Iob dixisse videtur c. 27. Viuit Deus, qui abstulit iudiciũ meum. Et cap. 19.vers.6.Quia Deus non æquo iudicio affixerit me. In Hebræo esse diximus,Peruertit me.

6 *In iudicando enim me mendacium est.* Hunc locum Eugubinus reprehendit,quòd neque Hebræa exprimat sententiam,neq; verum dicat. Hebrea tamẽ ita verbũ de verbo traducemus, In iudicio meo mẽtiar? Quæ per interrogationem efferenda esse arbitror, paucis enim his verbis amplectitur multa illa verba Iobi eiusdem cap. 27. Quia donec supereſt halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem,nec lingua mea meditabitur mendaciũ. Absit à me,vt vos iustos esse iudicem:donec deficiam nõ recedam ab innocentia mea.Iustificationem meã,quã cœpi tenere,nõ deseram.Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.Cùm ergo hæc, quæ dicit Eliu verba Iobi sint, quæ ad alia referri non possunt,nisi ad illa,quæ modo recitauimus cap. 27..Præsertim verò ad illa,quæ reliqua amplectuntur,Non loquętur labia mea iniquitatem,neque lingua mea meditabitur mendacium. At his verbis significat Iob mendacium

Defẽditur versio vulgata ab Eugubino.

dacium esse,illum iniquum esse iudicare. Et ob eã rem nunquàm id ab ipso concedendum.Quæ de illius ergo sententia hîc profert Eliu,vt sunt in Hebręo,In iudicio meo mentiar?hoc ipsum etiam significant,id est, Mentirer si me iniquum esse dicerem,qualem vos me esse iudicatis. At hoc idem est,quod hoc, In iudicando me mendacium est,vt dicit vulgatus, hoc est Mendacium est,quod vos de me iudicatis. Non differt igitur, inter Hebræum,& Latinum vulgatum, sed eandem prorsus vterque habet sententiam. Quare fallitur ille dicens Latinum vulgatum Hebræam sententiam non exprimere.Ex quo facilè patet falsum etiam,& temerarium esse,quod addit ille,neque verum esse,neq; intelligi posse.quod vulgatus significat. Argumẽta verò quibus ad id putandum mouetur redicula sunt,quę loco ab illo nõ intellectũ fuisse declarant.Nã mentiri, inquit ille,linguę est,iudiciũ autẽ Dei alia ratione fit. At iudicium,in quo Iob mẽdaciũ esse affirmauit, non Dei,sed amicorum esse putauit, imo Dei iudicium à se stare sæpe asseuerauit.Præsertim cap.13.Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar. Et.17.Ecce in cælo testis meus,& conscius meus in excelsis.Quod si Eliu hęc retulit,putans Iob de Dei hoc,iudicio dixisse,facile intelligi potest fuisse deceptũ. Iam virò ridiculum illud argumentũ est, in Dei iudicio nõ esse mendaciũ, quia mẽtiri linguæ est. Perinde quasi mendaciũ alia ratione quàm lingua dici nõ posset. At Diabolus à Christo mẽdax nominatur,licẽt lingua careat. Probat etiá vulgati versionem,quòd ita Græci transtulerunt. Sed non veretur ille,& Græcam,& Latinam versioné reijcere.Sequitur autem.[*Violenta sagitta mea absque vllo peccato.*]

Iob.13.

Iob.17.

Ioan.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cato.] Verba etiam Iobi sunt, quæ multis ille dictauit, præsertim capite sexto. Quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meū. Et cap. 16. Circundedit me laneeis suis, conuulnerauit lūbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea, cō scidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas, &c. Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ: cūm haberem mundas ad Deum preces.

7 *Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationē quasi aquam:* Subsanatio aut est actio, aut passio, & vtroque modo vulgatus, sicut Hebræus explicari potest. i. Quis sicut Iob tam facilè Deū subsanabit atq; irridebit huiusmodi dictis. Multi tamen Hebræi Græcorum versionem fortè sequentes passionem significare existimant. Id est, quis sicut Iob tam facilè propter huiusmodi dicta subsanari, & irrideri potest. Quia se verò ab eis irrideri videbat, fortè. 21. capite dixit, Post mea, si videbīt, verba ridete. Et cap. 12. Qui deridetur ab amico suo, sicut ego inuocabit Deum, & exaudiet eum, deridetur enim iusti simplicitas. Nihil autem est magis ridiculum sapientibus huius seculi, quàm bonorum virorū simplicitas, dum nihil celant, nihil dissimulant, sed plane, & simpliciter prædicant beneficia sibi à Deo tributa. Vt Ioseph simpliciter narrans insomnia sua odiū sibi maguū fratrū suorum, & inuidiam conflauit, & illum fratres irridebāt dicētes, Nūquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuæ? Christus item ridiculus erat Pharisæis, & scribis, quod se simpliciter, & planè Dei filium prædicaret. Illud tamen erit, quod tradit Salomon, Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.

Simplicitas bonorū ridicula est huius seculi sapientibus.

Gene. 37.

Prouer. 11

8 Qui

8 *Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cū viris impijs?* Si subsanatio actionē significet, his verbis amplificat Iobi malitiam. Sin autem passionē significet, causam reddit, cur maximè dignus sit, qui irrideatur: quia imitatur operantes iniquitatem, & viros impios. Dum scelus suum cognoscere, & reprehensus fateri recusat. Sed quia Græci auctores, subsanationem passionem esse intellexerunt, hunc versum ita transtulerunt, quasi his verbis per antiphrasin Eliu Iob irrideret, ὃς ἀμαρτὼν οὐ κ ἀσεβήσας οὐδ ὅλος κοινωνήσας μετὰ ποιούντων τὰ ἄνομα, τῷ πορευθῆναι μετὰ ἀσεβῶν, qui nec peccans, nec scelus faciens, nec omnino communicans cum facientibus iniqua, vt ambularet cum sceleratis.

9 *Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo.* Id est, gratus non erit Deo, neque ea de causa vlla ab eo beneficia accipiet, quod eum secutus fuerit, & eius vias persecutus. Id calumniatus fuisse videtur Eliu in verbis illis Iob capitis noni, Vnum est, quod locutus sum, Innocentem, & impium ipse consumit. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mūdissimæ manus meæ. Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Et in illis capitis decimi, Si impius fuero, væ mihi est, & si iustus non leuabo caput, saturatus afflictione, & miseria. Quæ in aliam partem, quàm hic dicit Eliu, nos accipienda esse disseruimus. In Hebræo illud [Non placebit, est ad verbum, Non proficiet, Id est, nullam vtilitatem consequetur, nihil boni ex animo vellet ei, quod est idem, quod non placere ei. Septuaginta viri aliter hanc eandem sententiam reddiderunt,

Iob. 9. 21

Iob. 10.

μὴ γὰρ ἔστιν ὅτι ἔχει ἀδικοῦσι ἀντὸς καὶ ἀδικοῦσι ἐν τῷ κρίσει κυρίου ne dicas prouidentiam non esse erga virum, prouidentiam inquam erga ipsum à Deo, id est, Ne putes, vt putare videris, Deum viris pijs non cõsulere, neque illorum officia curare. Idem enim est viros bonos à Deo non curari, neque illorum rebus prouidere, quod Dei prouidentia mundum non administraret: vel saltem hoc illud bene consequitur. Cõstat enim totum eorum, qui prouidentiam negarunt, firmamentum fuisse, eòque vniuersam illorum orationem esse deuolutã. Nihil boni, viros virtute prẽditos præter cæteros habere.

10 *Ideò viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* Refellit illud, quod superiori versu posuit dixisse Iob. Quoniam Deus omnipotés, neque impius, neque iniquus esse potest. Pugnant enim hæc cum Dei natura. Ergo non possunt, qui eum sequuntur, qui eum imitantur, boni denique viri ei non placere, ab eo nõ amari, & aliquid ab eo boni nõ habere. Sicut enim seipsum, ita & sui similes debet diligere, se enim amat, cùm viros bonos amat, amat enim in illis id bonitatis, cuius ipse fons est, & quæ ab ipso in illos deriuatur. Ita enim Paulus argumentatur, Si sustinebimus, & conregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos, si non credimus, ille fidelis permanet, & negare seipsum non potest. Ex quibus dictis sequitur, id quod subijcit Eliu.

Boni cur Deo placeant.

2. Timot. 2.

11 *Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.* Argumentatur directò probans fieri nõ posse, vt Deus iniquus sit. Nam tribuet vnicuique ius suum: ergo iniquus esse non potest. Id etiam canebat regius vates

Psal. 61.

vates, Semel locutꝰ est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

12 *Verè enim Deus non condemnabit frustra.* Frustra condemnaretur is, qui nullo meritò suo pœnas penderet.

[*Nec Omnipotens subuertet iudicium.*] Hoc idẽ dicebat Baldad cap. 8. Nũquid Deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit, quod iustum est. Quod iam enarrauimus, & demonstrauimus.

13 *Quẽ constituit aliũ super terrã? aut quẽ posuit super orbẽ quẽ fabricatus est?* Duo paucis firmissima tangit argumenta ad probandum, quod proximè dixerat, Deum neque iudicium subuertere, quod frustra condemnaturum, neque iudicium subuertere. Et quia omnia ab ipso fabricata sunt: & quia res omnes gubernat. Non potest autem damnare frustra, quod effecit. Nam necesse est, vt quod facit approbet, si enim improbaret opus suum, eam sibi notam inureret. Ex quo fit, vt in sapientia scribatur, Diligis omnia quæ sunt, nihil odisti eorum, quæ fecisti, neque enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Tum cùm non alius, sed ipse tantùm summa potestate res quas fecit regat, & administret. Si nulla esset prouidentia, nec virorum bonorum saluti consuleret, sed eorum iudicia aut corrumperet, aut facilè corrumpi sineret, quo pacto rerum vniuersitas tam iniquo gubernatore diu consisteret? Cuius rei animaduersione magna Dauid erectus spe populi sui calamitates videns, pro iure suo petebat, Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse. Excita potentiam tuã, & veni, vt saluos facias nos. Deus

Sap. 11.

Psal. 79.

bet enim attendere qui regit,& ad gubernacula sedet

14 *Si direxerit ad eum cor suum*,conuenit inter omnes interpretes, & expositores de horum verborum, licèt obscura videantur,explicatione. Id est,si Deus id voluisset,condemnare(inquam)frustra,& subuertere iudicium.Nam in Hebræo est ad verbum, Si poneret ad eum cor,Ponere autem cor Hebræis est velle, vt in psalmo,Diuitiæ si affluant,nolite cor apponere ,Et in *psalm. 61.* prouerbijs, Appone cor tuum ad doctrinam meam. *Prouer.22.* [*Ad eum*] masculinum genus est pro neutro,quo cacarent Hebræi.Idest,ad id.[*Spiritum illius,& flatum ad se traher.*]Idest,si odisset homines velletque perdere eos, facilè posset.Eleganter verò,& doctè explicat, quàm facilè id efficeret, trahèdo tantùm spiritu,quemadmodum redendo finxit eos. Alludit enim ad illud, quod *Genes. 2.* in Genesi narratur,formauit Dominus Deus hominè de limo terræ,& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ,& factus est homo in animam viuentem.

15 *Deficiet omnis caro simul,& homo in cinerè reuertetur*. Sicut Deus in Genesi homini dicit,Puluis es & in pulue- *Genes.3.* rem reuerteris. Hanc doctrinam tradit etiam Sapientia,Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? Aut quod à te vocatum esset conseruaretur? *Sapien.11.*

16 *Si habes ergo intellectũ, audi quod dicitur, & ausculta vocẽ eloquij mei*. Attentum auditorẽ facit, quia in subtilibus rebus versatur.

17 *Nunquid qui non amat iudiciũ, sanari potest?* Iob vocare videtur,non amantẽ iudicium sicut.8.versu de eodem dixit,Qui graditur cum operantibus iniquitatẽ,& ambulat cum viris iniquis.Ait ergo,Nũquid Iob qui non amat

amat iudicium,tanto morbo sanari aut leuari potest? cùm id à Deo impetrandum esset,quẽ precibus oportebat placare,non talibus dictis eius iracundiam prouocare.In Hebræo tamen,quod [*sanari*]Latinus conuertit est רחבוש iahabos,quod licet varijs modis exponatur à vulgato præsertim interprete,propriè tamẽ ligare significare puto,quia verò medicus,aut chirurgus vulnera ligare solet,fit vt mederi etiam , & sanare significet.Vt Esaiæ.31.In die qua חבש habos alligauerit Dominus vulnus populi sui,& percussuram plagæ eius sanauerit.Et capite. 61.Ad annunciandum mansuetis misit me לחבש lahabos, vt mederer contritis corde.Cõuenit etiam si interpreteris,vt alligarem contritos corde.Et Ionæ.2.Pelagus operuit caput meum. Eadem sententia est, si vertas,Alga alligata est capiti meo,& Exodi. 29. וחבשת vehabasta, & impones eis mitras, quadrat etiam,& alligabis eis mitras, Significat etiam sternere iumenta,quia cùm sternuntur cingulis alligantur. Quare rectè interpretari possemus, Alligare stragulam. Tum quia reges atque principes iussis,& legibus suis subiectos suos,quasi ligare videãtur, non sinentes,vt vnusquisque,quod sibi collibuerit, aggrediatur, fit,vt imperare significare putẽt.Vt illud Esaiæ,Nõ sum medicus Hebraicè est nõ ero חבש habes,quod quidã explicãdũ putant,Nõ ero imperãs, vel nõ imperabo.Vnde Chaldæus cõuertit non sum dignus,qui princeps,aut caput sim.Et ita hoc loco Iobi, quem in manib⁹ habemus, quidã exponũt, An qui nõ amat iudiciũ imperabit,vt sit argumentũ ad probandũ fieri nõ posse,vt Deus subuertat iudiciũ. Siquidẽ esse nõ posset penes cũ summa potestas,cuius partes sunt,

Esai.31.

Esai.61.

Ion.2.

Exod. 29.

Esai. 3.

Deus non propter iudicium subuertere.

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt æquum iudicium subditis reddat, quomodo autem redderet, si illius odium haberet. Quo argumẽto Paulus vti videtur ad probandum Deum iniquum non esse, quia non posset mundum iudicare, neque eius imperium tenere. Quid dicemus? ait, nũquid iniquus est Deus qui infert iram? (secundum hominem dico) absit. Alioquim quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Differt ergo inter hanc, & vulgati versionem. Cũm, quòd aliter vulgatus ambiguum verbum explicat, tum, quòd passiua esse uoce putauit, cũm in libris Hebræis, qui nunc in manibus habentur actiua sit. Quibus in rebus Chaldæum imitatus fuisse videtur. Nam דסחמר içtemar seruabit se, vel seruabitur conuertit. Græci tamen actiuè reddiderunt difficilè tamen ἴσθι σὺ τὸν ποιοῦντα ἄνομα καὶ τὸν ἀλλότριον τὸν τῶν ἀνόμων tu vide iniqua facientem, & perdentem impios. Facientem iniqua עשׂה עולא sone mispat, illi traduxerunt, quod ad verbum est odium habens iudicij: eadem enim sunt. Perdentem verò impios, verbum illud דהגרוש iababus, de quo diximus: illius fortè significationis rationem ducẽtes, qua Alligare indicare diximus: & in vincula conijcere intellixerũt. Et propterea, Perdere, quod generalius est, traduxerunt. [*Et quomodo tu, qui iustus est in tantum condemnas?* Id est, quæ cùm ita sint, quomodo tu eum qui iustus est, ita condemnare audes? Vt eum cõdemnare frustra, & iudicium subuertere, dicere audeas. Quod [*in tantum*] transfert Hebraicè est כבדה cabir multus, quodverbũ sequẽs afficere existimauit. Et ob eã rẽ, ita transtulit. Græci tamen atq; Chaldæus non verbũ, sed nomen iustum afficere opinati sunt, & ob eam rem Græci

Rom 3.

Græci ὄντα ἀίδιον δίκαιον existentem æternum iustũ, reddiderunt. Chaldęus verò רבא דקשׁ zace rab sanctũ magnum.

18 *Qui dicit regi apostata, qui vocat reges impios.* Adiuncta Dei sunt ad amplificãdum, quàm alienum à Dei natura sit iudiciũ subuertere, cùm ipse reges principes, & magistratus omnes in iudicium vocet, & qua ratione administrauerint, & iudicium reddiderint, quęstionẽ instituit, & verbis eos grauissimis & acerbissimis, si in hac re peccauerint, reprehendit. Quo autem vultu reprehenderet, si eodem ipse vitio contaminatus esset. Nam qui æqui, & iniqui regula futurus est, debet ipse omni iniquitate vacare. Ex quo intelligitur, quantum oporteat eum eo crimine carere cuius alium reprehendit. Quocirca Paulus magno, absurdo vrget eum, Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas, non furandum furaris. Qui dicis non mœchandum mœcharis. qui abominaris idola sacrilegium facis. Eodem modo Græci, quo vulgatus transtulerunt. Chaldęus tamẽ cui alij subscribunt aliter vertit, Num rectum est regi dicere impius es, sceleratus principibus? Vt in cõmio do vrgeat Iob: quemadmodum in fine superioris versus, quòd Deum regem regum, & dominũ dominantium impium, & sceleratum appellare videatur dicẽs, frustra cõdemnasse, aut iudicium subuertisse. Sed vulgati, & Græcorum versio melius cum versu sequenti coniungitur. Ambiguitatis causa est articulus ה ha in principio versus positus, qui si articulus nominatiui sit, eam totus versus habet sententiã, quam Septuaginta auctores, & vulgatus expressẽrunt. Sin autem non articulus sit nominatiui, sed coniunctio interrogan-

Qui alium reprehẽdit debet eo crimine vacare. *Rom. 2.*

tis

tis rectè à Chaldæo conuertitur.

Personam in iudicio accipere quid.

19 *Qui non accipit personas principũ, neque cognouit tyrannũ, cũ disceptarent cõtra pauperẽ.* Accipere personã est nõ çquitatis, sed qualitatis personæ, vel quia diues, vel quia pauper, vel quia amicus, vel inimicꝰ est, in iudicio rationẽ ducere. Vt si quis iudicet secundũ diuitẽ, non quia ius habet, sed quia diues est, quæ iudicandi ratio valde aliena est à Dei iudicio, cùm nullum neq; principem, neq; tyrãnũ reuereatur, sed ius æquale in omnibus statuat. Quare non potest frustra condemnare; aũt iudicium subuertere: quia tunc personæ potius qualitatẽ, quàm æquitate iudicium dirigeret. Hac autem ratione Dei iudiciũ fieri significauit Moyses, Israelitis, quo modo iudicandum esset, ita præcipiens. Quod iustũ est iudicate, siue ciuis sit ille siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnũ: nec accipietis cuiusquam personã. Quia Dei iudiciũ est. Et Paulus Ephesijs scribens, Et vos Domini eadẽ facite seruis, remittentes minas, scientes, quia & illorum & vester Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud eũ. [*Opus enim manuũ eius sunt vniuersi.*] Ex quo fit, vt nulla sit inter homines, neq; inter angelos diseriminis ratio, cur prætermissa æquitate, alterius rei ad reddendum iudicium rationẽ ducat. Quo argumento satis sibi persuadebat Iob non esse ab eo seruos suos contemnendos. Si cõtempsi, ait, subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus? Et quũ quęsierit quid respõdebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vnus. Tum ex

Deut. 1.

Ephes. 6.

Iob. 31.

hoc

hoc intelligitur, quòd cum opus suum vterque sit, & pauper & diues, non minus vnius quàm alterius, res curabit. Quare eis æquitatem constituet, sicut scribitur in sapientia, Non subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator: neque verebitur magnitudinem cuiusquàm. Quoniam pusillũ, & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. *Sapien. 6.*

20 *Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu.* Id est, tantum abest, vt tyrannos, & potentes homines reuereatur, si contra pauperem iniquè disceptent, vt pauperum opera grauissimo nonnunquam eos supplicio constringat. Cõtingit enim aliquando, iniquis modis à tyranno ignobile vulgus oppressum, vt subito in eum sæuiat, magnoque in ciuitate excitato tumultu, quærat nocte in tẽpesta eũ, inueniat, facilèque nemine ei auxilium ferente vitam crudeliter auferat. Facilè enim significat Hebraismus ille [*absque manu.*] Ita enim Iulio Cæsari, Neroni, Eleogabalo, & alijs Regibus, & Imperatoribus euenisse memoriæ proditum est. Septuaginta verò interpretes, hanc sententiam, quam & Hebræa verba declarant, prætermisserunt: & aliam textui quidem aptam eius loco posuerunt. Huius rei causam in proœmio ex Augustini sententia scripsimus. Aiunt igitur, Græci κενὰ δὲ ἀυτοῖς ἀποβήσεται, τὸ κεκραγέναι καὶ αἰτεῖσθαι ἀντιβοὴς, ἐχρῆσαν γὰρ παρανόμως ἐκκλησιάζειν ἀλλοτρίοις, fruſtra autem vsu eueniret eis clamare, & precari virum, cum iniquè fuerit, [potestate,] vsus pulsis infirmis hominibus. Id est, tanta integritate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gritate,& seueritate Deus ius dicet principibus atque tyrannis,vt nullis clamoribus nullisque eorum precibus flectatur:ne dum nihil eorum personas reuerebitur. Et iure quidem optimo tam seuerè cum eis se geret,qui tan iniquè potestate,quam habebant, sunt vsi pauperes,& infirmos homines aliàs in exilium,aliàs è vita expellendo.

21 *Oculi enim eius super vias hominum,& omnes gressus eorum considerat.* Hoc grauissimum,& firmissimum argumentum est ad probandum Deum non subuersurum iudicium. Ab hominibus enim,ob eā rē subuertitur,quòd eos res multæ lateant,neq; tacitas cogitationes, & animum impij hominis iniquum penitus cognoscant,facilèque eorum mentis acies externa auctoritate & diuitiarum splendore perstringitur,vt secundum diuitē sceleratum iudicent. Qua de causa boni viri vehementer reformidant in hominum iudicijs, cùm sceleratis hominibus cōtendere. At nō ita, dicit Eliu, in Dei iudicio accidet. Nihil enim eum latet,sed omnes omniū hominum gressus,vias,& viuendi rationes ei patent. Quare minimè in iudicio errare potest. Tu autē Domine Sabbaoth,qui iudicas iustè,& probas renes. Et corda dicebat Hieremias, significās coniuncta,& consequentia esse illa iustè iudicare,& probare renes, & corda. De hac re tamen luculentissimè disserit liber sapientiæ,Quoniam spiritus Domini repleuit,orbē terrarum,&c,Propter hoc,qui loquitur iniqua non potest latere. Nec præteriet illum corripiens iudiciū. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Sermonū autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionē iniquitatum illius. Quoniam auris Zeli audit omnia, & tumul-

Quia Deo omnia patent nō potest in iudicio errare.

Hiere. 11.

Sapien. 1.

& tumultus murmurationum non abscondetur. Hieremias etiam ait,Prauum est cor hominis, & inscrutabile,quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes:qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. Ad idē pertinet,quod sequitur statim. *Hier*

22 *Non sunt tenebræ,& non est vmbra mortis, vt abscondātur ibi qui operantur iniquitatem.* Nihil enim eum in occulto latere potest,qui omnia fecit,& omnia conseruat. Quocirca de sermone Dei, per quem omnia facta sunt, vt Ioānes ait,Paulꝰ dicit,Viuus est sermo Dei,& efficax, penetrabilior omni gladio ancipite, & pertingens vsque ad diuisione animæ,& spiritus,compagū,quoque ac medullarum,& discretor cogitationum,& intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius:omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. *Ioan.* 1. *Heb.* 4.

23 *Neque enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deū in iudicium.* In eadem re versatur,vt probet Dei iudiciū subuerti non posse. Quoniam si semel erratū esset eius iudicium,emendari non posset. non enim integrū homini est si,semel à Deo esset cōdemnatus,ad aliud eius prouocare iudicium, & aliam melioré expectare sententiam. Et in hāc rationem Gręci interpretes possunt explicari,qui prima versus parte Hebræa verbum de verbo vertētes, difficilem versionem ediderunt ὅτι οὐκ ἐπὶ ἀνθρ. θήσει ἔτι, ὁ γὰρ κύριος πάντας ἐφορᾷ quoniā non ponet in homine adhuc, Dominus enim omnes videt. Id est,homini potestatem non fecit veniendi ad huc,idest,Iterum apud eum in iudicium. Quoniā ipse cognouit omnes,neque reliquū est,quod amplius sci-

re posit ad aliã ferendã sentẽtiã. Variè tñ hic locus exponitur. Hebrça verò ita se ad verbũ habẽt, Quoniam super virum nõ ponet adhuc, vt cum Deo in iudicium venire possit. Et tota difficultas in eo vertitur, quod latet, quid illud. Adhuc vel [*vltra*] sit. Vulgat⁹ ex posita â nobis explicatione intellexisse videt, Nõ ponet adhuc iudicium. i. Nõ iterum iudicabit. Et ob eã rem illo modo cõuertit. Hebrei quidam tẽpus futurum intelligendum putãt. Prçsertim, quod עוד hod Hebræis seculũ nõnũquàm significet, & ita explicant, Nõ posuit in hominis potestate, quç futura esse decreuit. Quç explanatio, quia parum cõtextui adaptatur, mihi nõ multũ probat. Alij quorũ mihi placet expositio, Aliquid amplius illud Adhuc vel [*vltra*] esse opinãtur. Nã עוד hod Magis Hebreis etiã multis in locis declarat. Vt id ptineat ad probãdũ nõ esse futurum, vt dixit Eliu, vt Deus frustra quẽpiã cõdẽnet. Quia Deus nõ addet amplius homini. i. Eã culpã in eum nõ cõferet, inqua nõ est, neq; pœnas, quas nõ debet, ab eo repetet, vt cum eo venire possit in iudiciũ, hoc est, litẽ ei intẽdẽs, q⁹ eũ sine culpa cõdẽnet. Quæ expositio valde quidẽ descriptè cõtexit huic capiti, & toti disputationi, in qua hic liber versat.

24 *Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.*

25 *Nouit enim opera eorũ: & id circo inducet noctẽ, & conterentur.* Probat illud, quod dixerat, Deũ nõ accipere personas principũ. Quoniã, vt dixit, subito moriẽtur: quod hoc loco magis amplificat, dicens non vnũ aut alterũ moriturũ. Sed multos cõteret, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Cui⁹ rei repetit eã causã firmissimã, quã posuerat, Oculi eius super vias hominũ, &c. Ita [*Nouit enim opera eorum.*] Et ob eã rẽ debitas ei pœnas

nas persoluẽt. Quod dicit [*cõteret multos*] Hebraicè est כבירים cabirim fortes. Et quorũ difficilior erat euersio, quòd dicit, [*Inducet noctẽ,*] qualẽ noctẽ dixit ver. 20 Nocte turbabunt. Quod canebat regius vates, De⁹ cõteret dentes eorũ in ore ipsorũ, molas leonũ cõfringet Dñs. Ad nihilũ deueniũt, tãquàm aqua decurrẽs, intendit arcũ suũ, donec infirmẽtur. Sicut cera, quæ fluit auferentur, &c. Cuius rei exemplũ satis apertũ sacris literis consignatũ est, in libro Iosuæ, quo scribũtur, multi reges breuissimo tẽpore fuisse regnis spoliati, & misera morte multati. Adeo, vt quinq; reges vno die de quinq; fuerint stipitibus suspẽsi. Sed vers. 24. cõteret multos, numerabiles, &c. Prætermiserũt Septuaginta interpretes, sicut & versum vigesimum, cuius vt diximus similis erat sentẽtia, Subitò moriẽtur, & in media nocte turbabũtur, &c. Et hunc versum planũ quidẽ, & cõtextui aptũ subdiderũt, ὃ καταλαμβάνων ἀνεξιχνίαστα ἐνδοξάτε καὶ ἐξαίσια ὧν ἔστιν ἀριθμὸς cõprehẽdẽs res inuestigabiles glorioſasq; & excelẽtes, quarũ nõ est numer⁹. Quare cognoscet gressus hominis, vt dixit, nihilque eorũ eũ prætеribit. Copulaturq; aptius huius versus versio eũ fine superioris, vt ab eisdẽ Græcis auctoribus cõuersũ fuisse diximus. Eũdẽ hũc versũ prætermisit Chaldæus, & hũc eius loco posuit דרהוכן מדמר נהרא דמגדיעדן בגרמיא מרלדת כדך ואקדם חורי כדן מבתרידדן irbatun meme nahra deçagihin begumaia midelet çuph va aquim horanin mibatrenon, fiunt aquç fluminis, quæ multæ sunt, in foueas fine fine & statuet sequentes pro eis. Videtur tamen parabola, vel similitudine eandem quam Hebræus expressisse sententiam, vt aquas fluminis reges appellet, qui

si Deus ita decernat facilius quàm fluminis aqua tran-
sirent, id est, Regnis orbati è vita migrant, & in sepul-
cra incidunt: quæ foueas hic non inat: & alij pro eis
regna capessunt. Qua similitudine vsus etiam fuit Da
uid loco proxime a nobis citato. Ad nihilū deueniēt
tanquàm aqua decurrens.

26 *Quasi impios percussit eos in loco videntiū.* Id est, manife-
ste, & omnibus videntibus, & Dei iustam vindictā eo
gnoscentibus. Idem forte significarunt Septuaginta vi
ri vertentes ὡς ἀσεβεῖς κατ᾽ ἐναντίον αὐτῶν conspicui corā eo.
Vel fortè significart, Percussit eos, licèt essem præcla
Genes.10. rissimi viri. Hebræa illa dicēdi phrasi qua Nemrod in
Genesi vocatur robustus venator coram Domino.
Chaldæus magnum lumen huic loco affert, vertens
דחכמן צדיקיא דכנוך וידעא iahmun zadicaia vida-
cun dina, videbunt, & probabūt iudicium. Sicut dixit
Psal. 77. Dauid psalmodudū citato, Lętabitur iustus, cùm vi
derit vindictam.

27 *Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius
intelligere noluerunt.* Id est, prudentes, & scientes Dei le-
ges, neque seruare, neque intelligere voluerunt. Dum
vias Dei [Intellizere noluisse,] dicit, videtur de illis loqui
qui non solum Dei præcepta violant, sed etiam perfidi
sunt, & religionem contemnunt, & numen abnegāt.
Et quia eximios principes tāto Deus supplicio affice
Psalm. 2. re solet, monet eos Dauid, Et nūc reges intelligite, eru
dimini, qui iudicatis terram, apprehendite disciplinā,
ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.
Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes, qui cōfi
dunt in eo.

28 *Vt peruenire facerent ad eum clamorē egeni, & audiret vocē*

pau-

pauperum. Pauperes pios viros hoc loco, vt alijs multis
scripturæ locis significare arbitror, quorum clamores
Deus nō audire videtur, cùm in malis eos iacere finit,
& iniqua perditorum hominum afflictione non libe-
rat. contra vero eorum clamores ad aures eius perue-
nire videntur, cùm eis auxilium ostēdit, & eorum ho-
stes vlciscitur. Ait ergo vsque eo immanes atque crude-
les erga pauperes huiusmodi tyranni esse solent, vt
Deus pauperibus subsidio adesse decernat, & acriter
tyrānos animaduertere. sicut ait Dauid, Quoniam requi
rens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus
clamorem pauperum. Quoniā non in finem obliuio
erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finē.

Quando Deus audire, & quando non audire videatur clamorum.

Psalm.9.

29 *Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo ab
sconderit vultum, quis est qui contempletur eum, & super gentes
& super omnes homines?* Quoniam de supplicio impiorū
egit, & proximè superiori versu salutem piorum ter-
git apte virumque hoc versu coniungit, docēs in Dei
potestate esse, & pacem facere, & bellū inferre, & per
dere, & seruare, ita vt nemo possit eam pacem, & salu
tem impedire, quā attulerit ipse: nemoq; illā calamita
tem depellere, quam ipse cōstituerit. Eadem do ctrina,
licèt alijs verbis in Apocalypsi & in Esaia traditur,
Qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.
Hāc enim pacem firmissimam Christus mundo relin
quit dicens, Pacem meam do vobis, pacem relinquo
vobis: no quomodo mundus dat, ego do vobis. Quā
nulla vis, nulla tāta mundi, & inferni potētia infringe-
re vllo modo, aut debilitare potest. Dici enim non po
test, quam tuta, & tranquilla sit ea pax, quæ optimorū
consiliorum conscientia, & Dei subsidio nititur. Con

Apoc.3.
Esai.22.
Ioan. 14.

Quam pacem mundo Christus reliquerit.

tra verò illud exitium insanabile, cùm se nobis Deus immutat, & à nobis multum abscõditur, vt dicit Eliu. Quod quidem perditi mores, & sceleris cõscientia cõparat. Quod dicit. [*Et super gẽtes, & super omnes homines?*] Id est, hanc tutam, & integram salutis conseruationem non solum homines singuli, sed etiã ciuitates, Regna prouinciæ atque nationes à Deo habent, ita vt incolumitas reipub. & felix eius status Deo imprimis sit acceptus referendus. Et ob eam rem dicebat Dauid, Lauda Hierusalẽ Dominum, lauda Deum tuum Syõ. Quoniã confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te. Ẽ contrariò verò si Deus rempub. non respiciat, sed vultum abscondat, in eas veniet calamitates, quę nullis cõsilijs dimoueri possint. Si erit malũ in ciuitate, quod Dñs non fecerit, ait Amos. Quá vtilissimam doctrinam, vt facilius disceret Hieremias, & alijs traderet, iussit eum ire in domum figuli, qua vidit figulum dissipantẽ vas, quod in manibus habebat, & deinde ex eodem luto aliud, sicut placuerat ei facientẽ, ac deinde Deus hoc Hieremiæ reddidit respõsum, Non quid, sicut figulus iste nõ potero vobis facerẽ domus Israel ait Dñs? Ecce sicut lutũ in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Repẽtè loquar aduersum gentẽ, & aduersus Regnũ, vt eradicẽ, destruã, & dispersã illud, &c. Et subito loquar de gẽte & Regno, vt ędificẽ, & plantem illud, &c. Salus igitur, & incolumitas potius officij muneribus, quàm copiarũ præsidijs præstabitur. Nec; vlla maior Regni ruina est, quã rex iniquus, qui Dei iram improbis suis factis prouocare non dubitat, & propterea sequitur.

psal. 147

Quá De pernicies afferat.

Amos. 3.
Hie. 18.

30 *Qui*

30 *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Superioris versus explicatio esse videtur, docens quo pacto Deus gentibus, idest, Regnis atque prouincijs supplicium inhibeat, & iram, & odium suum in illis expromat, faciens (inquã) regnare hominem hypocritam propter, &c. In Hebræo est חנף haneph, quod iniquum, & sceleratum propriè significat: sed vulgatus hypocritam semper fere trãsfert. Fortè, quòd omni Sceleratus homo per se viq; sua hypocrita sit, vitia enim sua celat, atque dissimulat, & honestus vir ab alijs haberi vult. Sed in Regem improbum id in primis conuenit: sustinet enim à personã grauissimam, cùm leuissimus sit. Et custodem gubernatoremque regni se esse simulat, cùm nefarius prædo rerum diuinarum, & humanarum existat: hostes prædicat se arcere reipublicę, & nullas prædas, nisi è templis, & aris agit. Qui quãtus turbo, & regni tempestas esse soleat, quantum totius statum reipublicæ conuellat, innumerabiles narrant historiæ, quæ sunt, de regibus iniquis compositę. Hac grauissima pœna scelera populi sui se Deus vlturum minatur, per Esaiam dicens, Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Pueri etiã, & effœminati pessimi homines vocantur, quòd nihil libidini resistãt, sed inseruiãt, & vitiosis cupiditatibꝰ indulgeãt. Quid autẽ absurdiꝰ, quæ maior hypocrisis, q̃ is qui fortissimã agit personã (est enim rex subditorũ suorũ prędidũ) puer, & effœminatus sit, & nihil magis q̃ bellũ, & periculosa discrimina exhorreat. Quod dicit, [*Propter peccata populi.*] In Hebręo est מקשד mocse populi. Significat autẽ מ, ש moces ruinã, laqueũ, & offẽdiculũ. Quare ratione primæ

Quanta regni pernicies rex fit iniquus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

significationis conuertere possumus propter ruinam populi, ideſt, Vt populū labefaceret. Sed Vulgatꝰ Chaldæus, & Græci reliquas duas significationes expresserunt. Chaldæus תקלין taclaia offendicula vertēs Græci σκυθρωπίας; acerbitates. Igitur noster interpres peccata vertens ea in primis peccata intelligit, quibus alij alios calumniantur in laqueos, & fraudes inijciunt, & quibus diuites præsertim pauperes opprimunt. Quæ scelera populi maximè Dei iras excitant, vt eum regē intrudat cuius opera diuitum, & potentium fraudes, & calūnias exagitet, & earum debitas pœnas repetet. Per Malachiā enim huiusmodi scelera populi sui incusat dicens, Qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum. Per Esaiam etiam, hæc scelera in primis præcipit cauere, Dissolue colligationes impietatis solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe.

Quæ scelera populi Dei iras maxime excitant.

Malac. 3.

Esai. 58.

31 *Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo.* Id est, quoniam pro Deo orationem habui in te nō impediam, quo minus, & tu pro te dicas. Profitebatur enim Eliu Dei causæ patrocinium suscepisse, & vt eius iudicium à Iob maledictis defenderet, in Iob inuectum se fuisse, vt ex versu. 6. cap. 33. non in docte intelligi posse diximus. Facit ergo ei hoc versu potestatem respondendi ad ea, quæ dixit pro Deo. Sunt tamen Hebræa verba valde concisa. Ex quo fit, vt nimis obscura, & ambigua sint. Ita ergo illa verbum de verbo traducentes vulgati nostri sentētiam ponemus, Quoniam ad Deum dicens, sustinebo, nō prohibebo, id est, Quoniam ego dixi expectabo te dicentē. Græci tamen

tamen ita verterunt, ὅτι πρὸς τὸν ἰσχυρὸν ὁ λεγων ἔλαφα ἐκ ἐνεχυράσω quoniam ad fortem dicens, accepi, nō pignerabo, ideſt, Quoniā pro forti Deo dicere cœpi, alterī non relinquam, nō desistam. Quia אל el, quod vulgatus, & alij Deum vertunt, Deum significat in quantum fortē. Verbum verò נשאתי nasati, quod vulgatus prętermisit, & nos Sustinebo conuertimus, significat etiam accipere אחבל ehbol, quod Nō prohibebo conuertit vulgatus. Pignerare etiam significat. Hebręi tamen Chaldæū aliquo modo sequētes aliā huius versus sententiam reddunt. Chaldæus ita reddit, nunquid fieri potest, vt Deo dicas, Sustinui, nō perdam? Quoniā verbum חבל habal, quod & ponit Chaldæus, præterquàm quod prohibere significat, vt interpretatur vulgatus & pignerare, vt conuertūt Græci, significat etiā perdere atque destruere. Quam significationē hoc loco Hebræi quidā in cōmentarijs habere credunt. Et ita locū declarāt, Quoniā ad Deū qui dicit, Perperci, nō destruā. Nā verbum נשא nasa nō solum accipere, vt Græci verterunt, & sustinere, vt Chaldęus, sed etiā parcere significat: vt sint apposita Dei ad explicandam eius amplitudinem, & quanta reuerentia sit cum eo loquendū, & oratio sequenti versu finiatur, id est, Ita cū Deo, cuius tāta potentia est, vt parcere, & calamitates leuare possit, loqui debueras, vt dicit sequenti versu.

32 *Si erraui tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltra non addā.* Quòd [*erraui*]. Vertit in Hebręo ad verbū est prętēr [id] quod videbo, id est, Si aliquid est, quod me lateat. Ita ex sententia Hebræorum postulabat Eliu, vt Iob cum Deo loqueretur, & alias dicendi rationes, quibus Deum in ius educere videbatur prętermiteret. Ex sen

 tentia

tētia tñ Græcorū, & interpretis vulgati, hęc verba fuit Eliu, cū Iob loquentis, & modestiā suā significātis. Id est, si habes aliquid ò Iob, quod in oratione mea reprehēdas, ostēde, quid nā illud sit, nā iterū à me nō dicet.

33 *Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quod si quid nosti melius, loquere.* Qui locus ita est abscurus, vt cum sphingis dictis comparari possit. Et tota ferè difficultas eius in eo cōsistit, quod illius relatiui [*eam*] non constet, quod nam sit antecedens, neque illius verbi [*displicuit*, quod nam sit suppositum. Tum quod illud verbum Hebræū, quod vulgatus [*expetit*] cōuertit, in Hebręo est שׁלם salam, quod est valde ambiguum. Nam est pacificare, pacificum esse, perficere, complere, finire, restituere, reddere, saluta re. Tum illud quod vulgatus reddit [*cœpisti*] Hebraicè est בחר bahar in futuro tempore, quod proprie eligere significat. Versiones etiam huius loci valde difficiles sunt, quod ad verbū redditę sunt. Adeò enim illis obscurus locus videbatur: vt verbum vllum mutare, aut addere non auderent, Græci ita conuertunt μὴ παρ᾽ σὲ ἀποστῆναι αὐτὸν ὅτι σὺ ἀπώσω ὅτι σὺ ἐκλέξῃ καὶ οὐκ ἐγώ καὶ τί ἔγνως λάλησον. Nunquid ex te pendet eam? quoniam tu repulisti, tu eliges, & non ego, & si quid nosti, loquere. Chaldæus verò sic, Nū fieri potest, vt ex te perficiat eam? quia reijcis, quia & tu eliges, & non ego, quid scis, loquere. Itaque nullus interpres expressit, quid ille relatiuus [*eam*] referat. Quidā Latinus interpres falsitatē referre putat. Et ita hęc cōtexit cum superioribus verbis iuxta explicationē vulgati, id est, Quāuis ego iniquitatē, vel falsitatē locutus sim, tamē Deus nō expetit à te, vt eius iudex sis, cùm Deus ipse tibi

Locus valde difficilis.

tibi displicuerit, quòd si quid erraui, faciliorem habeo excusationem, quàm tu, qui cùm dicere cœperis me ad loquendum prouocasti: nihilominus si quid melius nosti, loquere. Sed hæc explicatio, præterquam quod valde leuem habet sententiam, in Græcam versionem vix, in Chaldæam, quam Hebræi sequuntur, nullo modo conuenire potest. Hebręi autem, & quidam Latini qui eos sequūtur relatiuum [*eam*] calamitatem referre opinantur, & verbum שׁלם salam quod [*expetit*] vulgatus declarat significare perficere. Et ita totum locum explanant, An ex te perficiet illā, id est, An tu auctor esse debes, vt Deus calamitatem perficiat, tibi vitā adimendo. Constat enim Iob optasse sæpe à vita discedere, vt tantis cruciatibus, & tot ærumnis liberaretur. Quod hic ex horū sententia reprehendit Eliu. [*Quia displicuit tibi.*] id est, vita tua, [*tu enim cœpisti loqui,*] diximus in Hebræo esse בחרת baharta electi. i. tu mortē electi, & non ego. [*Quod si quid nosti melius loquere.*] i. Respōde, si quid potest adhęc. Sed cū superioribus, & sequētibus versibus Iobi stultitiā, & arrogantiā reprehēdat, quòd eius iudiciū à Deo subuersum fuisse dixerit, & modestiora in eo verba ex horū interpretū sententia desiderauerit, nō aptū est cōtextui, quod hic eū increpet, quod mortem optauerit. Deinde magna illa insulsitas videt, Tu mortē electi, & nō ego, Quid mirū si nō ipse. Alij relatiuus ille [*eam*] disputationē referre opinātur, & ita explicāt. Tuę partes sunt, nō alteri mihi respōdere, an à te ortam disputationem alius absoluet? Tu enim reiecisti, tu elegisti, & non ego, quare loquere, si quid melius nosti, & mihi responde. Sed quid illud est reiecisti, & elegisti, nunquid

dispu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

disputationem. At cur reiecisse dicat, id de quo multa verba fecit. Præsertim, quòd amicos disputando vicisse egre ferebat Eliu. Si verò disputationem Eliu reieci se intelligant. Qua id coniectura dicũt, cùm nondum ipse loquendi finem fecerit. Verum enim verò cum in eo Eliu versetur oratio, vt Iob stultitiæ, & temeritatis arguat, quod cum Deo disceptare cuperet, & non recte suam causam iudicasse iactaret, id etiam his verbis agere credendum est. Et ob eam rem tanta hic verborum concisione vtitur, vt irati hominis modus declaretur, qui concisis verbis, & obscura oratione vti solet. Illæ etiam auersiones, quas subiecit statim, indignationem innuunt, Viri intelligentes, &c. Pater mi, &c. Id etiã, quod versu. 35. ponit de hac Iob stultitia quã ille putabat, differere demonstrat. Stultè locutus es, &c. Ille ergo relatiuus Eam refertur ad scientiam, vel intelligentiam. Nunquid à te Deus expetit eam scientiã? qua summa Deum præditum esse multis hoc capite Eliu probauerat, Oculi eius superuias hominũ, omnes gressus eius considerat, Nõ sunt tenebræ, &c. Nouit enim opera eorum. Sed tu cum cupis Deo litè intendere, & cum eo ius educere, vt probes ei tuam iudicium subuertisse: putasne Deum tua animaduersione egere, & à te scientiam iudicandi expetere? Quadrat etiam Græcorum versio, An ex te Deus scientiam pendet, soluet que: ita vt tu commodes ei rationem adquirendi scientiam illam rectè iudicãdi, quã ei deesse existimas. Quadrat etiã hoc in interpretationem verbi סלה salã quã Hebræi, & alij sequũtur, & Chaldæũ sequutũ fuisse interpretãtur. Nũquid ex te perficiet eã scientiam, id est, Disceptatione tua facies, vt Deus scientiã suã perficiat, ostendens ei veram iudicãdi rationem. Quia [*Displicuit tibi,*] vel vt alij vertũt, Reiecisti, vel abominatus es alio rum scientiam, & quidquid ab amicis dictum fuit tibi displicuit, & illorũ sermones reiecisti, & abominatus es. Ita, vt neque Deus, neque alius homo tibi sapere videatur. [*Tu enim cœpisti loqui, & non ego.*] Id est, tu dehac re verba facere cœpisti, neque ego te prouocaui, sed potius à te prouocatus hæc dico. In eandẽ sententiã accipitur, quod est in Hebræo, & in Græca, & Chaldea versione. Et alij interpretantur. Tu eligisti hãc disputationem scilicet, & non ego, neque de mea sententia, quidquam locutus es.

[*quod si quid nostimelius, loquere.*] Id est, cùm ergo incommoda hæc, quod hactectus dixisti, sequantur dicto aliud, quod ita stultum non sit. Cùm ergo hæc explicatio sit apta contextui, & in omnes classes huius loci versiones diserptissimè quadret, & in ea nihil insulsum nihilque absurdum reperiatur, non potest certè mihi præter cæteras non placere.

34 *Viri intelligentes sequantur mihi, & vir sapiens audiat me.* Incitatus his absurdis, quib⁹ Iob superiori versu vrgebat, auertit ab eius persona, & viros doctos, & sapientes implorat, vt hæc, quanta incõmoda, & absurda sint cognoscant. Viri enim grauis, & prudentis est sapientium, & intelligẽtium iudicia plurimi facere, ad illaque opiniones, studia, omnẽ denique vitam suam velle dirigere, & hominum vulgus, quod leues & indocti homines valde amãt, vehementer contemnere. Habitus viri grauis, atque prudentis.

35 *Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.* Totius ortionis, quã hactenus habuit, status est. Verba, quę Iob locutus est, quę stulta nominat, posuit in

in principio huius,& superioris capitis. Sed cum loca citauerimus in quibus Iob verba sunt,ibique à nobis exposita sint,facilè ex nostra expositione intelligetur, vel ea non rectè Eliu intellexisse,vel temere ab eo stulta,& sine disciplina nominari.

39 *Pater mi probetur Iob vsque ad finem.* Id est, diu multumque malis vrgeat,Æmulationè Dei habere videt, sed non secundum scientiam,vt Pauli verbis vtar. *Rom. 10.* Quòd [*Pater mi*]dicit Hebraicè est אבי abi,quod patrè meũ Hebræis significat.Sed quia eius radix est אבה aba,qđ est velle,hoc loco Hebrei quidam,& alij significare dicunt,Voluntas mea.Et ob eam rem quidam,ita hic explicãt,Vtinam probetur Iob,vel voluntas mea est, vt probetur Iob.Sed cùm huius similem significationem aliam in scriptura non proferant, horum mihi, quidẽ nõ probatur opinio: & ψ aptissimè vulgati versio cõueniat,& ita Chaldæus vertat,Pater mi,qui est in cęlis. Et ineptum sit frustra Hebræa verba tam ambigua facere.Græci tamen non אבי abi,sed אכי aci legisse videntur,nec mirum,nam. ב.bet,&.כ.caph, sunt literæ apud Hebræos valde similes,& facilè poterat vna pro altera subrepere: אכי aci verò putare meritò poterant esse idem,quod אך ac cum.ך.litera sit accidẽtalis,quæ affixa non mutat significationem nominis. Est autem אך ac Hebræis veruntamen,vtique, certè. Et ob eam rem veruntamen Græci verterunt.Sic hanc orationẽ intelligẽtes,Veruntamen probetur Iob,vt discat.Quare ita transtulerunt ἀλλ᾽ ἵνα δοκιμασθῇ ἰὼβ veruntamen discet Iob.[*Ne desinas ab homine iniquitatis.* Id est,ne desinas probare, & affligere hominem iniquum. Sed iniuria hoc conuitium tanto viro fit.Hebraicè tamen ad

ad verbum est,Propter conuersiones [eorum qui] scelus faciunt, id est, Vt timeant homines iniqui in te aliquid petulanter, & contumeliosè dicere, sceleriſque sui eos pœniteat. Possumus enim pro conuersionibus pœnitudines ponere. Vtrumque enim verbum Hebræum innuit.Sed quod[*non*] vertit vulgatus in Hebræo est לע hal quod his literis Propter significat: Sed vulgatus legit fortè אל al non, Nam א. &. ע. literæ sunt, licèt figura dissimiles prolatione tamen valdè similes, cùm vtraque litera gutturis ab Hebræis appelletur, id est, quòd gutture proferatur.Cùm ergo prolatione similes sint, vno dictante,& altero excipiente poterat facilè altera poni pro altera.Nam Græci eodem quo vulgatus modo legerunt,nam μὴ non conuerterunt.Quod verò[*desinas*] vulgatus dicit in Hebræo est תשבת teſubot, quod cõuersiones,pœnitudines, responsiones declarat à radice שוב sub. Alijs tamen punctis, vt tisbot legamus erit futurum radicis שבת sabat, quod cessare significat.Cadit igitur in Hebræa verba vulgati interpretis versio. Aliter Græci verterunt μὴ οὕτως ἔτι ἀντιστῆναι χρισιν ὡσπερ οἱ ἄφρονες ne des responsionem quemadmodum insipiẽtes.Diximus enim nomen Hebreũ, quod conuersiones nos significare diximus,responsiones etiam significare.Cætera facilè intelliguntur,aptè conuenire.

37 *Qui addit super peccata sua blasphemiam.* Peccata sua vocare videtur ea,quorũ pœnas tãtis ærũnis luere existimabat.Blasphemiã verò,quòd dixerat,vt Eliu in principio huiꝰ capitis criminabatur,à Deo iudiciũ suũ corrũpi.Hebraicè est,in eandẽ rationẽ, Quoniam addet ad scele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scelera sua peccatum. Græci non tanta acrimonia eandem reddiderunt sententiam ἵνα μὴ προσθῶμεν ἐφ' ἁμαρτίαις ἡμῶν ne addamus ad scelera nostra. [*Inter nos interim cõstringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.*] Id est, sermonibus, & disputatione nostra conuincatur, conuictus verò à nobis audeat ad iudicium Deum prouocare. Vt hæc extrema verba per irrisionem dicta fuisse intelligantur, id est, Ab hominibus cõuictus deinde putet Deum disputando vincere posse. Quod [*constringatur*, dicit Hebraicè est יספוק içpoc, quod proprie percutere significat, vt versu. 16. huius capitis à vulgato versũ est, Percussit eos in loco viuentium. Quia verò plaudentes manũ manu percutimus, plaudere nonnunquàm significat, quia verò in passiua voce alijs punctis esse potest, passiuè à vulgato explicatum fuit, Inter nos percutiatur, & vt latinior esset oratio, Cõstringat, traduxit. Sed in actiua voce, vt Hebraicè nũc scribitur, ita explicatur, Plaudet inter nos. Tũc Iud [*ad iudiciũ prouocet.*] Id Hebræo est ידין iereb, qđ à radice רוב robvulgatus esse voluit, qđ est litigare. Potest tamen esse à radice רבב, vt alij volũt, quod multiplicare est. Ita ergo in eãdem ferè rationem verbum de verbo hęc verba traduci possũt, Inter nos plaudet, & in Deum verba sua multiplicabit. Id est, nisi Iob à te vehemẽter probetur, & supplicijs coerceatur, plaudet de nobis triumphans, & verba nostra explodens, non desinetque verba multa in Deũ dicere, quibus de illo queretur, & non rectè cum eo agi iactabit. Græci mitius, vt diximus eandem sententiam declarantes, ita conuertunt ἀνομία δὲ ἐφ' ἡμῖν λογισθήτω πολλὰ λαλοῦντα τὰ ῥήματα ἐναντίον Κυρίου culpa autem in nos cõferatur, multa

ta in conspectu Dei verba loquentes. פשע pesah culpa, vel scelus non cum antecedentibus verbis, vt vulgatus & Hebræi, sed cum sequentibus coniungentes, & ידין iereb, de quo diximus non à רוב rob, quod est litigare, sed à רבב rabab multiplicare deducentes.

CAPVT. XXXV.

1 Igitur Eliu hæc rursum locutus est.
2 Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo? A
3 Dixisti enim, Non tibi placet, quod rectũ est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero?
4 Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.
5 Suspice cælum, & intuere, & contemplare æthera, quòd altior te sit.
6 Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? B
7 Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?
8 Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua.
9 Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabũt C propter vim brachij tyrannorum.
10 Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte.
11 Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos.
12 Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.
13 Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotens cansas singulorum intuebitur. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 *Etiam cùm dixeris, Non consideras: iudicare coram illo, & expecta eum.*

15 *Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde.*

16 *Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.*

CAP. XXXV.

Igitur Eliu hæc rursum locutus est.

2 *Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt dicere, Iustior sum Deo?* Id Iob nunquàm expressè dixit, sed dixisse temere concludebat Eliu, ex eo quod sine culpa tot pœnas luere dictitabat, neque vereri de hac re vel cũ Deo ipso disputare. Hebraicè ad verbum est, Hoc cogitasti, in iudicio dixisti, *Iustior sum Deo.* Id est, de eo iudicio, quo te Deus afflixit, cogitasti dicens.

3 *Dixisti enim, non tibi placet, quod rectum est, vel quid tibi proderit, si ego peccauero.* Neque id vsquàm à Iob dictũ reperietur. Sed operepreciũ est intelligere, quid his verbis Eliu calumnietur, vt vbi calumniæ ansam reperit, demonstremus. Calumniatur autem Iob Dei abnegasse prouidentiam, neque probis consulere, neque in improbos animaduertere, neque vllam vtrorumq; eũ curã attingere, & propterea dicit. Dixisti enim, &c. Id est, neque ad te ò Deus pertinet, quòd rectũ faciã, neque quòd peccem, vtrumque parùm attendis, quòd nihil emolumenti nihilque detrimẽti ad te ex vtraque re veniat. Hebræa ad verbum reddita eandem habent sentẽtiam, licèt obscurius. Quoniam dixisti, quid proderit tibi, aut quid commodi capiam ex peccato meo. Ex vno cõtrario vtrũque vult Hebræus intelligi. Quo circa bis dixit eandem sententiam, quid proderit, &c.

Falsa in Iob calumnia.

Et

Et quid cõmodi capiam á te subaudi ex peccato meo, id est, Nõ curas, vtrum ego peccem necne. Aliqui vertunt, quid cõmodi capiã ex expiatione mea. Et quadrat. Nam חטאת hata, & peccatum significat, & sacrificium pro peccato, & eodem modo ex vno contrario alterum intelligendum est. Et ita optimè explicantur Septuaginta viri, qui totum hunc versum ita transferunt ὅτι εἶπας δίκαιός εἰμι ἔναντίον κυρίου, ὅτι ἐρεῖς, τί μοι φαίνεται ἁμαρτών. Quoniam dixisti iustus sum coram Domino, Quoniã dices, quid faciã, cũ peccauerim. Id est, siue bonus sim, siue scelus faciã, quid hoc ad Deũ spectat, cùm nihil ipse ex vtraq; re cõmodi vel incõmodi percipiat. Tam improbam verò sententiam ex verbis illis Iob fortasse calumniatus est, capitis. 9. Vnum est, quod locutus sum innocentem, & impium ipse cõsumit. Et ex illis capitis decimi. Et si impius fuero, væ mihi, & si iustus non leuabo caput. Et ex illis capitis. 7. Peccaui, quid faciã tibi ò custos hominũ. Quæ verba, ut vertunt Græci hîc ab Eliu recitantur, τί ποιήσω ἁμαρτών, quid faciam, cùm peccauero? Ex hoc facilè inquo caput hoc versetur, & eius contextus intelligitur.

4 *Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.* Id est, Simul amicos tuos docebo, quo pacto tecũ disputaturi sunt.

5 *Suspice cælũ, & intuere, et contẽplare æthera, quod altior te sit.*

6 *Si peccaueris, quid ei nocebis? si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?* Vt refellat Eliu Deum, neque pios, neque impios curare, prius illud non modo concedit, verumetiam probat, quo id aliquo pacto confirmari videbatur, probitatem, & improbitatẽ viri Deo neque detrimento, neque emolumento

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset. Negat tamen postea, id consequi, Deum in rerũ humanarum cura non esse. Probat igitur probitatem, & improbitatem hominis nihil damni vtilitatis ve afferre Deo ex loco in quo Deus est, cũm enim Deus in cęlis habitet, nulla ad eum ex terris, in quibus homines sunt, calamitas peruenire potest. Ita, & Dauid Deum, vt ei veniret auxilio precabatur, licèt nihil ex eo vtilitatis esset præcepturus. Cõserua me Domine, quoniã speraui in te, dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Intelligẽdum etiam est alterum cõtrarium, neque mala à me times. Et Paulus eodem argumento hoc idem probauit de Dei maiestate Athenis disserens. Hic cæli, & terræ cũ sit Deus, non in manu factis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo. Cũm ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia.

Deum nihil lędit iniquitas, neque ei prodest hominis pietas. *Psal. 15.*

Act. 7.

7 *Porro si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet.* Ponit alterum contrarium, id est, neque ex officijs tuis aliquem fructum percipiet.

8 *Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua.* Homini qui similis tui est, id est, qui bonis eget natura sua, & idcirco malis afficitur, huic inquam commodo vel incommodo esse poteris, si bonus, vel iniquus fueris. Vnde prouerbiũ est Homo homini Deus.

9 *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabũt propter vim brachij tyrannorum.* Proponit, & explicat argumentum, quo videbatur ei Iob eam, quam asscribebat ei confirmare sentẽtiam, Deum res humanas non curare. Quia pauperes, & infirmi homines à tyránis, & violentis hominibus oppressi clamant, auxilium requirunt: tamen Deus nullam eis fert opẽ, sed impune grassantur impij. Quod persequi Iob visus est capite toto. 24. Quod explicat Eliu dicens.

10 *Et non dixit, Vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte.* Id est, ea de causa Deus non omnibus oppressis auxilium fert, quia non omnes spem suæ salutis in Deo ponunt, neque eius ex animo præsidium petunt, sed alias pessimas fortè ineunt rationes, quibus, cũm mala vrgent, liberentur. Quorum hominum absurdissimum esse consilium duobus argumentis breuiter ostendit. Quoniam â quo potius deberent conseruationem & assertionem sperare, quàm ab eo à quo facti sunt. Nam qui præstitit eis, vt essent, cũm nihil ab eo peterent, nulla re eius sibi beneuolentiam adiungerent, multo melius factos seruaret, si eius clementiam, & benignitatem implorarent, & amori eius respõderent. Tum cùm experiantur homines ab ipso Deo noctis metu, qui magnus natura est, cùm in tenebris versari vehementer homines exhorrescant: tamen eos Deus ita hoc metu liberat, vel stellarũ lumine, vel alijs vitæ subsidijs, vt non modo nõ timeant, verum etiam alacri, & læto animo canant. Ita enim quidam exponunt illud, [*qui dedit carmina,*] id est causas canendi. Optimè etiam Græci, licèt quidam eorum versionem contemnat κατα τάσσων φιλακὰς νυκτερινὰς constituens custodias nocturnas, id est, qui nos in noctis metu custodirent, ita vt metu vacui homines canant. Vel ad vigiles, & custodes verbis alludebant, qui vigilias canẽdo exigunt, nullo noctis timore perculsi.

Cura Deo auxilium sperare debeamus.

11 *Qui docet nos super iumẽta terræ, & super volucres cæli erudit nos.* Alio argumẽto demonstrat valde absurdũ esse homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominē in rerum diſcrimine ad Deū non cōfugere, à quo tam ſingulare accepit beneficium, vt ipſe vnus inter cætera animalia mente, & ratione polleret, quā ipſe præterea multis modis imbuit, & ad veram doctrinam informat. Illa ergo tam expreſa Dei imago, quam in ſe homo videt, deberet illū in malis iacēte ad memoriam eius, à quo tot habet bona excitare, & eius ex animo auxilium petere, in eoque omnes ſalutis ſuæ ſpes collocare, præcipiente præſertim ipſo, vt eius verbis ait Dauid. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. Oportet igitur, vt nos vindicet à malis ipſum ex animo inuocare. Cūm ergo multi à potentibus oppreſsi id non faciant, ſed alijs vijs ſuam ſalutem inueſtigent, mirum eſſe non debet, quòd eis nullum ſubſidiū præſtet, ſit propterea ſubijcit.

pſal. 49.

Cur quibuſdam Deus ſubſidio, non ſit.

12 *Ibi clamabūt, & nō exaudiet, propter ſuperbiā malorū.* Id eſt, cum eos in quorū hominum ſuperbia miſeros habuerit, licet clament eos Deus non audiet. Quia vel Deo non clamant: ſed vel lamentantur, de ſua fortuna queruntur: vel non Deū, ſed cognatos, vel amicos, vel potentes homines obnixè obſecrant. Aut ſi Deum appellant, non eius gratiam & beneuolentiā in primis quærentes, ſed à malis liberari cupientes. Itaq; Deum ſibi adeſſe optant non tanquàm rem honeſtam, ſed tanquam vtilem, hos quidem Deus clamores non curat: vt ijs ad auxilium ferendum moueatur. De ijs enim dicit Dauid, Clamauerunt, neque erat, qui ſaluos faceret ad Dñm, neq; exaudiuit eos. Et ipſe Deus per Hieremiam, Clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iudæ, & habitatores Hieruſalem, & clamabunt ad eos quibus libant, & non ſaluabunt eos in tem-

pſal. 17.

Hier. 11.

tempore afflictionis eorum.

13 *Non ergo fruſtrà audiet Deus: & omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur.* Difficilior verſio eſt, cùm Hebræa plana ſint, quibus propoſitis facilior erit vulgatæ verſionis explicatio. Hebraicè igitur ſic ad verbū eſt, Vtiq; vanitatem non audiet Deus, & omnipotens non reſpiciet eam. Vanitatem vocat preces illas vanas, quia vel rem vanam, & quæ ſubſidio eſſe nō poteſt homo precatur, vel nō verè, & ex animo verū aſſertorem, & ſeruatorem implorat: quas preces Deus, neque audire, neque reſpicere dicitur, quia non it ſuppetias. Ita etiam vertunt Septuaginta, ἀ ſοχὰκ χαῖρ᾽ οὐὰν ὃ κύριος indecora enim videre nō vult Deus. Quod reliquū eſt huius verſus, difficilius eſt apud eoſdē ἀνὴρ χαῖρ᾽ πανοικράτωρ ὀφθήσεται πρὸς τοὺς ἀνομοῦντας τὰ ἄνομα ipſe enim omnipotēs intuetur eos, qui iniqua faciūt. Quod vt cum Hebræo conſentiat, in quo id negādo dicitur, oportet intelligere præcedētis articuli negationē etiā ſequentem negare, quod Hebraiſmus eſt, quem fortè Græci fecerunt, vt eandem habeant ſententiam, quam Hebræa, Omnipotens non intuetur eos, qui iniqua faciūt. Vel poteſt ita explicari, Licet Deus nolit indecora videre, hoc eſt, Nō ſubueniat indignè precantibus, non impedit tamen, quominus eos non intueatur. Vt concludat poſt explicationem argumenti, illo non refutari Dei prouidentiam. Ex his facile vulgatus exponitur. [*Non ergo fruſtrà audiet Deus,*] Id eſt, non audiet eos, qui fruſtrà eum precantur, vt idem ſit fruſtra, quod vane, & non ſyncerè precari, ſicut dixit Hebræus. Et quod ſequitur. [*Et omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur,*] Et vt præcedenti etiam

negatione afficiatur, sicut de Græca versione diximus in hanc rationem, Et omnipotēs causas singulorū frustra precantium non ituetur: quia illorum causas non defendit. Vel potest explanari totus versus altera ratione, qua secunda pars versus Græcę versionis explanari posse diximus. Vt totus versus sit conclusio explicationis argumenti, quam in versibus tetigit superioribus, quod proprius ad mentem vulgati interpretis accedere videtur, cūm illud signum cōclusionis, & ilationis [*ergo*] posuerit. In hanc sententiam. Non igitur rectè ex illo argumento concluditur frustra Deū eos, qui illum implorant audire, cūm subsidio non veniat. Nam ipse singulorū causas intuebitur, id est, Videt qua cum ratione, quo animo singuli precentur. Et auxilium postulent.

14 *Etiam quū dixeris, Non considerat, iudicare coram illo, & expecta eum.* Difficilis versus est, nec rectè quidem à multis expositoribus enarratur, quorū sententias prętermittam. Et hac ratione aptè mihi exponi videtur. Dicere sępe est cogitare, Hebræis prępertim, Dixit insipiēs in corde suo, &, Ego dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternū, & in sapientia, Dixerunt impij cogitantes apud se nō rectè. Agit igitur hoc versu Eliu de illis tacitis cogitationibus, quę impetu quodā, & celeri motu suo virū pium malis conflictantē cōturbant. Cùm ad eā cogitationē dolore deducimur, fallaces eas spes esse, quas in Deo ponimus neque ipsum ærumnas nostras curare, neque subsidio nobis futurum. Quarum cogitationum mentionem fecit Dauid eodem verbo vtēs, Et dixi, Ego sine causa iustificaui cor meū, & laui inter innocētes manus meas. Et iterum eodem psalmo

Dicere non nunquam Hebræis est cogitare. *psal 13: psal.29.*

Cogitationes, quæ virum bonū conturbāt. *Psal. 72.*

psalmo, Si dicebam narrabo sic, ecce nationem filiorū tuorū reprobabo. Ait ergo [*Etiam quum dixeris non considerat,*] Id est, etiam si cogitationis motu celeriter agitato propter diuturnas calamitates fingas Deum nō considerare. [*Iudicare coram illo*] In Hebræo ad verbum est, Iudica ad facies eius, ideſt, Iudica non ad facies rerum quas in magna confusione, & desperatione versari vides, sed ad facies Dei, qui omnia facile potest dāna resarcire. Vel iudica, non vt res, sed vt Deus postulat esse iudicandum. Denique hac ratione dicēdi ad vmbratur illud, quod in psalmo citato, quo de ijs cogitationibus deseruit, tetigit Dauid, Existimabā, vt cognoscerem, hoc labor est ante me, Donec intrē in sanctuariū Dei. Itaq; in sanctuario Dei has cogitationes explicare dicebat. Sāctuariū autem, vt alio loco probauimus, facies Dei in scriptura nominat, idem ergo est, quod dicit Eliu, Iudica ad facies Dei, & quod dicebat Dauid, Cognoscebá in sanctuario Dei. [*Et expecta eum,*] Ideſt, non dubites quin oportunè tibi aderit. Sicut faciebat ille, qui ijs cogitationibus percussus hac se cōsolabatur *psalm. 41.* spe, dicens, Quare tristis est anima mea, & quare conturbas me, spera in Deo. Quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus. Denique hoc illud est consilium, quod luculentius dabat Ecclesiasticus dicens, Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viā *Eccli.2.* tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veteraſce: Hebræa uerba eandem omnino habent sententiam, licēt aliter, & insulsè quidem à quibusdam Hebræis, atque Latinis explicentur. Quę sic verbū de verbo reddentur, Etiā si dixeris, Non videbis eū, iudica ad faciem eius, & expectabis eum, Id est, licēt cogi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes aliquãdo ò Deus nõ videbis eũ,qui sperat in te,&c. Græci difficilius hunc locum conuerterunt. Nam totum illud Etiam si dixeris ,Non considerat,ita conuertunt καὶ σώσει με,& seruabit me. Quare ita Hebræa cõstruxisse videntur, Etiam dices ei,Seruabis me. Habẽt quæ hanc sententiam,nam אִם lo, quod vulgatus Hebræi,& alij Non interpretantur,etiam Ei significat,vt quindecim scripturæ locis Hebræi id significare notant, וְגַם eũ autẽ facilè intelligitur, וְגַם me etiã esse posse,Cùm ו vau,&ג iod literę sint,vt sępenumero diximus,valde similes . Illam verò sentẽtiam in pauca contulerunt,Et seruabit me,transferentes. Quod verò reliquum versus est,ita interpretati sunt κρῖναι πρόσωπον ἀνδρὸς,ἢ πῶς οὐκ ἀνυπόδικος ἔσει iudicare autẽ coram eo,si potest laudare eum,vt est . Quare לֹא נָוָה teholel non perֵ het,vt est in libris Hebris,& vulgatus,& Chaldæus,& cæteri omnes legunt,sed perה he legisse vidẽtur. Quod facilè accidere poterat,cum literæ sint valde similes,& figura, & prolatione. Vtraque enim est gutturis litera,perה he autẽ,vt sit verbũ לָלַל halal laudare est.

15 *Nunc enim nõ infert furorem suũ,neque vleiscitur scelus valde.* Demonstrat cur in quacunque rerum acerbitate bene sit de Deo sperandũ,vt versu superiori docuit. Nã in hac vita Deus,licet scelera nõnunquàm vleiscatur, non tamen vniuersam iram suam expromit. Cùm nõ tã vleisci studeat quãm sanare. Quare magnus semper misericordiæ locus relinquitur. Futuro verò seculo eũ torum odium suũ in impios exprompserit nihil est, quod afflictus homo,&extremo sceleris sui supplicio addictus à Deo possit sperare. Frustra enim tunc illum appel-

De Deo in rerum acerbitate bene sperandum in hac vita. *Matth.25*

appellabit,& dicet Dñe Dne. Nam respõdebit,nescio vos. Hoc tamen tempore nulli salutis suæ desperandũ est. Ait enim,vt Paulus ex Esaia cõmemorat, Tempore accepto exaudiui te,& in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile,Ecce nũc dies salutis . Quæ expositio facilis,& apta mihi videtur,& ex qua,& Hebræa,& Græca æditio bene intelligatur:alię,quę alijs & Latinis,& Hebręis placẽt,mihi certè nõ probãtur.

16 *Ergo Iob frustra aperit os suũ,& absque scientia verba multiplicat.* Cùm iactet,vt existimasse diximus Eliu,Deo, neque pios,neque impios esse curæ, temerè tamẽ tam impiam Iob sententiam ascribit.

CAP. XXXVI.

ADdens quoque Eliu,hæc locutus est .

2 *Sustine me paululum,& indicabo tibi:adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar.*

3 *Reperã scientiã meã à principio,& operatorẽ meũ,probabo iustũ.*

4 *Verè enim absque mendacio sermones mei,& perfecta scientia probabitur tibi.*

5 *Deus potentes non abiicit,cum & ipse sit potens.*

6 *Sed non saluat impios,& iudicium pauperibus tribuit.*

7 *Non auferet à iusto oculos suos,& reges in solio collocat in perpetuum,& illic eriguntur.*

8 *Et si fuerint in catenis,te vinciãtur funibus paupertatis.*

9 *Indicabit eis opera eorũ, & scelera eorũ quia violenti fuerunt.*

10 *Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat,& loquetur, vt reuertantur ab iniquitate*

11 *Si audierint & obseruerint,complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.*

12 Si

32 *Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia.*

13 *Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.*

14 *Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos.*

15 *Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius.*

C

16 *Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentũ subter se, requies autẽ mensæ tuæ erit plena pinguedine.*

17 *Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.*

18 *Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.*

19 *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.*

20 *Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis.*

21 *Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi pọ̃ miseriam.*

22 *Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.*

D

23 *Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere, Operatus es iniquitatem?*

24 *Memento quòd ignores opus eius, de quo cecinerũt viri.*

25 *Omnes homines vident eũ, vnusquisque intuetur procul.*

26 *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrã: numerus annorũ eius inæstimabilis.*

27 *Qui aufert stillas pluuiæ, et effundit imbres ad instar gurgitũ*

28 *Qui de nubibus fluunt, quæ prætexũt cũcta desuper.*

29 *Si voluerit extendere nubes quasi tentoriũ suum.*

30 *Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoq; maris operiet.*

31 *Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.*

32 *In manibus abscondit lucẽ, & præcipit ei, vt rursus adueniat.*

33 *Annunciat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.*

DDeus quoque Eliu, hæc locutus est.

2 *Sustine me paululum, & indicabo tibi; adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar.* Nam thesis, in qua superiori capite versabat, duas habebat partes, vna ad impios spectabat, altera ad pios vtrosque dicebat Deũ cognoscere. Cur autẽ impios, oppressos, & eius auxilium petentes non audiret, superiori capite exposuit. Hoc vero capite narrat Deũ pios respicere, & ob eam rem dicit, [*adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar.*] Id est, quod attinet ad probos homines.

3 *Repetam scientiam meam à principio.* Hebraicè est מרחוק מרחוק merahoc longè, & fortè eadem phrasi dicitur, qua & Latini, rem longè, & à capite repetere, & altè petito, dicendi principio. Idẽque vulgatus significauit [*à principio,*] dicẽs, vel [*à principio,*] vt cuidam placet Hebræo, Id est, à Deo: quod est, ex ipsa Dei natura arguméta petam ad statum meæ causæ cõprobandũ. [*Et operatorem meum probabo iustum.*] Id est, æquũ pijs & impijs iudiciũ reddere iusque hominibus dicere. Eadem sententia est in Hebræo, & eandem transfert Chaldæus. Græci tamen ἔργοις δὲ μὲν δικαίοις ἐγὼ operibus meis iusta dicã, id est, Dictis, & factis meis iustitiæ rationem ducam. Nam in Hebræo est פעלי pohali operator meus; vt vertit vulgatus, alijs tamẽ pũctis, vt pohalai dicamus, opera mea declarat.

4 *Vere*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Verè enim, & absque mendacio sermones mei,* Id est, non sophistam agam, sed veras rerũ causas tractabo. Septuaginta verò ita transtulerunt ἐπ' ἀληθείας καὶ οὐκ ἔστιν ἐλλείποντα ῥήματα ἄδικος συνιείς in veritate, & non inqua verba iniquè intelligens, Vocat iniqua verba, verba Iob, quę rectè intellexisse significatè contrario tamen accidit. Nam Iob ęqua verba non ęque intellexit. Quę versionis Græcę sententia, etsi contextui apta sit, ad Hebręa tamen verba non facilè aptabitur. Veruntamen collũ fine accentum Athnah, collocasse videntur, sub voce תמים tamim perfectus, & non sub præcedenti voce מלאי milai verba mea, vt ab Hebræis, Chaldæo, & Vulgato collocatur. Deinde non Milai, sed Mile legerunt. quod, cùm sit in regimine, genitiuum esse crediderunt nomen precedens שקר fecer falsum. Itaque semel poni, & iterum subaudiendũ esse hoc nomen iudicarũt, ita ergo Hebræa construebãt, quia verè non falsò verba falsa perficiens. Et propterea posito modo conuerterunt. [*Et perfecta scientia probabitur tibi.*] Id est, ostendam tibi scientiam meam perfectam esse, & à primis causis petitam, verba sunt ventosa, & iuuenis arrogantis. In Hebræo tamen ad verbum est, & perfectus scié tijs tecum. Potestque vel de ipso intelligi Eliu, vt à vulgato intellectum fuit: vel de Deo, vt à Chaldæo, & quibusdam alijs in hãc rationem intelligitur, Apud te Deus perfectus scientijs est. Id est, de tua sententia Deum nihil latet. Vt ponat, antequãm disputare aggrediatur, principium, de quo inter illos conuenit. Sed quia Græci, sicut diximus Perfectus, cum antecedente versus parte coniunxerunt. Hoc ita intellexerunt, Scire tecũ, vt דעה dehot non sit nomẽ plu-

plurale, sed infinitiuus verbi, quod scire significat, quo circa ita verterũt γίνωσκε cognosce, quòd Deus innocẽtẽ nõ abijcit, intelligentes, Deus tecũ si fueris innocẽs.

5 *Deus potentes non abijcit, cum sit ipse potens.* Agit ergo de secũda status sui parte, probãs minimè Deũ viros bonos respuere. Potétes ergo vocat hîc verè potétes homines, quales sunt viri virtute prædit: qui, & fortes in diuinis oraculis sæpe dicuntur, & hos nomen Hebræum כביר cabir, quod hic ponitur significat. Firmissimo vero argumẽto probat hos charos esse Deo. Quia, & ipse potens est: quare non potest non sibi similes amare. Quo argumento vsus est, & Isocrates in oratione de pace ad hoc idem probandum. Et Christus, qui eam suscepit prouinciam, vt homines Deo reconciliaret in hac re infinitos industriæ suæ neruos cõtendit, vt homines Deo similes redderet, sic enim fieri non poterat quin Deo essent chari. Eaque de causa ita Deum patrem rogabat. Et ego claritatem quã tu dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Quidam imperitè dicit Vulgatum interpretem sententiam eam non attigisse, quæ in Hebræo est. Cùm non in aliam partem, quam in eam, quę enarrauimus, Hebræa rectè declarari possint. Nam ita habent verbum de verbo traducta, Ecce Deus fortis, & non aspernabitur fortem virtute cordis. Quòd si propter collũ, quod Hebręi terminari volũt verbo Aspernabitur accẽtũ Athnah ibi ponẽtes, nege, quod sequitur in accusatiuo esse posse, subaudire oportet in

Boni cur Deo chari

Ioan. 17.

prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo collo virum aut fortem, aut virtute præditum, aut iustum, quo eadem, quæ à vulgato interprete redditur sententia. Sicut vertit Chaldæus interpres, Ecce Deus excelsus non reijciet iustū, eo quòd ipse sit magnus virtute, & sapiens corde. Ita etiam conuerterunt Græci ἐκ ἀφίησι ἄμωμον ἀποστραφῆναι τὸν ἄκακον Dominus non repellet innocentem. Quod sequitur autem, Fortis virtute cordis, in nōminatiuo esse voluerunt, vt de Deo dicatur, & sequenti versui adaptarunt. Sed opere precium est, considerare, quàm sapienter verè fortem virum Eliu descripserit, Fortem virtute cordis. Quare qui aut vi corporis, aut amplę familiæ, aut multarum copiarum fortis est, minime verè fortis habendus est, qui autem omnibus alijs subsidijs destitutus magno animō, & forti animo fuerit, hic verè fortis iudicādus est,

Quis vere fortis.

6 *Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit.* Id est, sicut non saluat impios, vt capite superiori dixi, ita pauperes, ideſt, viros bonos saluat. Nō saluat impios, Hebraicè in eādem rationem est, Non viuificat impios, & ita Græci, & Chaldæus transferunt, ideſt, Malis non liberat, nisi vt eos seueriori iudicio, & grauioribus pœnis reseruet. Est enim viuificare à malis vendicare.

psal. 137. Si ambulauero (ait Dauid) in medio tribulationis, viuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Iudicium pauperibus tribuere, est eis temporibus suis adesse, neque æquo animo pati, vt ab iniquis opprimā tur. Quod iudicium Deus vehementer amat, neque prius illud quàm seipsum deseret. Qua re pios viros excitat Dauid dicens, Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in æternum conser-

Adest Deus bonis oppressis.

psalm. 36.

uabuntur.

uabuntur, iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Et alio psalmo, Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopi, & vindictā pauperi. Sed illud [*iudicium pauperibus tribuit*] difficilius Græci, in eandem tamen sententiam conuerterunt, speciem ponentes pro genere χρήματα ἀσεβῶν ἀφήσει pecunias pauperū dabit, quas ab eis iniqui iniuria rapuerunt, aut iniquè retinent, ita etiam honores famam, & quascunque facultates, & vitæ subsidia dabit, quibus iniuria spoliati sunt: omnia denique restaurabit incommoda. *Psal.* 139.

7 *Non aufert à iusto oculos suos,* Paucis id dicens comprehendit quantis bonis Deus pios homines cumulabit, id quod etiam canebat Dauid. Oculi Dñi super iustos, & aures eius in preces eorū. Vt videat, & audiat quidquid eis opus fuerit. Quapropter ipse Dauid eodem psalmo dixit, Inquirentes autē Dñm nō minuetur, omni bono. [*Et reges in solio collocat in perpetuum, & illic erigūtur.*] Difficilior versio est, fiet autē facilior, si Hebræa ad verbum proponamus, quæ ita habent, Et cum regibus in solio collocat, in perpetuum erigūtur: ita transferunt Græci atque Chaldæus. Significat ergo Vulgatus tot tantisque insignibus gloriæ Deum aliquando viros probos ornare, vt eos vel reges faciat, vt fecit Dauidem. Vel clarissimorum regnorum gubernacula tribuat, vt Ioseph, & Danieli tribuit. Suscitat de pulvere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & soliū gloriæ teneat, canebat Ana. Quod dicit. [*Collocat in perpetuum.*] Idest, sic vt à nullis hostibus ægrè tantam illorum amplitudinem ferentibus regnis euerti, aut de altissimo dignitatis gradu deijci possint. Græci conuertunt illud [*in perpetuum*] εἰς νί-

psalm. 33.

Bonis tribuit honorem Deus.

1. *Reg.* 2.

xos in victoriam. Et vtrumque nomẽ נצח nezah significat. Exaltãtur autem in victoriam hostium suorum, cum eisdẽ modis atque rationibus, quibus eos incommodis onerare & miseros habere nitebantur, summã gloriã adipiscuntur, vt ex exemplis adductis facilè cognosci licet.

8 *Etsi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis.*

9 *Indicabit eis scelera eorum, & opera eorum, quia violenti fuerunt.* Accuratè de toto genere bonorum hominũ disserit, quos in duas formas distribuit, vna est eorũ, qui cum essent boni, in calamitates inciderunt, de quibus dixit versu superiori, ab eis Deum oculos suos non auersurum esse. Altera forma est eorũ, qui merito suo in calamitates, & miserias venerũt debitamque suorũ scelerum pœnam pendunt, supplicijs tamen frugi facti sunt, de quibus modo agit. Hi igitur si fuerint vincti catenis, vel vt vniuersum calamitatis genus cõprehendam, si fuerint in paupertatis vincula coniecti, ita vt vndique paupertate constringantur: quo quidquid est miserię continetur. Et ita quod paupertatem vulgatus trãsfert, Hebraicè est עני honi, quod Afflictionis vel Miseriæ etiam transferri potest, vt transfert Chaldæus עגופא çigupha afflictionis. Græci tamen πενίας paupertatis conuertunt, sed eodem modo vtraque ratione intelligendum est, vt totum incommodorum, & ærumnarum genus significet: Si homines igitur iniqui iacturam, & detrimentum faciant, Indicabit eis opera eorum, &c. Id est, detrimentis, & iacturis Deus eos ad scelerum suorum memoriam excitabit, [*Quia violenti fuerunt,*] Id est, quia alijs detrimentosi, atque crudeles fuerunt, intelligãt pœnas luere. Id quod sæpe accidit. Pœna enim natura sua apta atque conexa culpę est, cũ fuerit propter culpam per se, vique sua institura. Quare vix fieri potest, vt scelera non reuocet in memoriam. Ita factum est, vt fratres Ioseph metu perculsi dicerent, Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. In qua re perinde facere Deus videtur, ac si iudex tormẽtis reo sceleris confessionem extorqueat.

Ex calamitate quos fructus ferat iniquus

Gene. 42.

10 *Reuelabit quoque aurem eorũ, vt corripiat: & loquetur, vt reuertatur ab iniquitate.* Dãna enim, & incõmoda afferẽdo loquitur Deus, & suam voluntatẽ declarat, vt cap. 33. pluribus exposuit ipse Eliu, eisdemque vijs reuelabit aurem, ideſt. Faciet, vt eum audiant, & eius iussis obsecundent. Supplicijs enim Deus purgat, & recludit aures, ad quas cũm vitijs, tum peruersa doctrina obstructus erat aditus veræ disciplinæ. Cuius rei multa in libro iudicum exempla extant, quo sæpe narrãtur filij Israel abducti, à Deo miserijs, & ęrumnis fuisse reuocari. Quare dicit Zacharias, Veruntamen verba mea & legitima mea, quæ mandaui seruis meis prophetis, nunquid non cõprehenderunt patres vestros. Et conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis, secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras fecit nobis.

Zac. 1.

11 *Si audierint, & obseruauerint complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.* Id est, si pœnis affecti grauissimoque malorũ æstu iactati resipuerint, & ad meliorem frugem redierint, audientes, & obseruãtes præcepta Dei: præsertim illud, quod in primis tũc ad eos pertinet, vt vere pęniteat eos scelerũ suorũ [*cõplebũt.*] &c.

Qui resipiscunt quæ bona consequãtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Id est, cum miserijs leuabuntur, tum tranquillam vitã agent, & multis gloriæ ornamentis augebuntur. Quo circa meritò in spem illam ingressi sunt filij Israel dicẽtes, vt narrat Oseas, In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite, & reuertamur ad Dominũ. Quia ipse cœpit, & saluabit nos, percutiet, & curabit nos, viuificauit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum: quasi diluculũ præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ.

12 *Si autẽ non audierint, trãsibũt per gladiũ.* Idest, si homines iniqui supplicijs, à Deò pœnisq; multati non resipuerint, extremã Dei experiẽtur vindictã. Hunc enim gladium appellat, quo iniquos homines æterna morte absumet. Cuius speciem Ioãnes in Apocalypsi, Vidit, eũ filium hominis vidisse narrat cum gladio ex vtraque parte acuto ex eius ore procedente. Falcem etiã, siue gladium ex versione Græca Zacharias vidit volãtem, quem venturum, ait, ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter. Quo gladio Deus, per Esaiam, Populi sui scelera vlturum minatur dicẽs, Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Quia os Domini locutũ est. [*Et consumuntur in stultitia.*] Nulla enim maior stultitia, quàm Deum totius scientiæ, & sapiẽtiæ fontem, atque adeò tanquàm patrem animaduertentem non audire, sed eius consilia, & officij præcepta negligere. Quam ob rem scelerati homines, licèt sapientes nõnullis quidam illorum videantur, stulti sæpe numero in scriptura vocantur. In Hebræo in eandem rationem ad verbum

Apoca. 1.

Zach. 5.

Mala corũ quos non pœnitet.

bum est, Peribunt, eo quòd non scientiam, subaudiendum habẽt. Sicut dicebat Oseas, vt est in Hebræo, Perijt populus meus, eo quòd non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te. Vt autem intelligantur Græci liberiori paraphrasi nonnunquam vsi fuisse, ita hunc versum, licet in eãdem sententiam, reddiderunt ἀσεβὰς δὲ ὁ λικοφόλτης προσέτι μὴ βόλεσθε ἀυτὸς ἐλέσθαι τὸν κύριον καὶ διότι γνῶναι τοῦτο μὴ θέλοντες ἀνήκοοι γέγοναν impios autem non seruat, eo quòd ipsi Deum noluerint cognoscere, & quia admoniti obedire recusarũt. *Ose. 4.*

13 *Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.* Hoc propriũ, & expressum est perditorũ hominũ ingeniũ, vt Deo stomachũ facere nõ vereãtur, etsi Deus pro infinita clemẽtia sua, & animi magnitudine pœnas, vt iudex ab eis debitas non repetat, sed tãquàm pater moneat, castiget, calamitates, & detrimenta inferat. Totũ enim calamitatum genus oportet intelligere illa specie [*eũ vincti fuerint.*] Vt reprimat eos vt auxilij eius vehemẽter indigere intelligãt, quẽ irritare, & prouocare non dubitãt, vt eũ implorẽt, & in eius gratiã reduci studeant. Nihil tamẽ Deus tam benigna opera, & studio proficit, nihilo meliores, & saniores fiunt, tantùm afflicti vicẽ suã, & casum acerbissimũ lamentãtur, de fato, de fortuna, vel de hostiũ iniurijs querantur: Dei tamen non recordãtur, neq; illorũ incõmodorũ auctorem esse animaduertũt, neq; vllũ ex eo auxilium requirunt, sed vel ad opes suas, vel ad amicos, & notos frustra cõfugiũt. Nullis deniq; supplicijs Deo ab eis officiũ extorquere potest. Quæ tã immanis illorum peruersitas Deum anxiũ, & solicitũ reddit, & tan cõsilij inopẽ, vt eum describit Esaias dicentẽ, Derelinquerunt Dñm, & blasphemauerunt sanctum Israel, ab

alienati sunt retrorsum. Super quo percutiã vos vltra
Isai. 9. addẽtes prẽuaricationẽ? omne caput languidũ, & omne cor mœrẽs à planta pedis vsq; ad verticẽ capitis nõ est in eo sanitas. Et alio loco hoc ipsum persequitur dicens, In omnibus his nõ est auersus furor eius. Sed adhuc manus eius extẽta. Et populus nõ est reuersus ad
Esai. 7. percutientẽ se, & Dñm exercituum nõ exquisierunt. Is erat improbus ille Achaz, cui à duobus regibus obsesso, & in magna rerum angustia posito, cùm spem faceret Esaias, & vt signũ à Deo peteret, moneret, quo suæ fieret certior salutis. Respondit non petam, & non tentabo Dñm, id est, nullum faciã in auxilio Dei periculum. Cùm igitur nullo modo sanari possint, vt fiat necesse est, quod sequitur.

prouer. 1. 14 *Morietur in tẽpestate anima eorũ.* Idest, calamitatibus nõ liberabuntur, sed merita morte absumẽtur. Sicut dixit Salomon illis, Interitus quasi tẽpestas ingruerit. Idest, interitus quẽ nullo modo vitare poterũt. Sed quod tẽpestatẽ vertit noster interpres, in Hebræo est נַעַר nohar, quod adolescẽtiã, atq; pueritiã Hebræis significat, & ita vertit Chaldæus וּבְזִיר taliuta pueritia, & Græci ἐν νεότητι in adolescentia. Et ita explanatur, Citò morientur impij, immaturaque morte multabuntur, sicut
psalm. 54. Genes. 38. canebat Dauid, Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et in Genesi narrat̃ de Her iuuene, & primogenito Iudę, Fuit Her primogenitꝰ Iudę nequã in conspectu Dñi, & ideo ab eo occisus est. Sed nomẽ נַעַר nahar ducitur ex radice נָעַר nahar, quę propriè significat excutere, quare quidam Hebræi hoc loco interpretantur, Morietur in excussione, idest, calamitosissima morte. Quos vulgatus noster secutus fuisse videtur. [*Et vita eorũ inter effœminatos.*] Quod inter effœminatos dicit Hebraicè est וְקָדְשִׁים bacedesim. Significat autẽ frequentissimè in scriptura nomẽ קָדֵשׁ cadoꝭ sanctum, sed nõnunquàm scortum atque cinædum, vt Deutero. 23. vers. 17. non erit קְדֵשָׁה quedesa meretrix de filiabus Israel, neq; קָדֵשׁ cades scortator, idest, Scortum masculũ de filijs Israel. Et. 3. Reg. 14. vers. 24. Sed effœminati fuerunt in terra, &. c. 22. vers. 46. Sed & reliquias effœminatorum, qui remãserãt in diebus Asa patris eius abstulit è terra. Fortè paratum, & addictũ propriè significat, estq; vocabulum medium, quod in bonam, & in malam partẽ accipi potest. Sicut Facinus apud Latinos, & ἀνόσιον apud Græcos, in malam partẽ hìc accipitur à vulgato, & Chaldeo, qui מָרַד זָכָר ma rezenu Dñm scortationis transfert, & à quibus fortè à Hebraïs. Habet igitur hic locus hanc sententiam, Vita eorum terminabitur, cùm adhuc effœminati sunt, & scortationibus indulgent, id est, In iuuentute morientur, antequàm ad virilem ætatem veniãt. Quidam Hebræus in cõmentarijs in bonam partem accipit nomẽ קְדֵשִׁים codasim, & ita hìc locum explicat. Vita eorũ inter sanctos terminabit, ideſt, Inter pueros, quos, quoniã innocẽtes sunt, sanctos appellat, hoc est citò moriẽtur, atque adeò antequàm ex ephæbis excedant. Græci verò in bonam partem etiam nomen illud accipientes ita vertunt ἡ ζωὴ αὐτῶν τῆς ὥρας ἐν ἀγγέλοις ἐτελεύτησεν vita eorum ab angelis vulnerata. vt Her primogenitus Iuda à Deo narratur occisus. *Eripiet de angustia sua pauperẽ.*] Redit vnde egressus est exponens quid bonis viris futurũ sit, i. virũ bonũ seruabit, & malis liberabit licèt omni orbatꝰ auxilio quibusdã videretur. Vt in se expertus dicebat Dauid, Iste pauper clamauit, & Dñs exaudiuit eũ, & de omnibus tribulationibus eius liberauit psalm. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauit eũ. Quod autem vulgatus vertit liberauit in Hebræo eſt יַחֲלֹץ iehalez, eruet liberabit. Sed illud per metathesim literarũ Græci vel legiſſe, vel intellexiſſe videntur יַחֲלִשׁ iehalez opprimet, vel affliget, nã ita vertunt ἀνὸ ὧν ἐθλιψαν ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατον, eo quod afflixerunt infirmũ, & imbecillũ, & eſt apta ſententia contextui, vt ſit alterius cauſæ redditio, cur tã citò iniqui viri, vt verſu ſuperiori dixit, animam agent. Similis eius, quam poſuit cap. 20. Sophar, Luer quæ fecit omnia. Quoniã cõfringens nudauit pauperis domũ, &c. [*Et reuelabit in tribulatione aurẽ eius.*] Id eſt, non ſolũ viris bonis calamitates nullo detrimento erunt, ſed etiã cõmodum maximũ hoc ex eis reportabunt, quod illis adpietatè informabuntur, & diuinæ doctrinæ peritiores fient, id enim ſignificat aurẽ eius reuelare, ideſt, Docebit eũ. Dici enim nõ poteſt quãta quamq; diuina prudentia eũ augeant calamitates, qui patienter eas & æquo animo tolerat Dei fretus præſidio. Hũc fructũ ex illis ſuſcepiſſe maximũ cognoſcebat Dauid dicẽs, Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt diſcã iuſtificationes tuas. Græci cõuertũt κρῖμα δὲ πρακέων ἐκθάσει iudiciũ mitiũ exponet. Tunc ſcilicet, cũ morte multãbũtur impij, vt verſu ſuperiori dixerat, quemadmodũ dicebat Dauid, Virũ iniuſtũ mala capiunt in interitu, cognoui, quia faciet Dñs iudiciũ inopis, & vindictã pauperũ. Itaq; auris eorũ Græcis fuit iudiciũ eorũ. Quoniã nullus ante iudex eos audiebat, vt æquũ iudiciũ redderet, & ab indigna improborum oppreſione liberaret. Sed tũc omnes iniquam eſſe cognoſcent, cùm improbos debitas pœnas perſoluere viderint.

Iob. 20.

Multa prudentia calamitates patientem augent.

Pſal. 118.

16 *Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſsimè.* Os anguſtum vocat eã calamitatẽ atq; iacturam, quæ difficilè reſarciri, & in

& in qua vix exitus inueniri poteſt. Qua metaphora vſus eſt Dauid, dicens, Nõ abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. In eaque re Deus amicis ſuis, q̃ eximius patronꝰ ſit, vehemẽter declarat. Cum in ſumma rerũ deſperatione ſummã ſalutẽ affert. Quã ſignificat [*latiſsimè*] dicẽs, ideſt, Latiſsimè ſaluabit ex magna rerum anguſtia in ampliſsimã vindicãs latitudinẽ, vt dicebat regius vates, Prçuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dñs protector meus, & eduxit me in latitudinẽ, ſaluum me fecit quoniã voluit me. Sed quoniã צַר zar, nõ ſolum anguſtum vt vertit vulgatus, ſed etiã hoſtẽ, & inimicum, quòd arctet, ſignificat, aliter Græci hunc locum verterunt. Tũ quod [*Saluabit*] vertit vulgatꝰ Hebraicè eſt verbũ סוּת çut. Quod propriè remouere ſignificat. In eã ergo partẽ Græci verba hçe acceperunt, vt illis adhuc iniqui hominis ſcelera exponãtur, propter quæ pœnã illã maturę mortis cõmeruit, ita vertẽtes καὶ πρὸς ἐπιπικράσεν ἐκ στόματος ἔχθρα, & prçterea decepit ore inimici. Quare Remouere, q̃d ad verbũ eſt in Hebrço decipere eſſe intellexerũt: pro nomẽ autẽ Te, quod etiã eſt in Hebrço prætermiſſerũt putãtes perſonã eſſe certã pro incerta, ſic enim prima, & ſecunda perſona, vel in quotidiano ſermone vti ſolemꝰ. Eſt autẽ hominis iniqui ad omnẽ malitiã, & fraudẽ mentẽ verſare ſuam, & dolo malo agere. Non eſt in ore eorum veritas, cor eorũ vanũ eſt, linguis ſuis doloſè agebãt, iudica illos Deꝰ. Ait Dauid. [*Et nõ habẽre fundamentũ.*] Deſcriptio etiã eſt grauiſsimæ calamitatis, cùm vndique agitatus homo vnde conſiſtat, & acquieſcat nõ reperit, qua etiã ratione incõmoda ſua deſcribebat Dauid dicens, Infixus ſum in limo profundi, & nõ eſt ſubſtantia. Et מְצוּלָה muzac

Pſalm. 68

Pſalm. 17

Pſal. 55.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fundamẽtum, vt cõuertit vulgatus voluit ipse ex יסד iazac roborare, fundere deriuari. Et ita Hebræi vocãt מוצק muzac cẽtrum terræ. Ex eadem radice ortũ esse Græci iudicarunt, sed quatenus fundere significat atq; aliter, & obscurè quidẽ transferunt ἔχευσεν κατάχυσιν ὑπὸ κάτω κάτω immẽsa effusio sub ipsa, lingua scilicet impij. Cui, vt dixi, malitiã hoc versu persequit ex versione Septuaginta virorũ. Immẽsa verò effusio sub ea lingua est, quia nunq; maledicẽdi atque mẽtiendi finẽ facit, vt de illis narrat Dauid, Sepulcrũ patens est guttur eorũ, linguis suis dolosè ageba, venenũ aspidũ sub labijs eorũ, quorũ os maledictione, & amaritudine plenũ est. Chaldæus tñ, quẽ sequutũ Hebræi, nomẽ מוצק muzac, nõ in radice יסד iazac, sed in radice צר arcta stare, repertũr, & ita explicãt, Liberabit (vt dixit) te ex rerũ angusto, & in eã ducet latitudinẽ in qua, nihil arctũ nihil angustũ est. Quia inquirẽtes Dñm nõ minuẽtur omni bono. Ait Dauid. Et alio psalmo copiosa apud eũ redẽptio. Quia summã bonorum copiã, & plenissimam salutẽ verois sequẽtibus magis amplificat. [*Requies autẽ mensæ tuæ erit plena pinguedine.*] Id est, ad mensam bonis omnib⁹ abundantẽ sedebis. Id quod alijs verbis bonis viris pollicetur Dauid, Inebriabũtur ab vbertate domꝰ tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Eã dẽ sententiã quã vulgatus interpres reddidit & Chaldæus. Existimoq, secũdã personã hoc versu poni pro incerta atq, infinita: quod Septuaginta viris placuisse diximꝰ. Na de toto genere vel salutis & fœlicitatis bonorum loquitur ex sententia vulgati, vel malitiæ, & supplicij improborum ex sententia Græcorum. Siquidem ipsi, hæc persistentes sententia hoc ita explicant καὶ καταβήσεται κατάκοπος πλήρης σπλάγχνων & descẽdet mensa tua

Psalm. 31.

psalm. 33.

psal. 129.

psalm. 35.

sa tua plena pinguedine, ideſt, Corruet, & euertẽ splẽdida mẽsa hominis iniqui, & opiparis obsonijs instructa, bonis, quibus affluebat, spoliabitur. Caditque versio hæc ad verbũ in Hebræa verba. Sic vt נוח nahat non sit ex radice נוח ianah quiescere, ex quo נחת nahat quies. Sed ipsa radix verbi נחת nahat, quod est descẽdere. Cuius rei expressissimum fuit exemplum Balthasar, qui dum lætissimum, & splendidissimum agitaret cõuiuium, manum vidit illã terribilẽ aduersus eum scribentem sententiã, & eadem nocte & mensa, & vita & regno fuit amplissimo euersus. *Dan. 5.*

17 *Causa tua quasi impij iudicata est.* Non facilis hic versus habetur, variẽque exponitur, sed plana atque simplex hæc mihi videtur explicatio. Vt quoniã hoc, & superi capite tractauit, qualẽ se Deus, & pijs, & impijs exhibeat. Quia ad totum id genus pertinebat, nunc ad speciem accedit, cuius causa huiusmodi sermonem induxit, vt illa sit syllogismi propositio. Hęc verò assumptio, in qua iã dudum Iob amicos errassẽ diximꝰ, quod in Iob cõuenire putabãt, quę ipsi de vniuerso impiorũ genere differebãt, & ita toto cęlo Eliud errabat, dicẽs [*Causa tua quasi impij iudicata est.*] i. te Deꝰ tãquã impiũ nõ tanq; piũ tractat, ad te ille modus spectat, quo Deꝰ eum impijs agit. Quia cũ tãtis incõmodis vrgearis, nõ dicis vbi est Deus, qui fecit me, sed potius eum optas in ius educere. Affligitq; te Deus, vt respiscas, eumq; audias cũmq; secus facias, trãsabis per gladium, & in stultitia consumeris: quia tanq; simulator, & callidus prouocas irã Dei, neq, clamas cũ vinctus sis. Morieturq; intẽpestate aĩa tua, & vita tua inter effœminatos. Quidquid deniq, hoc, & pximè superiori capite de vniuerso dixit impiorũ genere, his verbis in Iobũ quadrare sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cãdẽ Hebręa verba declarãt ſentẽtiã, quę ſic ad verbũ habẽt, Iudiciũ ſcelerati impleuiſti. In eãdẽ rationẽ dicitur, quod ſequitur. [*Cauſam iudiciũque recipies*,] Impij ſubaudi. Verbũ de verbo in Hebręo eſt, Iudiciũ, & ius ſuſtẽtabunt, vel apprehẽdẽt. Cuius verbi ſuppoſitũ quidã Hebręus impios eſſe putat. i. impij eas pœnas perſoluẽt, quas ius, & ęquitas poſtulat. Alijs placet verbi ſuppoſitum eſſe iudiciũ, & ius, In hãc ſẽtẽtiã, Ius, & iudiciũ ſuſtẽtãt omnia. Fortẽ verbum eſt in trãſitiuũ, vt loquunt̃ gramatici, in hãc rationẽ, Ius, & iudicium cõſiſtunt. Id eſt, licet tua cauſa quaſi impij iudicata ſit, iure id, & ęquo iudicio factũ fuit, non iniuria, & iniquo iudicio, vt tu ſignificare videris. Quæ expoſitio mihi certẽ probatur. Græci loco huius verſus hunc ponunt ὃχ ὑστερηϑὴ ἀπὸ δικαίου κρίμα iuſtorũ iudiciũ nõ tardabit. Cur id facere potuerũt diximꝰ in proœmio ex Auguſtini ſentẽtia. Cohæretq; maximẽ, id cũ ſuperiori verſu, vt ab eiſdẽ Græcis cõuerſus eſt, nã in eiꝰ fine improborũ pœna ſignificabatur. Coniungitur enim ſæpe in ſcriptura ſacroſancta bonorũ iudiciũ cum improborũ ſupplicio. Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperũ, & humiliabit calũniatorẽ, Ait Dauid. Et alio loco, Quoniã feciſti iudiciũ meũ, & cauſam meã ſediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam, increpaſti gentes, & perijt impius, nomẽ eorum deleſti in ęternũ & in ſeculum ſeculi. Et fortẽ, quia hoc verſu, vt expoſuimus, ſignificabat Eliu Iob pro impietate ſua meritò puniri, hunc verſum poſuerunt, indicãtes hoc eſſe bonorum iudiciũ, ẽ quorum re certẽ eſt iniquorum ſupplicium, vt deſinant tã petulãter illis inſultare, & corũ mores inſolenter deſpicere. Qua de cauſa dicebat Micheas, Ne lęteris inimica mea ſuper me, quia cecidi, & ſurrexi, cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Iram Domini portabo, quoniã peccaui ei: donec cauſam meam iudicet, & faciat iudicium meum. &c. Et aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad me, Vbi eſt Dominus Deus tuus? oculi mei videbunt in eam. Nunc erit in conculcationem, vt lutũ platearum.

pſalm. 71.
pſalm. 9.

E re bonorũ eſt ſupplicij malorum.

18 *Non te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas.* Modeſtẽ delictorum reprehendit Iob, quorum pœnas pendere putabat, commemorans officij præcepta, quaſi diceret, Tecum tãquam cum impio agitur, vt aiebat ſuperiori verſu, Quia inflãmatus ira aliquos oppreſsiſti. In quo acrius reprehenderat eum Eliphaz cap. 22. Et propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas: abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus. Sed Hebræa verba ſunt valde ambigua, quare obſcurus hic locus habetur, illa tamen verbum de verbo, ita traducemus. Quia ne fortẽ ira remouere te faciat in excuſione. Græci autem ita transferunt ὀργὴ γὰρ ἀσεβεῖς ἔχει δὲ ἀσεβεῖς πλοῦτον οὐ σύνεχον ἐπ' ἔτη ἴσης ira autẽ aduerſus impios erit propter multitudinem donorum, quę inique ſuſceperunt. Conuenit autem vulgato cum Græcis in hoc, quod vtrique putarunt his verbis Iobum ab Eliu alicuius officij commoneri. Differunt autem in eo, quod vulgatus putauit, eum ne aliquem opprimeret monere: Græci autem ne munera iniquè ſuſciperet. Huius diuerſitatis cauſa eſt vox ambigua כֹּפֶר lepec, quæ & excuſionem, & ſufficientiam ſignificat. Excuſionem vulgatus interpretatus eſt, eius rationis quam Eliphaz capite 22. Expoſuit, Abſtuliſti pignus fratrum tuorũ ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus, & ob eam rem ne aliquem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem opprimas traduxit. Septuaginta verò viri sufficientiam vocem Sepec significare iudicarunt, sicut & Chaldęus. Quocirca paraphrasi illam sufficientiam explicarunt, quam magistratus iniquè muneribus suscipiendis sibi pariunt. Ex hac alia differentia nata est, vt vtrique reliqua verba ad suam significationem accommodarent. Nam iram, quam nominant Hebręa verba, vulgatus Iobi esse intellexit. Tum verbum סית çit, quod remouere interpretati sumus. Significat etiã incitare: cuius significationis vulgatus interpres rationem ducens, Non te superet ira conuertit. Græci verò iram, cuius hîc mentio fit, Dei esse putarunt, & propterea illo modo reddiderũt. Illa autẽ leuis differẽtia est, quòd vulgatus de secunda persona, Græci de toto impiorũ genere enunciant. Nam, vt diximus, hoc capite aliquãdo fit, quod in familiari sermone sæpe vsu venit, vt certa pro incerta persona ponatur. Alia etiam probabilis huius loci explicatio placet Hebræis, & quibusdã Latinis, Ne fortè ira Dei te expellat, cũ excusione, id est, Aliqua magna iactura atque supplicio, Vel vt alius Hebręus, Expellat te vna cum sufficientia tua, idest, Simul cum fortunis vitam amittas. [*Nec multitudo donorũ inclinet te.*] Videtur significare, Vt hactenus te inclinauit. Quo peccato principes ac magistratꝰ teneri sceleris est grauissimum. Cuius principes populi sui arguit Esaias, Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Eandem sententiam Græci expressêrunt ἐκὼν δῶρ voluntariã mentem munera appellantes, quod nõ debita sint, sed liberaliter tribui videantur. In Hebręo autem est כפר

Esai. 1.

Munera suscipere.

coper

coper, quod Donum vulgatus vertit, & Voluntariam mentem Septuaginta viri. Significat autem propriè redemptionem, vel precium, quod in aliqua re expianda tribuitur. Rectèque dona vulgatus, & Græci intellexerunt, quibus se rei iniquis iudicibus purgãt. Hebręi autem, & quidam Latini, illa posita eorum superioris huius versus parte persistentes, ita id explicant, Ne te fortè ira Dei expellat sic, vt nullo precio nullaque redemptione scelus expiare, & supplicio redimere possis. Qua dicendi ratione, vsus est Dauid ad significandum mortem virari nequire, neque vllis opibus opulentos homines illam redimere posse, Frater non redimet, redimet homo, & non dabit Deo placationẽ suã, & precium redemptionis animæ suæ. Vtiturque eodẽ Hebræo, quod hic ponitur verbo, כפר coper.

Psal. 48.

19 *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione,* Illi succensĕ eodem modo quo antea monẽdo officij præcepta, quo ab illo prætermissa fuisse significat. Id est, cõtine arrogantiã, qua antea eras. Illud autẽ est difficillimum officij præceptũ, & quod vix ab vllo homine præstitũ vnquam fuisse credam, vt arrogãs, & superbus homo arrogantiam & superbiam absque tribulatione deponat, id est. Vt fastidiũ, & animos submittat, cũ prosperã fortunã trahit, & antequã vllã calamitatẽ accipiat, vt deniq; se humiliet, (vt ita loquar) antequã à Deo humilietur. Quare vix fieri posse credo, vt sine iactura, aut incõmodo vllo vir superbus sanetur. Quare, vt ignominia afficiatur tãqua singulari morbi sui difficillimi remedio optandũ est. Imple facies eorũ ignominia, & quærẽt nomẽ tuũ Dñe. Erubescant, & conturbentur, in seculũ seculi, & cõfundãtur, & pereant, Ait Dauid.

Superbus quomodo sanetur.

Sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sunt etiam hæc ambigua verba in Hebræo, quare variè declarantur. Nã quod Depone vertit vulgatus, Hebraicè est verbum עָרַךְ harac, quod proprie est ordinare, quod Magnitudine vertit, est שׁוּעַ suah, quod opes, & potentiá nonnunquã, sæpius autem clamorem declarat, vulgato hîc potẽtiam, & opes significauit. Quæ non alia ratione componuntur, & ordinantur, quam arrogantiam, quam natura ingenerant minuendo, & reprimendo, & ob eam rem illo modo transfert vulgatus. Hebræi verò aliter explicant, illi quam potuimus eorum superioris versus explicationi hanc ita contexentes, Nũquid æstimauit opes, & facultates tuas, quò illarum causa te interitu liberet. Est enim in Hebræo הַ ha nunquid interrogans coniunctio Græci vero non opes, sed clamorem, vt frequentius significat nomen שׁוּעַ suah hic significare putarũt, ita vertẽtes δεήσεως, deprecationis, coniungiturque hic genitiuus, cum fine superioris versus, vt ab illis cõuersum fuisse diximus, Non te inclinet volũtaria mens deprecationis, intellexerunt enim illi, Eius, qui ordinat clamorem, & ob eã rem sic traduxerũt. Et illud, quod conuertit vulgatus. [*absque tribulatione*] In Hebræo est בְּלֹא בַצַר lo bezar, quod si בְּ bet, sit litera accidentalis, vt grãmatici loquũtur, ad verbũ significat, quod intellexit vulgatus Non in tribulatione, & accidẽtalem esse intellexerunt etiá Græci. Sed לֹא lo non negationem, sed relatiuum ei esse putarunt, vt quindecim locis in scriptura vsu euenire Hebræi demonstrant. Intellexerunt igitur, In tribulatione ei. Nam ita conuertunt ἐν ἀνάγκῃ αὐτοῦ τῶν κοινῶν in necessitate positorum infirmorum. Quidã etiã Hebræus literam ב bet accidẽtalem esse opinatur, & in

in angustia vertendum putat. Alij verò multi non accidentalem, sed radicalem, vt illorũ verbis vtar esse existimant, & tunc aurum nomen בָּצָר bezar significat. Quare ita exponunt, Nõ aurum, ideſt, Neque opes, neque aurum tuum æstimabit Deus ad te ab interitu vindicandum. [*Et omnes robustos fortitudine.*] Verbum id de verbo conuersum est, & ita Græci reddiderunt eodẽque modo Latinus, & Græci, id intellexisse videntur, vt eum admoneat officium, quod bonus princeps facere debet, vt potentes, & viribus valẽtes coerceat, ne pauperibus, & infirmis hominibus fraudi sint, neque eorum potẽtia impediatur, quo minus æquum ius omnibus statuat. Hebræi autẽ suam superioris versus partis expositionem sequentes exponunt, id est, Deus neque opes, neque aurum, neque copias vllas tuas, aut vires eorum, qui tibi subsidio venient, nulla denique re ab interitu vindicari poteris.

20 *Ne protrahas noctem, vt ascendãt populi pro eis.* Hanc interpretationem amplectuntur Hebræi: faciléque eam suæ duorum superiorum versuum explicationi coniungunt. Id est, sicut neque auro, neque vllis opibus interitum vitare poteris, ita neque vllis populorum ciuiumque præsidijs. Quare ne diu dormias, & securus sis, fretus quòd populi de suo principe soliciti, & rem suam agi putantes ad te liberandum venient. Quia frater, vt ait Dauid, non redimet. *Psal. 48.*

21 *Caue ne declines ad iniquitatem hanc enim cœpisti sequi post miseriam.* Placet interpretibus de illa id iniquitate ab Eliu intelligi, quam amici temerè in Iob conferebant, existimantes illum negare Dei prouidentiam. Quod verò dicit. [*Hanc enim cœpisti sequi post miseriam.*] Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim magnum periculum est ab ærumnis atque miseriis, ne illa insana obrebat opinio, vt homines existiment dolore compulsi, à Deo res humanas non curari, aut numen esse crudele. Vt ille qui dicebat.

Quod sit periculum ab ærūnis.

Dij siqua celo est pietas, quæ talia curet. Et ille.
Quem non incusauit amens hominumque Deumque.

Et ob eá ré bonis viris cũ miserijs conflictãtur, Dauid præcipit, Viriliter agite, & cõfortet cor vestrũ omnes, qui speratis in Dño. Sed hoc periculũ lõgè maius est à diuitijs, sicut dicebat Dauid, Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, & dixerũt quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso. Et Salomon in prouerbijs. Ne fortè satiatus illiciar ad negãdum, & dicam, Quis est Dominus? Quare hæc verba aliter Græci reddiderunt ἀπὸ πτώχων γάρ ἐξείλω σε ἀπὸ πτωχείας ab his enim à paupertate liberatus es, ideſt, Securior es pauper factus ab hoc perfidiæ scelere.

psalm. 72.

Quod periculũ a diuitijs.

22 *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua.* Quare nemo se vel auro, vel alijs opibus, aut populi præsidijs ab eo se defendere poterit, cùm morte asserre voluerit, nullaque tanta detrimenta sunt, quæ ab ipso resarciri non sint. In eandem recidit sententiã, quod est in Hebræo, & Græci auctores transferunt, Deus exaltabit in fortitudine sua. Quare in eo vel in summa rerum desperatione sperandum est, & reliqua omnia subsidia contemnenda sunt. Est enim qui humiliat, & exaltat circũspector Deus, Vt ait Ecclesiasticus. [*Et nullus ei similis in legislatoribus.*] Quia solus, nec labi neque decipi potest nec in dictis, aut factis errare eodem argumento intelligitur, quod est ad verbum in Hebræo, Quis sicut ipse docet. Cùmque doceat, & instruat detrimentis

Eccli. 7.

mentis, & incommodis inferendis, vt capite trigesimo tertio persecutus est ipse Elihu, qui graui & iniquo animo detrimenta, & incommoda patitur, significare videtur, Deum præstantissimum non esse doctorem, sed alia meliore via doceri posse. Eodem modo intelligitur, quod reddunt Septuaginta viri τις γὰρ ἐστι κατ' ἀυχν σὺν αὐτῷ quis potens cum ipso comparabitur.

23 *Quis poterit scrutari vias eius? aut quis audet ei dicere, Operatus es iniquitatem.* Hoc argumento probat Deum nullo modo errare posse. Quia nullus eum corrigere potest, quod si erraret ipse, in eo errore posset vniuersitas verti, qui nullo pacto corrigi posset: quare diu non posset consistere, sed tandem omnia ruerent, & ad nihilũ redigerentur, quod est absurdissimum. Quo argumento probauit Iob capite nono summam Dei potẽtiam, Quis dicere potest, Cur ita facis? Deus cuius irę nemo resistere potest, sub quo curuantur, qui portant orbẽ.

Deum non posse errare.

Iob. 9.

14 *Memento, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri.* Viros vocat viros sanctos, & ad ecclesiam Dei pertinentes, per quorum manus sacrosancta Dei doctrina tradebatur, cùm nulli extarent tunc libri. Deum autem esse incomprehensibilem, & cuius omnes rationes cognosci non possint, semper ecclesia tradidit. Quare insanum, & temerarium est, cunctorum operum, & consiliorum eius causas quærere, sed scientes quòd nos lateãt credere oportet iustissimas, & honestissimas esse. Propterea dicit. [*Memẽto quod ignores, &c.*] Et sine. ℵ. aleph legisse vulgatus videtur, verbum Hebræum שגא tasgi, à verbo שגג lagag errare ignorare, cum. ℵ. aleph vero est à verbo אגה saga, quod est magnificare, & ita intelligunt Hebræi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento,quod magnifacias opus eius. Græci etiam μνήσθητι ὅτι μεγάλα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐστιν. Memento, quod magna opera eius sunt. In eandem tamen rationem vtrumque dictum est,hoc est,Dei opera mirari tãtum debemus,neque eorum causas inuestigare,cũm nullo modo à nobis inueniri possint. Illud etiam quod.[*Cecinerunt,*]vulgatus conuertit,in Hebræo est שׁוררו soreru,quod si est à radice שׁור sur canere, & intueri significat. Sin autem sit â radice שׂרר sarar dominari, & principatum gerere declarat, ex quo nomen שׂר sar princips. Vulgatus Chaldæus,& Hebræi ex illa radice esse voluerunt,quam ob rem canere & laudare cõuertunt,Græci ex hac:quare obscurius ἤρξαν dominati sunt,traduxerunt. Puto tamen in eandem rationem dictum esse,qua & intueri laudare,idest,eorum operum dominati sunt,quorum videndorũ eis potestas facta est.

25 *omnes homines vident eum.* Cum eius opera conspiciunt in quibus eius sunt impressa vestigia. Pro certo enim ex creaturis cognoscitur Deum esse. Quia quod notum est Dei(vt Paulus ait) manifestum est in illis: Deus enim illis reuelauit. In visibilia enim ipsius à creatura mundi,per ea,quæ facta sunt intellecta conspiciuntur,sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Potest etiam relatiuum[*eum*]vt est in Hebræo בו bo,opus referre,in hanc sentẽtiam, Omnes homines vident eius opus.[*Vnusquisq; intuetur procul.*] Deum vel opus,Deum,quia neque eius immensam naturam,neque dina attributa cognoscit, sed existere tantummodo,opus autem,quia eius causas,atque rationes minimè quidem assequitur.

Deus ab omnibus esse cognoscitur. *Rom. 1.*

De fulmine & tonitru.

26 *Deus*

26 *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inæstimabilis.* Id est, Deum nullo modo possumus comprehendere,quod reliqua sua oratione persequitur,id probans ex mirabilibus eius operibus. Quæ cõ pertinẽt,vt probet cum Deo,vt Iob optabat, no esse disputandum,neque rationes consiliorum eius indagandas.

27 *Qui aufert stillas pluuiæ,& effundit imbres ad instar gurgitum.* Demonstrat Dei potentiam summam ex meteoris,quod eius voluntate fiant ita,vt pluuias cohibere, vel multis imbribus terram augere possit. Ex hac re eum laudat etiam Dauid, Rigans montes de superioribus suis. Quod autem ad instar gurgitum conuertit vulgatus,Hebraice est לאדר leedo,significat autem אד ed Hebræis vaporem materiam pluuiæ,& aliorũ meteororum. Quare vertere possumus etiam ex vapore eius,sed quia calamitatẽ etiam significat, fortè ita vertit vulgatus. Græci νεφέλην nubem transferunt.

De meteoris.

psal. 103.

28 *Qui de nubibus stillant aquæ,* Ponit aliam propinquiorem imbriũ materiam nubes. Quod etiam mirabilis sit ipsa nubium in cælo coactio,ita etiam Deum laudat Dauid,Qui operit cælum nubibus,& parat terræ pluuiam.[*Quæ prætexunt cuncta desuper,*]Id est, nubes longè lateque expanduntur,& totam, quæ ex pauimento apparet complent aeris regionem. In Hebræo hoc ita ad verbum ponitur,Defluent super multos homines. Sed proprius accesit vulgatus ad Hebræam sententiã,quàm alij clasici interpretes, qui eã præter misisse videntur,& aliã eius loco posuisse. Forte quòd altera versus parte,& superiori versu hec cõtineb.t sentẽtia. Græci ita conuertunt ἔσχισαι δὲ νέφη ὧν ἀμυθ' ον

psal. 149.

ἐφορῶν obūbrant nubila in eſſabilibus tonitruis. Chaldæus longè ſecus, eſt tamen eius verſio conſideranda כאסר כסדן צערתא דבר כנש רב ceaçu metul zeluta dē bar nas rab, ſicut ſanitatem propter precationem ſermonem hominis magni, id eſt, Nubes defluūt, ſicut ſanitatē. Quoniam dixit ſuperiore verſu, Deum nubes cohibere. Licèt id tamen decreuerit, ait Chaldæus, precibus boni viri, quem meritò hominem magnum appellat, decretū reuocat, & largum prçſtat imbrem. Vt accedit temporibus Eliæ, qui dixit Achab, Viuit Dominus Deus Iſrael in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.

3. Reg. 17.

19 *Si voluerit extendere nubes, quaſi tentorium ſuum.* Id eſt, ipſa nubium extenſio per ſe, licèt aquæ ex eis non defluant, eſt mirabilis. Quod tanta çquabilitate tam longe latèque diffuſæ vniuerſum cælum obtegāt. Magni ficentia eius diſcurrunt nubes, ait Moyſes, Vocat autem nubes tentorium Dei, quod nube quaſi tectus, & incluſus apparere ſoleat, vt narratur in Exodo, Gloria Domini apparuit in nube. Narrat etiam Matthæus in hiſtoria transfigurationis Chriſti, Ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè cōplacui. Hoc Dauid ſignificat dicens, Qui ponis nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pœnas ventorum. Sed quod vertit vulgatus. [*Quaſi tentorium ſuum.*] In Hebræo ad verbum eſt, Clamores tentorij ſui: ita vocat tonitrua, quæ in nubibus fiūt, ita Chaldęus vertit רכפת ענגדה riepat hanane tonitruū nubis eius. Græci conuertunt ἑστάσεως σκήνης αὐτοῦ æqualitatem tentorij eius. Cùm enim hic verſus verſetur, in declarādo nubium magnificen-

Nubes tentoriū Dei. *Deut.* 33. *Exod.* 16.

Matth. 17

Pſal. 103.

ficentiſsimo apparatu parum attinet, quod ex hoc vel illo adiuncto fiat.

30 *Et fulgurare lumine ſuo deſuper.* Id eſt, ſi voluerit lumine ſuo nubem illuſtrare, quo eximia nubis pulcritudinis ſpecies conſtat. Si enim nubes, vel ſolis, vel lunæ lumine deſtituantur, neque ornatum, neque pulcritudinem vllam habent. [*Cardines quoque maris operiet.*] Cardines maris quidā vocare putāt imas eius aquas, quas operire dicit, quod ſemper in occulto lateant. Sed non tam aptè cōtexi videtur, cùm denubium ſplendore loquatur, de abditiſsimo mari ſermonem inducere. In Hebrço eſt, Radices maris teget. Et putāt quidā foras, portus, & ſinus maris eius radices appellari. Alij dicunt maris extremitatē radices eius nominare, in qua variorum fluctuum obliquitas radicum ſpeciem referre videtur. Inquā ſentētiam vulgatus etiā trahi poteſt, vt extremitatē maris eius cardines vocet: quia in illa extremitate mare huc, & illuc tanq̄ in cardine vertitur, Chaldæus etiam, qui עקרי laicare radices transfert, & & deſcriptè contexitur, vt lumine vehementer ipſum mare ornari ſignificet, & maris ſpecies lumine colluſtrata nubium adeò ſimilis eſt, vt Homerus nubes Oceanum appellarit. Græci etiam ita exponi poſſunt conuertentes ῥιζώματα τῆς θαλάσσης ἐκάλυψεν radicamenta maris operiet. Præſertim, quod καλύπτειν Græcis nonnunquàm eſt ornare, quibus adductus rationibus hanc interpretationem magis probo.

31 *Per hæc enim iudicat populos.* In Hebræo eſt ידין iadin iudicabit, quod verbum æquo iudicio punire nonnunquam Hebræis ſignificat, quem Hebraiſmum nonnunquàm retinet vulgatus. Vt Gene. 15. verſ. 14. Gentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui seruituri sunt, ego iudicabo. Ita nubibus Deꝰ multos populos punit, cùm cohibet eas, ne vllus ex eis defluat imber. Vt vineæ suæ ipse minatus est, Nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Et in Leuitico, Dabo vobis cælum desuper, sicut ferrū. Quod malum eis temporibus Eliæ venit, vt citauimus ex. 3. lib. Regum. [*Et dat sces multis mortalibus.*] Nam pluuia fruges aluntur, vt Esaias pollicetur, Et dabit pluuia semini tuo, vbicunque seminaueris in terra, & panis frugū terræ erit huberrimus, & pinguis.

Esai. 5.
Leu. 26.
Esai 30.

32 *In manibus suis abscondet lucem, & præcepit ei, vt rursus adueniat.*

33 *Annunciauit de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.* Obscuri hi duo versus sunt duplicique longè diuersa ratione explicantur. Quidam sentētiam eorum moralem totam esse volunt, alij naturalē, quá ambiguitatem, sicut Hebręus, sic & Latinus interpres reliquit, nam vtranque vterque capit sententiam. Græci ad moralem sentētiam nonnihil inclinare videntur. Chaldęus autem moralem tantum amplectitur. Nam ita conuertit, Propter rapinam manuum prohibet pluuiam, & constituit ei, vt descendat propter orantem. Annunciat super eum iustitiam amici sui, zelum & indignationem aufert ab eo. Id est, vir bonus precans Deo commemorat merita sua, cū amicus eius sit, quare iram, & indignationem eius mitigat. Secundum quam interpretationem Hebræa ita verbum de verbo exponi possunt, Propter manus abscondit pluuiā. Et præcipit ei propter intercessorem. Et narrat super eum amicum suum, zelus, indignatio super ascendens. Id est, Zelus, & indignatio quę erat super eum ascēdit,

Hoc est, euanescit, & aufertur. Nam אור or, quod vulgatus lucem conuertit, significat etiam pluuiā. Quod verò vertit, [*vt rursus adueniat.*] in Hebræo est יצפ יטמ hemaphgiah. Significat autem יגפ pagah, & occurrere, vt intellexit vulgatus, & intercedere, vel precari, vt Chaldæus, vt Genes. 23. vers. 8. יטמגפ piglu in tercedite pro me apud Ephrō filium Seor, vt vertit ipse vulgatus. Quod etiam possessionem vertit vulgatus, zelum verti potest, vt sit ה. he pro א. aleph, quod [*ad eā*] transfert, Hebraicè tantum est Ad, quod Super potest etiam reddi. Illud [*possit ascendere,*] Hebraicè est ascendens. Quare dubium non est quin versio Chaldaica quadret in Hebræa verba. Quam sententiam versione. 28. versus huius capitis ā Chaldæo etiam tractatam fuisse notauimus. Habet etiam vulgatus noster moralem sententiam, licèt alijs verbis. Id est, Deus propter hominum scelera abscondit lucem, vt factum est in Ægypto propter Pharaonis contumaciam, in Hierusalem, quòd Christum per fide necauerit. Quam lucem iterum reuocat precante aliquo viro bono, vt precante Moyse, Lux Ægypto restituta fuit. Quam lucem nunciat Deus amico suo eius esse possessionem. Nam amici Dei filij lucis appellantur à Christo, Dum lucem habetis credite in lucē, vt filij lucis sitis. Et ad eam possit ascendere, id est, quod lucis participes esse possint. Nā dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, &c. Qui est, & Deus, & lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Græci facilè ex his in hanc sententiam explanari possunt. Tantum in eo longius differunt à Latino interprete,

Exo. 10.
Matt. 27.
Ioan. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod illud, quod ipse transfert, Ad eam possit ascendē rein Hebreo est עלה hole ascendens. Alijs vero puactis, vt Haula proferamus, significat iniquitatē, & obeam rem Græci traduxerunt περὶ ἀδικίας de iniquitate, idest, Lucem auferendo nunciat, id est, ostēdit sole lus esse factum. Quidam tamen Hebræi, quos nonnulli Latini sequūtur, naturalem existimāt hos duos versus habere sententiam, vt sicut superioribus versibus summam Dei potentiam demōstrauit ex eo, quod nubes cogat. Ita his versibus ex eo, quod fulgura fulmina ve faciat. Sicut Homerus Iouis potentiam, & maiestatem declarat, cum vocās περικέραυνον fulmine gaudentem, vel vt interpretatur Eustatius literarum meta thesi, Fulmine in fugam cōuertētem. Ita ergo Hebreę explicant, In nubibus suis abscondit lumen, nā כפים capaim, quod fere semper manus, nubes aliquando significare dicunt, vt intelligitur ex Thren. 3. vers. 41. Leuemus cor nostrū ad כפים capaim nubes, ad Deū. Vulgatus tamen trāsfert, Cum manibus ad Deum. Saltem conuexa proprie significare dicunt, vt probatur ex eius radice כפף caphaph, quæ incuruare significat, Lumen quod in nubibus abscondit, exhalationem esse exponunt, quæ ita vocatur, quòd facilè inflāmetur: est enim vapor calidus, & siccus. Reliquum autem versus sic interpretantur, Et præcipit ei in occurrente, id enim nomen Hebreum etiam significare diximus. Occurentem autem nominare intelligunt vaporem frigidum & humidum, in quem incurrens exhalatio, & vndique ab hoc vapore, & à frigore mediæ aeris regionis obsessa, vt declinet contrarium se in angustum cōtrahit, quo fit, vt inflammetur, impulsaque à contrario excutitur

excutitur, nubem abrūpens, & ita fulmen, & tonitrus fit. [*Et annunciat de ea amico suo.*] Ita exponit quidam Hebræus in commentarijs, & amicum eius esse intelligit alium similem eius propinquū vaporem, cum quo cō iungitur, vt fortius vtriusq; contrario resistant. Quod effictione personę poetica ratione annūciare dicit amico suo. Alij tamen Hebræi רעה reho, quod amico suo vulgatus, & hic Hebræus vertunt. Tonitru declarant, vt eius radix sit רוע roha vociferare. Et ita exponūr, hanc exhalationē nubibus esse inclusam declarat ipsa nubes tonitru. Quod sequitur hoc vltimo versu ita explicant, Zelus, indignatio super ascendentem, id enim Hebræa verba etiam significare diximus, quibus verbis declarari dicunt inflammationem, & eruptionem fulminis. Potest etiam, vt exponit Latinus interpres, in hanc rationem ita declarari. [*Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.*] Id est, quòd eam vincere, & loco pellere possint. Vt sit trāslatio è bello perita, cum aliqui in perniciem alterius conspirant. Quę explicatio in eo tantùm superiori mihi præstare videtur, quod aptius cum sequenti capite connectitur.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT. XXXVII.

A Super hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo.
2 Audite auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.
3 Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen illius super termi nos terræ.
4 Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & nō inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius.
5 Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna, & in- scrutabilia.
B 6 Qui præcipit niui, vt descendat in terram, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.
7 Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli ope- ra sua.
8 Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur.
9 Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.
10 Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ funduntur aquæ.
11 Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.
12 Quæ lustrant per circuitū, quocunque eas voluntas gubernā- tis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciē orbis terrarū.
C 13 Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco mise ricordiæ suæ eas iusserit inueniri.
14 Ausculta hæc Iob: sta, & considera mirabilia Dei.
15 Nunquid scis quando præcepit Deus pluuijs, vt ostenderent lu cem nubium eius?
16 Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scien- tias?
17 Nonne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro.

18 Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi æ fusi sunt.
19 Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur te- nebris.
20 Quis narrabit ei, quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, de- uorabitur.
21 At nunc non vident lucem: subitò aer cogetur in nubes, & ve tus transiens fugabit eas.
22 Ab Aquilone aurū venit, & ad Deū formidolosa laudatio.
23 Dignè eum inuenire non possumus: magnus fortitudine, & iu dicio, & iustitia, & enarrari non potest.
24 Ideò timebunt eum viri, & non audebunt contēplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.

Super hoc expauit cor meum, & emotum est de lo- co suo. Id est, vehementer miror hoc naturę miraculum, fulgura atq; tonitrua. Quòd si prima extremi superioris capitis nobis ma gis placeat expositio, pronomen [hoc] refert sequentia in quibus de fulgure, & tonitru etiā agitur. Est autem hominis deuoti Deoque adicti res naturales animo cō templari in eisque diuinam potentiam mirari. Quod faciebat Dauid, vt ex multis psalmis, quibus res natu- rales cecinit, intelligitur, ex psalmo præsertim. 103.

Res naturales contemplari hominis est Deo deuoti.

Audiet auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem. Qui subaudi considerare voluerit audiet to nitru, quod appellat terrorem vocis suæ, & sonum de ore illius procedentem. Vox enim Dei à Dauid appel latur tonitru psalmo. 28. Vox Dñi super aquas Deus maiestatis intonuit, &c. Vox Domini intercedentis flammam ignis. [terrore] dicit vocis eius, quòd homi-

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes tonitru vehemẽter natura terreãtur, fulminis præsertim memoria.

3 *Subter omnes cælos ipse considerat.* Quoniã superiori versu tonitru meditationem Dei appellauit, ita enim propriè exponitur הגה hege, vt Septuaginta interpretati sunt: quod vulgatus planius vertit Sonũ. Et rectè subter omnes cælos considerare dicit, cùm subter eos hunc reddit sonum. In Hebræo tamen est לשרידו il-reu, quod etiam verti potest, Directio eius. Chaldæus enim תיריה terizate cursus eius vertit, quẽ Græci ἀρχὴν αὐτοῦ principatum eius vocant. Et placet quibusdam eius fulmen referre, sed mihi magis probatur tonitru de quo superiori versu disseruerat. [*& lumẽ illius super terminos terræ.*] Lumen illius est fulgur aut fulmen idem autem est, subter terminos terræ, Hebraice subter alas terræ, quod subter cælos, id est, lumen illius fulgurat, aut corruscat in media quam vocant philosophi aeris regione in qua meteora fiunt.

4 *Post eum rugiet sonitus.* Post fulmen fulgur ve tonitru tonabit, semper enim fulmen fulgurque sequitur tonitru. Licèt enim simul edantur: prius tamẽ cernitur fulgor, quàm sonitus audiatur. Quòd motu sonitus ad aures perueniat: oculi tamen sine motu vllo lumẽ consequantur. [*Tonabit voce magnitudinis suæ.*] Diximus iam vocem Dei tonitru appellari, quæ quia magna est, vocem magnitudinis suæ nominat. Hoc etiam Græci significant ὕβρεως αὐτοῦ superbiæ suæ conuertentes. [*Et non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius,*] Id est, nihil est, quod lumen inuestiges, postquàm tonitru audieris, nam conspicietur ita tum, quàm audiatur tonitru,

nitru, si non antè conspectum fuerit. Hæc sententia planius Hebræis verbis declaratur. Quia יעכב Iaacab non solum inuestigare, sed etiam remorari, & retardare significat. Et ita ad verbum transferemus, Non retardabit eos, cùm audita fuerit vox eius. Idest, non retardabit sonitum, & vocem magnitudinis cum audita fuerit luminis vox. Paucis itaque vtraque editio significat simul fulgura, & tonitrua emitti. Idẽ Græci, sed obscurius significant.

5 *Tonabit in voce sua mirabiliter.* Diximus iam vocẽ Dei vocare tonitru, fortè, quòd magna sit, illa dicẽdi ratione qua Hebræi res magnas Dei vocare consueuerunt, vt montes altissimos montes Dei. [*Qui facit magna, & inscrutabilia.*] Inscrutabilia vocantur, ea quorum causas inuestigare non possumus. Existimo autem causas omnes fulguris, & tonitru nullos philosophos, licèt multis de ijs differant, comprehendisse. In quibus hæc res valde mirabiles sunt, quod tantus ignis in frigidissima regione, & inter nubes natura humidas subitò ascendatur, quòd tanto impetu deorsum feratur, cùm sursum per se vique sua petat, quòd tantus fragor sonitusque terribilis in eius eruptione fiat, cùm per nubem rem non densam, sed leuem admodum, & quæ facilè diuidatur erumpat. Alias etiam res mirabiles hoc loco sua versione Septuaginta interpretes addunt ὥραν ἔθετο κτήνεσιν robur, vel venustatem posuit bestijs, id est, Eam quæ vnicuique bestiæ apta sit. In quo tangit mirabilem Dei sapientiam, atque potentiam, quæ tam variam animalium naturam distinxit. Quod quinto, & sexto die ab eo factum fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

διέκρινε δὲ καιρὸς πάντα nouerunt cubilis ordinē. Species pro genere, id est, sciunt res aptas ad se conseruādum procurare, licēt mētis, & rationis expertes sint. In quo Deum laudat Dauid, Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, ἐπὶ τοῖς πᾶσιν οὐκ ἐξίστατοι σου ἡ διάνοια in his omnis mens tua non mirabitur? ὃ δὲ ἀλλάσσεται σου ἡ καρδία ἀπὸ σώματος, neque cor tuum in corpore mutatur. Præ admiratione subaudi. Hæc adduntur à Græcis.

Gene. 1.

Psal. 103.

6 *Qui præcipit nini, vt descendat in terram.* Persequitur meteora ad explicandam Dei potētiam. Est autem niuis effectio mirabilis. Ex qua etiam Deum præcipit laudare Dauid, Qui dat niuem, sicut lanam. [*Et hiemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.*] Duos distinguit imbres, vnum tenuem, quem vocat pluuiam, & alterum vehementem, quem vocat imbrē fortitudinis suæ. Ex quare Listris Paulus Dei maiestatem, & potentiam prædicabat, Benefaciens de cęlo, dans pluuias, & tempora fructifera:

Psal. 147

De pluuia.

Act. 14.

7 *Qui in manu omnium hominum signat, vt noueriut singuli opera sua.* Quòd signat vertit in Hebræo est חתם hatam, quod, & claudere etiā significat, secundum quā significationē ita à quibusdā Hebręis exponitur, cōtexenti bus hunc versum superiori, Deus illo imbri fortitudinis suæ includit homines ædibus suis, impediens quominus operas, quæ rursi habent videre possint. Quam interpretationem Græci secuti fuisse videntur. Sed illud opera sua in Hebræo est opus suum, quod accutè Græci interpretati sunt πλὴν ἰκανὸς ἀσθένειαν suam infirmitatem, cùm facilè Deus eam operibus suis prohibere possit. Alij autem explicant, [*In manu omnium signat.*] Id est, vnicuique potestatem facit cernendi agrum suū eumque colendi, si enim pluuię, & imbres non essent, non posset terra subigi, & ager coli. Quod Moyses significauit dicens, Dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam, & serotinam: vt colligatis frumentum, & vinum, & oleū. Sed eum prima expositione amplius cohærere videtur, quod sequitur.

Deut. 11.

8 *Ingreditur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur.* Id est, hiems, & imber multus facit, vt feræ se latibulis suis tegant.

9 *Ab interioribus egredietur tempestas.* Interiora vocat plagam cæli australem, quod nos lateat, sicut Iob cap. 9. dixit, Qui facit interiora austri [*ab interioribus,*] ergo [*egredietur tempestas,*] vel ὀδύνης doloris, vt Græci obscurius vertunt. Quia flante austro ferè semper nubes coguntur multæ, ex quibus maximus imber defluit, tonitruaque, & fulgura fiunt. Fortè quod à mari vastoque Oceano perflat, cumq; calidior natura sit, quòd à meridie veniat, facilius è mari nubes excitat. [*Ab arcturo frigus,*] Flat enim à Boreali plaga, quę propter nimiū solis recessum frigore conficitur. Arcturum vocat hoc loco Hebræus dispergētes, vel quia Aquilo nubes dispergit, vel propter multas stellas circa polum Arcticū sparsas, vt sydera, ad quæ pertinent, dispergētes appellet. Græci autem ἀκρωτήρια vertices mōtium, quod ex ea parte multi montes sint.

De gelu.

10 *Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimè funduntur aquæ.* Id est, Deo auctore glaciatur aqua, & liquefit. Quod laculentius pronunciauit Dauid, Mittet crystal

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum suam, sicut bucellas ante faciem frigoris eius, quis
psal.147. sustinebit? emittet verbum suum, & liquefacit ea, flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Quod [*Flante Deo*] vertit vulgatus, in Hebræo ad verbũ est, In flatu Dei, ponitur que illud nomen Dei אל el, quod fortem propriè significat. Et ob eam rem Græci transferunt ἀπὸ πνοῆς ἰσχύος à flatu fortitest autem eadem sententia. Quod verò hic versus significat, vt diximus, Dei voluntate concrescere, & liquescere aquam, pro hac specie genus Græci posuerunt, ita traducãtes διακίζει δὲ τὸ ὕδωρ ὡς ἐν βούλεται gubernat, vt voluerit aquam. Omnes enim res obtemperant, & obsecundant ei.

11 *Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.* Desiderare vnaquęque res videtur eam rem, qua eget, cùmque vehementer egeat frumentum aqua pluuia, sine qua ali non potest, merito nubes, ex quibus pluuia defluit, desiderare dicitur. Quod desiderium expressit Oseas, Cæli exaudient terram, & terra exaudiet triti-
Ose.2. cum, vinum, & oleum, & hęc exaudient Iezrahel. Lumen autem, quod nubes spargere dicit, est fulgur, siue fulmen, quod nubibus inclusum esse capite superiori dixit, In manibus suis abscondit lucem. Quando verò cæli, vt dicebat Oseas, terram audiunt, idem beneficium est, si hoc lumen, quod si pluuiam spar-
Zacha.10. gant, nãhuiusmodi lumẽ semper pluuia consequitur. Vt declarauit Zacharias, petite à Domino pluuiam in tempore Serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis. Quo loco pro niuibus fulgura, & corruscationes Hebræi intelligunt. Vt pluribus in nostris Zachariæ commentarijs narrauimus. Diximus etiam superiori capite אור or, quod hic

hic ponitur, non solùm lumen, sed pluuiam etiam Hebręis significare, propter lumen הקטר hacaton paruum, vt illi loquuntur, id est, lunam, cui aquarum imperium datum esse à natura videtur. Possumus igitur, facilius vertere, Et nubes spargunt pluuiam suam. Sed prima huius versus pars, non vno modo intelligitur, propter ambigua verba. Nam ברד beri, quod frumentum vertit Latinus, si .ב. bet prima eius litera sit radicalis, vt Hebræorum Grammaticorum verbis vtar, sitque à radice ברה bara eligere, vel comedere, idem esse iudicauit Latinus, quod בר bar, quod filium, frumentum, pabulum electum significat. Græci tamen ἐκλεκτὸν electum conuerterunt, in eam rationem qua à quibusdam Hebræis intelligitur, qui ex eadem radice hoc nomen ducentes. ד. iod loco .ה. esse tradunt, ac serenitatem significare docent. תרה tarah verò, quod desiderat transtulit vulgatus, ipsi fatigare ac aggrauare declarant: quæ significatio potest ex vulgati sententia probari, qui Esaiæ.1. vetit, Facta sunt mihi תרחה la torah molesta. Ita igitur exponunt serenitate, tempore ve sereno, quod electum Septuaginta nominarunt, Deus aggrauabit nubem, id est, Nubes coget, aqua plenas, vt verterunt Septuaginta καταπλάσσει νεφέλαι. Reliquè sequitur. [Et *nubes spargunt lumen suum.*] Alij tamen Hebræi .ד. bet non radicalem, sed accidentalem literam esse opinantur, & nomen esse רד ri à radice רדה raua, quod est irrigare. Significat igitur ex eorum sententia irrigationem. Et ita commentantur, Deus aggrauabit nubem in irrigatione, id est, ad terram irrigandam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ expositio Chaldæo placuisse videtur, nam vertit, in humiditate defatigat nubem. Omnia in eandem rationem dicuntur.

12 *Quæ lustrans cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciē orbis terrarum.* Id est, nubes Dei voluntate coguntur, vel desi-
De nubib. pantur. Et propterea nubibus tanquàm curru Deus insidere dicitur: quia potest eas pro arbitratu suo, vel incitare, vel reuocare, Qui ponis nubem ascēsum tuū,
psalm. 103 ait Dauid, Hebraicè est ad verbum currum tuum.

13 *Sive in vna tribu, sive in terra sua, sive in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.* Id est, non solùm in ea regione, quæ Dei sit, quia Deum colat, sed etiam in quacunque tribu, atque prouincia orbis terrarum nubes Deo obtemperant dicto audientesque sunt, vt ibi tantum sint, vbi Deus pro misericordia sua esse voluerit ad beneficia præstanda, vel etiam pro iustitia ad pœnas sumendas, vt ex vno contrario alterū intelligatur. Sed vtrunque contrarium Græci auctores, & Hebræi in verbis Hebræis commemoratum esse intelligunt. Nā quod vulgatus in vna tribu conuertit, Hebraicè est שֵׁבֶט sebet, quod est vel tribus, vel virga. Quare Septuaginta viri ἀνὰ δεσμὸν castigationem conuertunt.

14 *Ausculta hæc Iob: sta, & considera mirabilia Dei.*

15 *Nunquid scis, quando præcepit Deus pluuijs, vt ostenderent lucem nubium eius?* Persistit in illo naturæ quasi miraculo, quòd tanta vis ignis, quanta fulgure ostenditur nubibus excitetur, tanta abundantibus aqua, quantam plu-
Tonitru magnum natura miraculum: uia statim defluens demonstrat. Nam ex multis naturæ prodigiis haud facilè quispiam dixerit hoc exēplo aut mirabilius, aut præstantius. Sed quia frequēter fiat illud

illud homines iam mirari desinunt. Hoc loco quidam doctus vir indoctè reprehēdit vulgatum interpretem. quomodo enim (ait) pluuię lucem ostendant, cùm magis tenebris cælum obsitū sit, quādo pluit? Intellexitque ille locum de luce solis, cùm eius lux nubibus sublatis fulget. Sed nullum certè est miraculum, quod sublato impedimento lux appareat, vt antequam huius rei mentionem faceret tantam attentionem captaret dicens, Ausculta hæc Iob: sta, & considera, &c. Tum quod de meteoris verba facit lucemque fulguris superioribus locis significasse exposuimus, in quo illud, quod modò diximus miraculum maximum est. Quare nostra expositio placet Hebræis. Qua optimè vulgatus declaratur, neque ex dictis ipsiusmet Hebræi, quem ille citat, illa quam probat intelligitur expositio.

16 *Nunquid nosti semitas nubium.* Pro semitis in Hebræo est מִפְלַס miplas pondus, libramentum, & differentias. Quidam hoc loco libramentum significare putant, quos vulgatus securus fuisse videtur, Id est, nosti nubium pondus, & libramentum, quo pacto vsu eueniat, vt tanto, & non maiori interuallo à terra eleuentur, atque ferantur. Quod nubium semitas doctè vulgatus appellauit. Alij, Nosti nubium differentias, declarant, id est, Nosti, cur ex alia nubi imber tenuis, ex alia imber vehemens, ex alia nis, ex alia grando defluit, quæ etiam quadrat expositio. Quæ Græcis placuit, nam ita conuertunt, διάκρισιν νεφῶν distinctionem nubium, [*Magnas, & perfectas scientias,*] Id est, Res multas scitu cognitioneque dignas, quæ de nubibus dici

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt,Sed pro רעדם dehim scientias, quod est in Hebræo,Græci auctores רעים rahim impios legisse videntur.Sunt enim ד dalet, & ר res literæ adeo similes,vt vix ab Hebræis distinguantur;quare mirum nō est vnā pro altera irrepsisse.Ex quo fit,vt ita traducant ἐξαισια δὲ καὶ μεγάλα πονηρῶν magnas impiorū ruinas. Vt miracula moralia cum naturalibus coniungat ad potē tiam Dei infinitam comprobādam,id quod hoc libro sæpe vsurpatum esse vidimus.Mirabile autem est, & quod homines vix accidere posse crederent tantā quorundam impiorum hominum potētia tam subitō vno fortunę reflatu corruisse,vt cuiusdam ruinam miratur Esaias,Quomodo cecidisti de cælo Lucifer,qui mane oriebaris.

Mirabilis potentium ruinam.

Esai.14.

17 *Nonne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro.* Id est,experiris Austrum vērum esse calidum, huius tamen rei causas perfectè non cognoscis. Non enim perfectè cōprehenditur huius rei eam modō causam esse,quod perflet à meridie.Quod tamen[*Perflata fuerit,*]vertit Latinus Hebraicè est,בהשקט behascit, cùm quiescat,& ita Græci trāsferunt καὶ νυχάζειν quiescit terra ab Austro.Quare quidam hunc locum ita explicant,qui fit, vt vestimenta tua calida sint nullo flante austro? vt verè, & æstate vsu euenit, vt perstringat Solis ad tropicum nostrum cancri cōuersionēad significandas solis mirabiles conuersiones, ex quibus anni tempora distinguuntur.Sed longè petita potiusquàm nata hæc expositio videtur.Possuntque Hebræa, & Græca in eam quam expressit Latinus interpres rationem exponi,An calida erunt vestimenta tua,si quiescat ab austro terra?quasi diceret minimè quidem, nisi flauerit

flauerit Auster,& ita quidam Hebręus in commentarijs explicat.

18 *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos.* Non de orbibus cęlestibus loqui puto,sed de media aeris regione, quam & Latini cælum vocant,& in qua de meteoris loquēs hactenus versatus est, idque ex verbis Hebræis facilius intelligitur:nam quod fabricatus es conuertit vulgatus in Hebræo est רקע racah. Ex quo fit nomen רקיע raciah firmamentum, de quo in primo Geneseos capite multa mentio fit,intelliguntque omnes mediam esse aeris regionem,in qua nubes coguntur. Nā dicitur in Genesi,Et fecit Deus firmamentum,diuisitque aquas,quæ erant sub firmamento,ab his,quæ erāt super firmamentum. Tum quod cælos transfert in Hebræo est שחקים sehacim, quod superiori capite vers.12.nubes conuertit, De nubibus fluunt,quæ præterunt cuncta desuper,ita etiam multis alijs locis hoc nomen conuertit.Sed illo loco apertè significatur,mediam aeris regionem declarare, Tenebrosa aqua in nubibus שחקים sehacim aeris. Demonstrat igitur Eliu Dei summam potentiam,ex eo quòd mediam aeris regionem tam sapienter fecit. Id est tu,qui cum Deo disputare optas Deum in facienda media aeris regione adiuuisti, vt in tanta re potentiam tuam expertus, id non temerè desiderare putes? Vt autem,quàm eximiā hoc opus sit,declaret,narrat mirabilem,huius mediæ regionis naturam.[*Qui solidissimi quasi ære fusi sunt.*] Solidissimi,ideſt,fortissimi sunt:nūquam enim corrumpuntur,neque vllo modo labefactantur,licēt totis vaporum, & exalationum receptaculum sint, totque in eis meteororum mutationes fiant.Quod dicit.[*Quasi ære fusi*]

Media aeris regio.

Gene.1.

Psal.17.

ars fusi,] ad verbũ in Hebræo, Tanquàm speculum fusum, quòd nitidissimi, & splẽdidissimi sint, & ita pelluceant. Eadem enim de causa χαλκόβατες Δῶ κρεμνὰ domus vocat Homerus cælum.

19 *Ostende nobis quid dicamus illi.* Id est, tu qui optare iactas cum Deo disputare, expone mihi, qua id ratione fieri possit. Nam aut per nos, aut per aliũ ẽ eo sermonem conferemus, per nos minimè possumus.

[*Nos quippe inuoluimur tenebris.*] Ad verbum in Hebræo plenius ponitur, Nõ ordinabimꝰ propter tenebras, id est, Nullam orationem componere, & persequi propter tenebras multas poterimus. Ille enim summus maiestatis diuinæ splendor perstringet nostræ mentis aciem, & magnas nobis tenebras offundet: sicut si quis proprius ad solem auderet accedere. Quocirca dicebat Dauid, Posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius. Et Paulus, Qui lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed neque videre potest. Et ipse Deus dixit Moysi, Faciem meam videre non poteris. Aut per nuncium aut interpretem cum eo loquemur, Neq; id etiam fieri potest. Nam

Diuinæ maiestatis splẽdor.

2. Timot. 9

Exod. 33.

20 *Quis narrabit ei, quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur.* Id est, etiam si quis auderet meos ei sermones narrare, metu, atque reuerentia tantæ maiestatis obruetur, vox faucibus hærebit, neque vllo modo in conspectu eius consistere poterit. Si enim Esther vix stare potuit coram rege Assuero, Quid de tam infinita Dei maiestate putandum est. Illud etiam [*Si locutus fuerit homo deuorabitur.*] Ita Græci intellexerunt, Si loquetur homo, vt deuoretur, id est, Anne Deus à me conuincetur, ficut conuinci posset homo, si mecum loqueretur. Nam ita traduxerunt ἵνα ἀνήρωσον ἐς κάτ καστασιν τὸ, vt hominem stans silere faciam. Vtraque in Hebræa verba conuenit explanatio. Alij ita explicãt, An loquetur homo, cùm deuorabitur, id est, Anne vllus homo Deum arguere, aut vllo modo cohibere poterit, si quẽquàm perdere noluerit. Quę omnia ipse Iob fatebatur, vt nono & decimo tertio capite, videre licet.

21 *At nunc non vident, lucem subito aer cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.* Reuertitur ad meteora, ex quibus Dei potentiam docere cœpit, in quibus illud etiam mirabile esse notat, quod aliquando contingat, vt tantis tenebris cælum obsitum sit, vt nemo solis lucem videat, repentèque aliquis ventus flans nubes ita dissipat, vt nulla relicta, magna toto cælo serenitas sit. Eandẽ Græci sententiã licèt obscurius reddũt.

22 *Ab aquilone aurum venit.* Id est, serenitas, qua sol tanquàm aurum oriens nitidissimus fulget. Sæpe enim Boream nubes fugare conspicimus. [*A Deo formidolosa laudatio.*] Ita est in Biblia Regia, sed in alijs ad Deum formidolosa laudatio, quod correctius esse opinor. Nam est Hebræis verbis magis accommodatum, id est, Difficile est orationem de Dei laudibus cõponere, cùm eius nõ possit exitus reperiri, vel melius vt exponunt Septuaginta auctores, Ex his rebus magna, & admirabilis redũdat ad Deũ laus. Res enim mirabiles per se viq; sua faciũt, vt Deum earũ auctorẽ miremur, & eius summam potentiam prædicemus.

23 *Dignè enim inuenire non possumus.* Quare frustra optas cum eo de tua disputare iustitia. Et vt inueniri pos-

set, quam ne ex eo victoriam reportares? qui est, [*Magnus fortitudine, & iudicio & iustitia.*] & ita magnus. [*Vt enarrari non possit.*] Hebraicè tamen est חקר אל lo ichane. Est autem verbum חקר hana valde ambiguum Hebræis, significat enim dicere, cuius significationis causa, Non dicetur, intellexit vulgatus, & ob eam rē [*Enarrari non possit,*] conuertit. Significat etiam audire quare Græci ἐξακούειν exaudire transtulerunt, in hanc partem, Qui iustè iudicat putas non exauditurum eum? id est, iusta iudicantem. Quî fieri potest, vt te Deus iustus non audiret, si iustus, vt putas esses? Significat etiam affligere: quamobrem Chaldæus, ita transfert Deus in multitudine virtutis, & iudicij, & multa potentia non תענה ieçageph affliget. Quare indignè ita de illo quereris. Quam explicationem Hebræi sequuntur.

24 *Ideo timebunt eum viri,* Cum tanta valeat fortitudine, & æquitate [*Et non audebunt illum contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.*] Id est, si sapiant non solùm cum eo disputare non cupient, verumetiam neque cū contemplari, & intueri propter summam eius amplitudinem, & maiestatem non audebunt. In Hebræo tamen ad verbum est, Nō videbit omnes sapientes corde. Cuius verbi suppositum, Sapiētes corde, vulgatus esse intellexit, pluralis pro singulari, id est, vnusquisque sapientium, Est enim Hebraismus, & ob eam rem ilo modo conuertit, & ita intellexerunt Græci, & propterea transferunt φοβηθήσονται ἄνδρες καὶ οἱ σοφοὶ καρδίᾳ timebunt eum sapientes corde. Causa pro effectu: quasi dicerent, & propterea eum contemplari, nō audebunt. Chaldæus autem intellexit verbi suppositum

tum esse Deum, & ob eam rem ita transfert, Non videbit omnes sapientes corde. Id est, nihil eorū sapientiam, si cum eo disceptare audeant, curabit, vt eorum sapientiæ reuerentia à verò iudicio æquoque deflectat.

CAPVT. XXXVIII.

R *Espondens autem Dominus Iob de turbine, dixit.* A
Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?
3 *Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi.*
4 *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiam.*
5 *Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam?*
6 *Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius.*
7 *Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?*
8 *Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens.*
9 *Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem?*
10 *Circundedit illud terminis meis, & posui vectem & ostia,* B
11 *Et dixi, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic cōfringes tumentes fluctus tuos.*
12 *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea?

14 Reſtituetur vt lutũ ſignaculũ, & ſtabit ſicut veſtimẽtum.

15 Auferetur ab impijs lux ſua, & brachium excelſum confringetur.

16 Nunquid ingreſſus es profunda maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti?

17 Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti?

18 Nunquid conſideraſti latitudinem terræ? indica mihi, ſi noſti, omnia.

19 In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit.

20 Vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius.

C 21 Sciebas tum quòd naſciturus eſſes? & numerum dierum tuorũ noueras?

22 Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti.

23 Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ, & belli.

24 Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram?

25 Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonanti tenitrui.

26 Vt plueret ſuper terram, abſque homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur.

27 Vt impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes?

28 Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris?

29 De cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit?

D 30 In ſimilitudinem lapidis, aquæ duruntur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur.

30 Nun-

31 Nũquid coniũgere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrũ Arcturi poteris diſſipare?

32 Nunquid producis Luciferũ in tempore ſuo, & Veſperũ ſuper filios terræ conſurgere facis?

33 Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?

34 Nũquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarũ operiet te?

35 Nũquid mittes fulgura, & ibũt, & reuerentia dicent tibi, Adſumus?

36 Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?

37 Quis enarrabit cælorũ rationem, & concentũ cæli, quis dormire faciet?

38 Quando fundebatur pulvis in terra, & glebæ cõpingebãtur.

1 Nũquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis.

2 Quando cubant in antris, & in ſpecubus, inſidiantur.

3 Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deũ, vagantes, eo quòd non habeant cibos?

Respondens autem Dñs Iob de turbine, dixit.

DE turbine etiam cum Elia atque Moyſe locutus eſt: quo declaratur diuina maieſtas: & quàm longè à noſtris ſenſibus abſit. Vt dixerat ſuperiori capite Elihu, Nos quippe inuoluimur tenebris. Tum quod tam infirmæ ſint res corporis participes cum illa comparatæ, vt ſi adeſſe declaret, eius præſentiam ferre non poſſint, ſed totæ commoueantur, & tremefiant, & quaſi tantum maieſtatis pondus declinare velint. Tum quòd turbine apparuit Iobo, indicaſſe videtur, quod tota eius hiſtoria narratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calamitates boni turbo sunt in quo eis deus apparet.

tur. Nam turbo, & tempestas fuit tanta, quę illum oppressit calamitas, in qua Deus apparuit ei, quia longè maxima amicitia Deus illum sibi per calamitatem adiunxit. Quare putare debent viri boni, cùm in graues miserias, & acerbas calamitates venerint, turbinem esse, in quo Deus adest, in eoque, si se prudenter gerant, eum esse visuros. Nam de Elia narratur, perturbinem in cælum ascendisse.

4. Reg. 12

2 *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* Meritò dubitari potest de quo hæc dicantur. Diuus Gregorius, & alij putant nō de Iob dici, sed de Eliu, quod doctas sententias pomposa, & tumenti fuerit oratione locutus, tum quod ea (vt exposuimus) in Iob contulit delicta, quibus ipse non tenebatur. Interrogat autem Deus quis est iste? Vt eius dicta non probare significet. Dicitur enim Deus ignorare, quod non approbat. Alij autem existimāt ad Iob hæc verba pertinere, vt eum Deus reprehendat, quòd parum modestè fuerit locutus, quod valde sapienter senserat. In hac enim tantùm re deliquerat is, qui acerbissimo fuerat à Deo bello tentatus, quod est mirabile, & prorsus in auditum. Cuius criminis, vt eum Deus argueret, cū eo sermonē contulit. Nulla enim, nisi Dei summa, & infinita sapientia, tam leue delictum inter tam egregia, & eximia facinora odoraretur, atque notaret. Opinor enim & licet Deus Dæmoni significaret Iob in tam terribili conflictu nonnihil deliquisse, eiq; mandaret, vt de eius crimine quæreret, quòd illud tamen nō inueniret, sed aliarum eum forte rerum, in quibus nihil peccasset, accusaret, vt accusabant amici. Nullum tamen est tam leue delictum, quod diuinos oculos

Peccatum Iob accurate exponitur.

Nullū Deus licet delictum.

los possit latere. Quocirca sapientissimè pronunciat Dauid, Beati quorum remissiæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tecta enim nullo modo esse possunt, nisi non sint. Quare subiungit, Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, neque est in spiritu eius dolus. Verè enim id criminis Iob admisit, vt ipse postquàm Deum audiuit, intellexit, & confessus est capite huius libri vltimo, quo hæc Dei verba, quibus illum huius peccati arguit, recitare videtur. Vt ex hoc probetur amplius, in ipsum à Deo dicta fuisse. Ait enim, Scio, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis iste qui celat consiliū absque scientia? ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam. Subijcitque parum modesta verba, in quibus id crimen erat, cuius cum Deus arguit, quæ capite 13. vers. 22. ab eo dicta fuisse narrantur, Audi, & ego loquar interrogabo te, & respōde mihi. Ex versione etiam Septuaginta interpretū intelligitur illis verbis capitis vltimi hęc Dei quę in manibus habemus Iob verba recitasse. Nam ita Græci conuertunt τίς ἐστιν ὁ κρύπτων βάλην, συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ ἐμῇ δὲ οἴεται κρύπτειν, quis est iste celans consilium continens autem verba in corde me autem putat latere. Illud autem quis est iste celans consilium, idem est, quod illud, quod Iob capite vltimo, recitasse diximus, vt ex eisdem Græcis intelligitur, qui capite vltimo hæc eadem verba repetunt. Iam verò illud quo Græci secundam huius versus partem interpretantur, Continens autem verba in corde, me autem putat latere, commodè explicari non potest, si in Eliu dictum fuisse

psal. 35.

creda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

credetur. At si in Iob, cognoscetur tãtorum virorum digna esse expositio. Nam Iob verbis illis in quibus reprehenditur, Audi, & ego loquar interrogabo te, & responde mihi, palam optare profitetur, vt eum Deus audiret causam suam defendentem, & suam ei innocentiam probantem. Perinde loquens, licet non ita credens, quasi Deum latérent rationes, quas cogitaret ad causam suam informandam. Aut opus esset Deo, qui omnium hominum animos intuetur Iob audire, quò rationes, & cõsilia vitę suæ, quibus eius causa defenderetur, cognosceret. Quare sapientissimè Græci sua versione explanarunt, cur essent verba Iob imperita, vertẽtes, Continens verba in corde, me autem putat latere, id est, perinde loquitur, quasi putaret me latere verba, quæ suo corde seruat, quòd ea non pronũciet. His ego rationibus adductus opinor, cum bona venia Gregorij tãti viri, non in Eliu, sed in Iob Deum his verbis inuectum fuisse. Huc accedit. Quòd Eliu non solum sermones, sed etiam nonnullę sententiæ fuerunt imperitæ, quibus temere Iob vitam criminabatur.

3 *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Hebræa phrasis est ad dicendum paratus sis, & instructus: quod Latini dicunt, Se operire cingere. Vt Esaias dixit, Accingite lũbos. Id est, ad plangedum parati sitis. Qua & Christus vsus est, Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus vestris. Quod paucis interiectis declarauit. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Ait ergo Deus Iob, Quoniam me ad disceptandum prouocasti, ad disceptandum venio. te disputationi accinge, & tanquam vir mecum congrede-

Esai.32. *Luc.21.*

re. [*Interrogabo te, & respõde mihi.*] Mea per te fuit optio vt cap. 13. diceb as, Voca me, & ego respõdebo tibi, aut certe loquar, & tu responde mihi. *Iob.13.*

4 *Interrogabo igitur te, & responde mihi, vbi eras quando appendebam fundamẽta terræ? indica mihi, si habes intelligẽtiã.* Probat Deus Iob potentiam suam infinitam, vt hac re terreat eum, reprimatque, quo minus audeat Deum ad disceptandum prouocare. Probat autem eam ex vniuersitatis rerum creatione, ex mirabilique rebus omnibus à Deo tributa natura, orditurque ab operib⁹ primi diei, quo terram Deus fecisse narratur. Cuius commemorat fundamenta, tangens eius naturam, quòd grauis natura sit. Alluditque in eius creatione narranda ad rationem rerum grauium construẽdarum, in quibus primę fundamenta iaciuntur, deinde alia ad perpendiculũ directa fundamentis imponuntur. Et ob eam rem dicit, Vbi eras, quando ponebã fundamenta terręꝰ Ita loquebatur etiam Dauid, Fũdasti terram super stabilitatem suam nõ inclinabitur in seculum seculi. [*Vbi eras?*] Ait, Vt meminerit se nihil omnino fuisse, cũ res tam admirabiles à Deo gerebãtur. Cuius rei memoria vehemẽter eum debet reprimere, qui naturæ vel gratię, & liberalitatis Dei bonis extollitur, Deoq; se quocũque modo audet conferre. Ex hoc enim intelliget se nõ per se, sed Dei beneficio sua fuisse bona cõsecutum, iureque suo ea omnia ab eo repeti posse, à quo sunt benigne tributa.

De opere primi diei. *Psal.102.*

5 *Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam.* Perpetua est (vt diximus) allusio ad rerũ grauiũ fabricationem. Quarũ partes certa mensura disponuntur, vt inter se omnes aptæ sint firmiterque connexæ.

Terræ collocatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Linea perpẽdiculum eſt,ad quod rectis lineis ædificia deriguntur.

6 *Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis demiſit lapidem angularem eius.* Eadem eſt alluſio. Baſes idẽ ſunt,quod fundamenta,niſi quod illi in columnis, hæc in parietibus vſurpantur. Lapidẽ angularem etiã vocat anguli fundamentum. Terra autem nulla re nititur,ſed per ſe cohæret, vt dixerat ipſe Iob,Qui extẽdit aquilonẽ ſuper uacuum,& apendit terram ſuper nihilum. Coniret autem ipſa per ſe, quòd omnibus eius partibus ea ſit vis à Deo tributa,vt ſingulæ in medium eius ſuo nutu ferantur,quare non niſi vi ſingulæ partes conuelluntur,totam autem,cùm tam vaſta ſit,nulla hominũ vis conuellere poteſt. Demonſtratione tamen Archimedes concluſiſſe dicitur,totam à ſe ipſo ſolo euelli poſſe,ſi alia eſſet terra,in qua machinam,quam ipſe fabricaret,ſtabilire valeret,vt narrat in Marcello Plutarchus. Hæc autẽ machina vectis eſt,quo qualibet vi quodeũque pondus atolli poteſt, vt optimè Vbaldus demonſtrat propoſitione duodecima de vecte. Sed cum nulla poſsit eſſe tellus alia,in qua huiuſmodi machina ſtabiliatur,relinquitur tellurem nulla naturali vi poſſe ſede ſua moueri. Sequitur autem.

Iob.26.

Machina quæ valuerſa terra moueretur.

7 *Cũme laudarẽt ſimul aſtra matutina.* Omnes ſtellas cæli præter ſolẽ vocat aſtra matutina,quod matutino tẽpore à mortalibus cernãtur,ex quibus totũ cælorũ opus primo etiã die factũ intelligi vult,cuius præſtãtiſsima ornamẽta ſtellæ ſunt. Comedẽq; poſtq; terræ mẽtionẽ fecit,de cælis loquitur:nã cælis,& terra rerũ omnium vniuerſitas cõtinetur. [*Cum me laudarent ſimul aſtra matutina,*] dicit,tanta enim ſtellarũ vis,tam varia, & mirifica earum

earum natura vehementer Dei à quo factę ſunt amplitudinẽ,& excellentiã declarant. Et ob eã rem dicebat Dauid,Laudate Deum ſol,& luna, laudate eũ omnes ſtellæ,& lumen. [*Et iubilarent omnes filij Dei.*] Id eſt,omnes angeli,nam πανϛες ἀγγελοι μς Græci vertunt, rectèque cælorum creationi angelorum adiũgitur, nam eodem die angeli,& cęli facti fuiſſe creduntur,& ſicut ſtellas in cęlis,ita & ipſos in eximio cęlo effectos fuiſſe. Quare ſtellis etiam matutinis comparantur. Vnde illud Eſaiæ, Quomodo cecidiſti Lucifer, qui manè oriebaris. Multi ad præclariſsimũ angelum è cælo pulſum etiam pertinere arbitrantur.

Stellę declarant excellẽtiam Dei

Angeli quãdo facti.

Eſai. 14.

8 *Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedẽs.* Erupit mare primo die. Fuit enim ſimul,cum cęlis & terra factus. Vt narratur in Geneſi, Tenebræ erant ſuper faciẽ abyſsi: & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Sicut autem in narrãda terræ creatione rerum grauium naturam ſecutus fundamenta,lineam, baſes,lapidem angularem nominauit, ita cùm narrat maris creationem rerum humidarum rationem ducit. Erumpebat dicens,quaſi de vulua. Oſtijs autem, id eſt, ſinubus,promontorijs,oris denique atque litoribus concluſum mare fuit tertio die,cùm dixit Deus, Congregẽtur aquę, quę ſub cęlo ſunt in locũ vnum, & appareat arida.

Geneſ.1. Maris eſſe dio.

9 *Quum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem.* Quoniam dixerat erumpebat e vulua eandem perſequens metaphoram dicit, [*Veſtimentum, & pannis infantiæ obuoluerem.*] Veſtimentum autem, & caligo, qua mare tanquàm pannis infantiæ inuolutum eſt,erat caliginoſus aer,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo quam primum factum est operiebatur. Scribitur enim in Genesi, Tenebræ erant super faciē abyssi, & spiritus Domini ferebatur super aquas. Et tunc mare terram vniuersam amplectabatur, sic vt tota tegeretur aquis, vt Vt canebat regius vates. Abyssus sicut vestimentū amictus eius, super montes stabunt aquę. Deinde tertio die iussum est, vt cōgregarētur aquæ in locū vnum, & appareret arida. Et propterea sequitur.

Gen. 1.

Psal. 103.

10 *Circundedit illud terminis meis, & posui vectem & ostia.* Terminis meis, id est, Terminis à me perscriptis, qui sunt, vt statim declarat, ostia, & maris litora, quibus ipsum egredi nullo modo potest. Vectem verò litora appellat, ad eius vastitatem, & nimiam magnitudinem declarandam. Vectes enim, & repagula ianuis aduersus magnam vim opponimus. Canebat etiam luculenter Dauid, quo pacto Deus cōpresserit maris vim, & effrenatam ferociam. Super montes stabunt aquæ, ab increpatione tua fugiēt, à voce tonitrui tui formidabūt, ascendunt montes, & descendunt campi in locū quem fundasti eis. Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram. Ex quo facilè, quod sequitur intelligitur.

Psal. 103.

11 *Et dixi, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic cōfringes tumentes fluctus tuos.* Hæc est illa increpatio, vt loquitur Dauid psalmo citato, qua Deus maris ferocitatem coercuit. Hæc est illa lex, qua certos ei terminos constituit.

12 *Nunquid post ortum tuum præcipisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?* Id est, nunquid tu, an ego solus lumē feci? Congruenter post terræ, cęlorum, & angelorum creationem, & aquarum congregationem, lucis conformā-

Luminis effectio.

formationem commemorat, nam licēt primo die illius mētio fiat, quarto post omnia hęc, facta fuisse meritò existimatur, quòd quarto die luminaria duo, quæ lucis sunt sedes, facta fuere. Præcipere autem diluculo idem est, quod ostendere auroræ locum. Id est, loca illi definire vnde quotidiè oriatur, singulis enim diebus ortus locū sol in Finitore mutat, item & luna: eadem tamen loca Sol singulis annis peragrat. Hæc ergo sapiētissima dispositio, qua Sol terram vniuersam lustrat, Neque est, qui se abscondat à colore eius, vt ait Dauid, quæ naturæ leges appellantur, quoniā à Deo latæ, & inuentę sunt, præcipere diluculo, & ostendere auroræ locum meritò dicitur. In eandem rationem dixit Dauid, Sol cognouit occasum suum.

Psal. 18.

13 *Et tenuisti concutiens extrema terræ.* Ad verbum ita est in Hebræo, Ad tenendum in alis terram. Quod licēt duobus modis possit referri, in eandem tamē rationē vtroque modo dicitur. Potest enim vel ad ipsum Iob referri, cum quo superiori versu loquebatur. Id est, præcipisti diluculo, &c. Ad tenendum concutiens, Id est, vt teneres concutiens, &c. Teneres inquam cōcutiēs per lucē, ita vt luce tua terrā vniuersam occupares. Tum quod ad verbum dicit Hebræus, In alis terram. Illud Terram potest apud Hebræos, vel in genitiuo, vel in accusatiuo esse. Vulgatus, & Septuaginta in genitiuo esse voluerun, talas terræ intelligentes, & vt phrasis latinior esset, extrema terræ traduxit. Græci eandem phrasim reliquerunt πτέρυγαν γῆς alis terræ vertentes. Sunt tamen alę terræ, anguli vel extrema terræ, quę in Finitore notantur. Et ob eam rem ita vocantur. Potest illa Hebræa oratio ad tenendum in

Psal. 103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alis terram alio modo referri, vt quidam Hebræi volunt, sic, vt illud Tenendum non ad Iob, sed auroram referatur, & illud Terram sit in accusatiuo, in hanc partem, Ostendisti auroræ locum suum ad tenendum, ideſt, Vt aurora teneret in alis suis terram. Ideſt, vt terram vniuersam illustraret, vt dixit Dauid, Nemo est qui se abscondat à calore eius. Attribuit autem poetica loquendi ratione alas auroræ, sicut primo capite versu nono palpebras, vt in Hebræo esse diximus, attribuit. Qua translatione vsus etiam fuit Dauid, Si sumpsero pennas meas diluculo, In Hebræo ad verbum est, Diluculi. Est autem elegans, & appositissima translatio: quia Aurora citissimè vno temporis momento, in Oriente apparens totum lustrat Finitorem: cùm circulus maior sphæræ sit hemisphærium, diffluens. [*Excussisti impios ex ea.*] Cùm Deus res mirabiles à segestas ad infinitam suam potentiam declarandam persequatur, conuenienter, dum lucem à se factam commemorat, exclusionis impiorum mentionem facit. Quòd lucis consequens est. Sicut enim lucem consequitur, vt tenebras pellat, quia eius contrariæ sunt, ita & impios: qui lucem oderunt, & tenebras amant. Et sicut lucem fecit Deus ad tenebras expellendas, ita & ad impios è terra viuentium euertendos. Ex quo non leuis coniectura est, ea de causa in historia creationis, lucis primo die mentionem esse factam, licèt quarto die luminaria esse facta fuisse narrentur, quòd primo die, sicut angeli simul sunt cum cælis procreati, ita iniqui angeli eo fuerunt die è cælo electi, & æternis tenebris mandati. Pro comperto enim Theologis est breuissimo tempore ini-

Psalm. 138.

Lucis effectionem sequitur iniquorum expulsio.

quos angelos in cælo fuisse. Quod non nisi diuina luce factum fuit: congruum autem erat, vt eo die, quo tam copiosa lux creaturæ spirituali orta fuit oriretur etiam creaturæ materiæ, corporisque participi. Sunt autem impij luci contrarij, siue lux materialis siue spiritualis sit. Nam iniqui materialis etiã lucis odio sunt, quia delitescere cupiunt, vt copiosè ipse Iob capite vigesimo quarto tractauit, Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Et paulò antè. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt. Lucem autem spiritualem, Id est, veram disciplinam, nulli dubium est, quin eam vehementer abhorreant. Quod & CHRISTVS apud Ioannem docet, Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Vtraque etiam lux eijcit impios è terra. Lucis autem spiritualis coniectura facilè de Euangelio capitur, quòd tot improbos homines, improbos mores, & improbas hæreses lumine suo clarissimo deiecit. Lux materialis etiã expellit eos, quia ipse assiduus ortus, & occasus solis hominum vitam consumit. Quod Ecclesiastes, indicauit, Generatio præterit, & generatio aduenit. Cuius rei causam ponit statim, Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens

Cur primo die creationis lucis fuerit facta mentio.

Iob 24.

Duplex lux, & vtrã mali oderunt, & vtraque malos eijcit.

Ioann. 3.

Eccles. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitur per meridiem,& flectitur ad aquilonem. Cùm igitur ipso lucis motu ad exitum vitę quotidie vocentur appositè luce vita expelli dicentur. Viris bonis licet etiam ipsa dies vitam minuat,quia tamen ad aliam veram vitam vocantur,& cùm morte potius restituantur,quàm absumantur,non ita lucis motu è terra pelli dicentur:impijs autem si hæc vita adimatur nulla,eis alia reliqua est,sed mors tantummodo sempiterna. Id quod Deus statim hoc modo explicare videtur.

14 *Restituetur vt lutum signaculum.* In Hebręo ad verbum est,Conuertet se,vt sigillū luti.Idest,terra exqua impij vi lucis excutiūtur,cōuertet se, vt sigillum luti. luti enim sigillum facilè multas accipit,& expellit figuras, ita terra multas suscipit, & excutit impiorum generationes.Idem quod Salomon ait, Generatio prę terit, & generatio aduenit.In hanc rationem explanandus est vulgatus interpres, Id est, terra tam facilè varijs hominum impiorum generationibus renouatur,quàm lutum in quo varię formę imprimuntur, atque signantur.[*Et stabit sicut vestimētum.*] Id est, vna quęque impiorum generatio stabit in terra, sicut vestimentum, quod tandem vetustate consumitur, & aliud assumitur, ita vna pręterit generatio iniquorum, & alia aduenit.Eodem modo exponitur, quod est ad verbum in Hebręo ,Stabunt sicut vestimentum, id est, Singuli homines impij stabunt in terra, sicut vestimentum, quod non diu durat, sed tandem senescit.Ita Esaias de ijsdem locutus est, Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Eandem etiam rationem dicendi vsurpauit Dauid, Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut

Impij sicut vestimentū cōsumūtur

Esai. 50.

Psal. 101.

cut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse est, & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigetur. Sed Græci in aliam partem hunc versum acceperunt, ita enim transferunt καὶ σὺ λαβὲν γῆς πηλὸν ἐπλασας ὡσεὶ καὶ λεπτὸν κύτος ἐπὶ γῆς. Et tu accipiés terrę lutum animal faceres, & ipsum sic vt loqui posset in terra collocares.Sententia verbis Hebręis parum conueniens est, tantùm illi animaduertisse videntur illud,Conuertet se vt lutum, explicaruntque conuertetur lutum in varias animalium figuras tua vi?Sententia tamen aptissima est contextui,vt ex opere sexti diei, id est, ex animalium creatione Dei summa,& infinita potentia probetur,sicut ex aliarum rerum creatione probata est.

15 *Auferetur ab impijs lux sua.* Cohęret cum ea, quā Hebręus,& vulgatus expressit superiori versu,sententia,Succedent multę impiorum generationes in terra.Quia [*Auferetur ab impijs lux sua,*] Lucem impiorum hanc vitam vocat mortalem, quemadmodum Ecclesiasticus locutus est, Supra mortuum plora, defecit enim lux eius. Lux ergo latione sua eripit lucem improbis:tacitis enim annis senescunt. Ista etiam fit, quod sequitur. [*Et brachium excelsorum confringetur.*] Excelsos appellat homines iniquos, qui rerum potiuntur, & penes quos est summa potestas, brachium verò eorum potētiam,quam dies,licet summa sit debilitabit, & penitus franget. Fractam siquidem esse quis ignorat?Alexandrorum Cęsarum, & Nabuchodonosorū potentiam, licet insuperabi-

Eccli. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, quando florebat, videretur, tempore tamen ita consumpta est, vt nullum eius modò vestigium appareat. Quoniam brachia peccatorum conterentur (vt
Psal. 36. ait Dauid, cõfirmat autem iustos Dominus.

16 *Nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?* Quoniam de luce egit optima ratione disponendi de eius modò contrario agit, id est, de rebus abditissimis, & in extremis tenebris iacentibus.

Abditissimæ res Dei potentiã demonstrant.

Ex quibus suam immensam potentiam etiam demonstrat. Vt enim infinitæ potentiæ est lucem rebus addere, vt possint cognosci, ita & eas sine vllo facto lumine comprehendere: ex hoc enim intelligitur facilè posse eis lumen afferre. Quare eiusdem est vtrumque potentiæ. Profunda igitur maris, & abyssi nouissima, speciem pro genere ponit pro rebus occultissimis, & omni prorsus, lumine vacantibus eiusmodi profunda maris, & abyssi nouissima sunt. In eandem rationem dicitur, quod sequitur.

17 *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* Portæ mortis, & ostia tenebrosa, tenebræ sunt crassissimæ.

1 *Nunquid considerasti latitudinem terræ? indica mihi, si nosti, omnia.*, id est, si omnes terræ partes cognouisti. Cur verò id interroget, statim declarat.

19 *In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit.* Id est, in qua terræ via lux habitet, & in quo terræ loco tenebræ positæ sint. De luce, & de tenebris disseruit, nunc de mirabili vtriusque inter se temperatione. Qua ratione dies nocti succedat, & nox diem excipiat, sic vt nec longa dies, nec multa nox vlli terræ parti detrimento sit. Non enim satis esset lucem effi-

cere

cere, nisi aptissima lux & tenebræ inter se ratione coniungerentur, in quo etiam infinita Dei sapientia, atque potentia declaratur. Hac ergo de causa Deus quærit ex Iob, si sciat viam lucis, & tenebrarum locum, vt commodè nimirum vtroque in quacunque terræ parte vti possit. Id quod statim declarat dicens.

Lucis & tenebrarũ tẽpgratio.

20 *Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius.* Id est, vt vnumquodque conuenienter colloces, & vt postulat terræ natura accommodes. Id paucis sapientissimè canebat Regius vates, Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.

psalm. 18.

21 *Sciebas tum quòd nasciturus esses? & numerum dierum tuorũ noueras?* Breuiter verbis his mihi tangere videtur opus sexti diei, in quo homo effectus fuit. Non enim prætermitteret hîc, cùm alia numerasset, cùm maximè Dei potentiam infinitam, & sapientiam immensam ostendat. Eadem ergo ratione, qua & in alijs operibus cum Iob contendens ait [*Sciebas tu quod nasciturus esses?*] Vt ita arrogare tibi possis te â te ipso fuisse factum, vel ego id noui, & à me factus es. Ponitque ipsum Iob pro toro hominum genere, sicut ponere posset Adam. Id est, homines à me, & non ab alio facti sunt. Quod vnusquisque vir memoria habere debet, vt factorem suum timeat, reuereatur, & amet, & quòd sit, quòd luce fruatur, & spiritũ ducat, ei acceptũ referat. Hanc Dei scientiã, & magnũ erga se beneficium prædicabat luculenter Dauid, Do
psal. 138. mine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meã, &c. Ecce domi

Hominis effectionis memoriã oportet habere.

me

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne tu cognouisti omnia nouissima,& antiqua tu formasti me,& posuisti super me manum tuam,mirabilis facta est scientia tua ex me.[Et *numerum dierum tuorũ noueras?*] Perinde quasi diceret, Minimè quidem: quoniã mihi tantum notũ est,vt ipse Iob capite decimo quarto fatebatur,Numerus mẽsium eius apud te est,constituisti terminos eius,qui præterire non poterunt. Ib. 14.

22 *Nunquid ingressus es thesauros niuis,aut thesauros grandinis aspexisti.* Thesauros nominat,quòd magna eorum vis sæpe è cælo defluat, id est, Num tu niuem multam,& grandinem facies.

23 *Quæ præparaui in tempus hostis,in diem pugnæ,& belli.* Id est,quibus vtor aliquandocum iniquos homines hostes meos vleisci decreuerim. His enim armis tẽpore diluuij euertit,& oppressit magnos impiorum hominum exercitus. Obruit item Sodomam & Gomorrham, vehementer perterrefecit Ægyptios Amorrhæos delebit. Genes. 19. Exod. 9. Ios. 10.

24 *Per quam viam spargitur lux,diuiditur æstus super terram?* Per eam viam lux spargitur per quam Sol conuertitur, quam Torridam zonam appellant cosmographi, hac etiam via magnus in terra excitatur æstus, & nimius calor. Sine dubitatione enim hæc terræ plaga cæteris feruentior, & calidior est. Ita vt quo longius, vel proprius cæteræ ad eam accedant, hoc calidiores, vel frigidiores sint. Pulcrè autem id Gregorius transfert in diuinam Euangelij lucem, cuius causa magni extiterunt æstus in omnibus, quas lustrauit terræ partibus. Satis enim copiosè memoriæ proditum est,quæ propter Euangelium tragediæ in orbe fuerunt terrarum excitatę. Sed varie hic locus enarratur Torrida zona.

enarratur propter Hebræa verba. Quoniam ambigua sunt. Nam quod[*lucem*]vertit in Hebræo est אור or, quod lumen vel pluuiam significat. Quod ęstũ vertit Hebraicè est קדרם eadim,quod Eurum vẽtum etiam significat. Quare ita Chaldæus declarat,Per quã viam susciptur lux, dispergit se ventus orientalis super terram,vnde Subsolanus vocatur, quòd ab ortu solis perflet. Significat etiã אור or exhalationem,quòd facilè lumen concipiat,vt docuimus explicãtes illud capitis 36.vers.32. In manibus suis abscõdit lucem. Vnde quidam Hebręi ita declarant,Per quam viam spargitur exhalatio,diuiduntur venti subsolani,& cometæ,quę ex illa fiunt. Tamen quia אור or,vt diximus pluuiam significat,Septuaginta πάχνη pruinam, & non Subsolanum,sed Austrum vẽtum traduxerunt. In hanc rationem ποθεν δὲ ἐκπορεύεται πάχνη ἢ διασκεδάννυται νότος ἐπὶ τῆς γῆς χαλαζῶν. Vnde egreditur pruina, vel dispergitur auster in eam,quę sub cælo, id est, Quis pruinã, & austrum fecit,& est sententia apta contextui.

25 *Quis dedit vehementissimo imbri cursum.* Id est, quis ea natura imbrem vehementissimum fecit.[Et *viam sonãtis tonitrui.*] Id est,tonitru item quis fecit.

26 *Vt plueret super terram,absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur.* Vt ex hoc intelligatur nulla vi,& industria humana esse factũ,sed tãtum diuina virtute.

27 *Vt impleret inuiam,& desolatam,& produceret herbas virentes.*

28 *Quis est pluuiæ pater, vel quis genuit stillas roris?*

29 *De cuius vtero egressa est glacies?* Id est, quis nisi ego hæc meteora fecit,quæ meam potentiam infinitam indicant. Quare recte Dauid,ea de causa Deũ laudare iu- *psal.* 148.

be

bet, Laudate Dominum, &c. Ignis, grando, nis, glacies spiritus procellarum, quę faciunt verbum eius. Id est, quæ ei, vt auctori obediunt suo : & iussa eius exequuntur, siue ad vindicandos hostes siue ad recreandum amicos ab eo mittãtur. [*Et gelu de cæloꝙ quis genuit?*] Subaudi, nisi ego, cuius subinde naturam explicat.

30 *In similitudinem lapidis, aquæ durantur*, Idest, tanta vis gelu est, vt cum aquæ sint natura lenes & humidę, gelu concretæ ita rigescunt, vt tanquam lapides durę reddãtur. Et quod est mirabilius. [*Et superficies abyssi constringitur.*] Id est, mare cùm sit natura sua calidius, & propter magnam aquarum vim æstu ferbeat, cõcrescit tamẽ. Certum enim est eis, qui sunt sub octuagesimo altitudinis gradu mare concrescere.

31 *Nũquid coniungere valebis micantes stellas pleiadas.* In Hebræo est כימה cima, quod hic transfert Pleiades, & in Amos cap. 5. vers. 8. Transfert Arcturum. Nec leuis coniectura est ita transferre huius libri. c. 9. vers. 9. Sal tem Græci ita illo loco conuertunt. Et illo loco explicuimus quid Arctur⁹, & quid Pleiades sint. [*Aut gyrũ Arcturi poteris dissipare?*] In Hebræo est כסיל ceçil, & illo Iobi loco citato, & Amos cap. 5. vers. 8. Transfert vulgatus Oriona, Græci verò vesperum.

32 *Nũquid producis luciferum in tempore suo.* Hebraicè est מזרות mazarot, cuius significatio, quòd hoc vno loco reperiatur, non satis comperta est. Græci nomen Hebræum sua versione reliquerunt, & Chrysostomus. & Cyrillus signa duodecim Zodiaci esse opinantur. Quidam tamen Hebræus cum vulgato interprete consentiens non sydus, sed vnam ex stellis esse putat.

Alius

Alius Hebræus sydus esse Australe. Lucifer autem est eadem stella, quę Vesperus. Venus enim solem antegradiens lucifer est, subsequens verò Vesperus.

[*Et vesperum super fines terræ consurgere facis.*] In Hebræo est עיש hais, quod huius libri capite. 9. versu 9. vulgatus, & Græci Hyadas trãsferũt. Quare hęc sydera nomina vel valde ambigua sunt, vel non satis eorum significatio liquet. Sed vt illo citato huius libri loco diximus, nihil attinet ad hæc oracula intelligenda, quòd hoc vel illud sydus nomina significare sciamus, nam species pro toto genere stellarum nominantur, quare nihil refert, quòd hoc vel illud sydus ponatur, cum ex quocunque intelligendum sit Deum ex stellarum creatione suam potentiam immẽsam probare. In quibusdam exemplis vulgatæ editionis est, [*Super filios terræ.*] quæ fortè emendatior lectio est, nam in Hebræo est בנהו banca filios eius, quare potuit, ita transferre vulgatus, vt relatiuum terram referre putaret, & eius loco antecedentem poneret. Hebræi ipsam stellam referre intelligunt, in hanc rationem, Consurgere facis עיש hais cum filijs suis. Vt filios alias stellas cum illo coniunctas significet. Quare non stellam, sed sydus declarare opinantur. Græci verò, quia vesperum, sicut vulgatus traducũ, radios atque comam veneris filios eius vocare crediderunt, nam vertunt ἑωσφόρον ἄστρα κόμης αὐτῆς vesperum cum coma sua.

33 *Nunquid nosti ordinem cæli.* In Hebræo est חקקות hucot statuta cæli. Potestque intelligi, vel de ordine, & statutis, quæ inter se cæli seruant, vt intelligitur à Septuaginta qui προστάξεσι διαταγαῖς cõuersiones cęli traduxerũt.

Ve

vel potest de ordine & statutis ijs intelligi, quibus hęc inferiora administrant, qua ratione res vnaſquaſque aſficiant, quod ſubinde declarari videtur. [*Et pones rationē eius in terra.*] Hebraicè eſt משטרו miſtare, quod imperium eius Hebræi declarant, & ita poteſt explicari vulgatus, i deſt, Scies eā cælis poteſtatem præſtare, vt terram totam gubernent. Et in hanc rationem Græci traduxere in ἃ τὰ ὕπω ἔργα ὁμοθυμαδὸν γίνομενα Et hęc ſimul ſub cælo poſita, id eſt, Hæc inferiora cælo ſubiecta. Pro certo enim habent omnes philoſophi, hæc inferiora ſuperioribus cæli lationibus gubernari. Et ad hoc pertinet illud, quod ſcribitur in Geneſi, Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti. Itaque Dei ſumma potētia atque ſapientia declaratur, non ſolum in eo, quod cælos, & terram fecit, ſed etiam in eo, quod ſapientiſsimè ea inter ſe ad aptauit atque coniunxit.

Inferiora lationibus cæli gubernantur. Gen. 1.

34 *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarū operiet te?*

35 *Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi adſumus.* Id eſt, nunquid ſicut ego pro arbitratu tuo imbrem, & fulgura facies, & ita tibi dicto erunt audientia, vt ſimul atque adeſſe iuſſeris præſto adſint? Hoc etiam admirabilitatem maximam facit, quòd ita res omnes, quę liberi non ſint arbitrij participes, ſe ad Dei nutum, & arbitrium accōmodent. vt Deo aliquid imperante nullam omnino moram nullam dilationē faciant. Quare reſtè dixit Dauid, Ignis, grādo, nis, gla cies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.

Res omnes obediunt Deo.

36 *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam.* Hoc opus longe cæteris numeratis præſtantius eſt, & in quo expreſsius Dei veſtigium relictum fuit, vt mens, & ratio cum corpore ita coniungeretur, vt corpus cùm ſit res abſurda natura ſua, ſaperet tamē, atque intelligeret, vt hominum viſcera ſapiunt. Id vehementer miratur Dauid, Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum? minuiſti eū paulominus ab angelis, gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum. Itaque homo propter ſapiētiā, qua eius viſcera natura imbuta ſunt, antecellit cæteris Dei operibus, quæ in Geneſi narrantur. [*Vel quis dedit Gallo intelligentiam.*] Galli intelligentia non ita propriè dicitur, vt hominis ſapientia, eſt tamē etiam mirabile, quòd cūm omnino mente, & ratione vacet, res faciat natura ſua, quæ conſilio ac prudentia geri videntur. In Hebræo tamen, quod gallum tranſfert eſt שכוי ſecui, quæ vox hoc tantum ſcripturę loco reperitur, qua de cauſa pro explorato non eſt quid ſignificet. Chaldæus, & quidam Hebręus, gallum ſicut vulgatus interpretantur. Chaldæus autem in eo ponit galli intelligentiam, quòd laudet Dominum ſuū. Quidam Hebræus, quòd media nocte ſurgere doceat hominem ad laudādum Deum. Alij verò plures Hebræi non gallum, ſed cor hoc loco ſignificare dicūt, vt eius radix ſit שכה ſaca vidit. Ita quoniam corde videmus ſiue intelligimus. Itaque idem eſt ex horum ſentētia ponere in corde intelligentiam, quod antè dixerat ponere in viſceribus ſapientiam. Græci verò longè aliter totum hunc verſum interpretantur τίς δὲ ἔδωκεν γύναι ἐν ἐφεδρείαις σοφίαν ἢ ποικιλίαν ἐνθυμήμων quis de-

Hominis ſapientia mirabilis. Pſalm. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit mulieribus texendi sapientiam, vel exornandi scie tiam. Qui Hebræorum interpretationem secuti fuisse videntur vtroque loco eodem modo interpretãtes, id est, quis dedit homini sapientiam texendi, & exornandi. Speciem posuerũt pro genere rerum, quæ humana industria fiunt.

37 *Quis enarrabit cælorum rationem.* Non de orbibus cælestibus, sed de nubibus, vt alio loco diximus, intelligit, nam in Hebræo est שחקים sehacim nubes, & νέφη nubila transferunt Græci, id est, Quis satis enarrare poterit nubium naturam, & qua ratione in cælo cogantur, Nam licet de hac re philosophi verba faciant, non demonstrant omnes ad vnum causas nubium, & aliorũ meteororũ comprehẽdisse, Ex ijs verò locis ego mihi persuadeo huius rei scientiam nullum philosophũ perfectè assecutum fuisse. [*Concentũ cæli quis dormire faciet?*] Non appellat concentum cæli, vt quidã interpres opinatur, qué cæli, vt cõmentabatur Pitagoras suo motu efficiũt, sed cum de nubibus, vt diximus, sermo sit, eorum vocat concentum, sicut earum vox tonitru, vt sæpe diximus, sonitum eum quem vehemẽtissimus imber efficit, vt capite. 28. dicebat Iob, Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus. Ait ergo quis procellam, & tonitru compescet, nisi Deus cui ad nutum, vt dixit, nubes, & pluuiæ optemperant. In Hebræo quod dormire vertit est ישכיב iascib à verbo שכב sacab, quod dormire, quiescere, accumbere, hoc loco descendere facier, quidam interpretantur. Quæ significatio Græcis videtur placuisse, nam ἔκκυσε δὲ ἐς γὰν ἔκκλινε cælum autem in terram inclinauit, conuertunt. Sed maior est ambiguitas in eo, quod concentum

Iob. 28.

centum transtulit נבל nebel. Nam significat vtrem, vel lagenam, & hinc factum est, vt instrumentum musicum significet, quod chorum quidam nominari arbitrantur, quia ex vtre componitur, quo aer ad inflandas tibias suscipitur. Hispanè *gayta*. Et hanc significationem vulgatus spectans, concentum reddidit. Multi Hebræi propriam amplectuntur. Vt nubes appellet vtres, quod tantam capiant pluuiam.

38 *Quando fundabatur puluis in terra.* In principio huius capitis Deus egit de tota terra, hoc versu de singulis eius partibus disserit, explicans naturam eis à se tributam, vt omnes medium terræ punctum, quod centrum vocant, quærant. Ex quo fit, quod sequitur. [*Et glebæ compingebantur*,] Id est, singulæ eius partes in medium terræ punctum detrudebantur, compellebanturque. Hinc est, quòd cùm singulæ partes pro se nitantur in centro esse, omnes coagmẽtatæ, & compactæ inter se terram vniuersam componant.

1 *Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis.*

2 *Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur.* Persequitur deinceps Deus toto reliquo suo sermone opera quinti, & sexti diei de animalibus differens: atque non tam potentiam suam demonstrat in eo, quod animalia hæc fecerit, quàm prouidentiam in eo quòd conseruet. Ait ergo. Nunquid, licèt leæna impos consilij sit, expectabit, vt tu capias prædam ei, & catulis suis, dum adhuc latubulis non exierũt neq; prædas agere possunt? Quasi diceret minimè quidẽ, sed ea vis

Mirabilis animalium cõseruatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ei à me data, vt ei filij sui curæ sint, sibique, & illis
Psalm. 103. venetur. Quare dixit Dauid, Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escã sibi. Deus enim, qui vim eis venandi dedit, escam dedisse censetur. Idem de coruis dicit.

3 *Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes eo quòd non habeant cibos?* Vt etiam canebat Dauid, Qui dat iumẽtis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.

CAPVT. XXXIX.

A

4 *NVnquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti?*

5 *Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum?*

6 *Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.*

7 *Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egredinntur, & non reuertuntur ad eas.*

8 *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius, quis soluit?*

9 *Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.*

10 *Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit.*

B

11 *Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæq; perquirat.*

12 *Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?*

13 *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?*

14 Num-

14 *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?*

15 *Nũquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congregget?*

16 *Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris.*

17 *Quando derelinquit ouа suа in terra, tu forsitã in puluere calefacies ea?*

18 *Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.*

19 *Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustrauit labora nullo timore cogente.* C

20 *Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.*

21 *Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius.*

22 *Nũquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?*

23 *Nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror.*

24 *Terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis.*

25 *Contemnit pauorem, nec cedit gladio.*

26 *Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta, & clypeus.*

27 *Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.*

28 *Vbi audierit buccinam, dicit, Vah, procul aderatur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.*

29 *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens* D *alas suas ad Austrum.*

30 *Nũquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?*

31 *In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inaccessis rupibus.

32 *Inde contemplatur escã, & de longè oculi eius prospiciunt.*

33 *Pulli eius lambent sanguinẽ, & vbicunque cadauer fuerit statim adest.*

34 *Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob.*

35 *Numquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit? vtique qui arguit Deũ, debet respondere ei.*

36 *Respondens autem Iob Domino, dixit.*

37 *Quia leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meã ponam super os meum.*

38 *Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem: & alterũ, quibus vltrà non addam.*

NVnquid nosti, *tempus partus ibicum in petris*. Ex Hebræo verti potest, Partus ibicum petrarum, quę ita vocantur, quòd magna velociate per rupes abruptissimas ferantur, de illis enim ita Plinius scribit. Sũt ibices pernicitatis mirandæ, quanquàm onerato capite vastis cornibus, gladiorumq; vaginis, in hæc se librãt, vt tormento aliquo rotati, in petras potissimum è monte aliquo, in alium transilire quærẽtes, atque recessu pernicius quo libuerit exultãt. Tragelaphũ, Septuaginta cõuertũt, de quo etiam scribit Plinius Barba tãtum, & armorum villo à ceruo differre. [*Vel parturientes cernas obseruasti?*] Cerua animal notum est. Harũ, & ibicum partus potissimũ commemorat, quòd cum magna difficultate natura pariãt, norũt tñ, deo illas modò docẽte, quę sibi medicina faciẽda sit ad partũ faciliorẽ. Traditenim Plinius, quod ante partum herba se purgent quò facilius pariant.

Ibices.

Tragelaphi.

5 *Dinu-*

5 *Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum?* Id est, Anne prudentia tua, sicut mea tempus eis ferendi vterum naturæ suæ accommodatum definitum est.

Cerua se ante partũ purgat.

6 *Incurvantur ad fœtum, & pariunt*, Id est, se præ dolore incurvant, & pariunt. Quòd pariunt vertit in Hebræo est תַּלְחֶנָה tepalahna, à verbo פָּלַח palah, quod est scindere: vnde quidam Hebræus ita interpretatur, Ad fœtus se scindunt, Id est, cùm fœtus emittendus est, membranas ventris sui propter vuluæ angustias scindunt, & abrumpunt, quo magnum dolorem accipiunt. Græci auctores hoc prætermisserunt, & eius loco posuerunt ἐ ἐξεῖλας δὲ ἀνιῶν τὰ παιδία ἄ φόβῳ nutriuisti eorum filios sine timore, vt de leonum catulis superiori extremo capite dixit. [*Et rugitus emittunt.*] Præ dolore subaudi. In Hebræo ad verbum est, & dolores emittunt, & ὠδῖνας dolores transferunt Septuaginta auctores, & quidam opinantur filios vocare dolores Hebræa phrasi, id est, ita pariunt fœtus, vt emittunt.

7 *Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.* Persistit in explicanda summa Dei prouidentia per res omnes pertinens in eo, quod sine vllo hominũ auxilio rei ve, quæ sit rationis particeps, hæc animalia, vel recẽter nata sibi victum procurent, ad quod etiam spectat, quæ multis deserto syluestri subijcit.

8 *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius, quis soluit?*

9 *Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.* Id est, vagatur onager in terra inculta, & sterili.

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 *Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit.* Hoc est, tamen neque vrbes multis hominibus frequentes ad cibum capiendum petit, neque vllum agasonem, qui eius pabula procuret requirit. Quia

11 *Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæq; perquirit.* Id est, sibi satis pabuli per montes suppetit non hominis consilijs cultos, sed Dei prouidentia sibi paratos. Eòdem spectant, quæ de rhinocerote subinde tradit.

12 *Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?*

13 *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?*

14 *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius? & derelinques ei labores tuos.*

15 *Nunquid credes illi, quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?* Id est, opus non erit rhinoceroti seruire tibi, vt victum illi præstes. Nam à Deo ei iam prouisus est. Rhinocerota Plinius, & Solinus scribunt animal esse vastum, & elephanto hostem longitudineque illi parem, breuiorem verò cruribus, cautibusque ad pugnam cornu, quod in nare maximum habet, exacuere. Pausanias tradit rhinocerota duo habere cornua, alterū insigni magnitudine è naribus extans, alterum exiguum, validissimum tamen supernè inter brachia erūpens. Quod ego nuper ita esse vidi, cùm in Regis hortos Toletum Lisbona deferretur.

Rhinoceros.

16 *Penna struthionis similis est, & pennis herodij, & accipitris.* Hic versus habetur difficilis propter animaliū nomina, quæ in eo sum, struthio, herodius, & accipiter. Pro struthione in Hebræo est רננים renanim cuius radix est

est רנן ranan canere, & exultare. Quare Græci cōuerterunt πτερυγιον eorū, qui lætātur. Chaldęus תרנגול tarnegol gallum. Quidam Hebræi existimant esse pauonem, quòd in pœnis pulcherrimis suis lætetur. Sed versio vulgati longè mihi magis placet, vt sit quē Plinius vocat struthiocamelum, qui pennis suis exultare dicatur, quoniam pulcherrimæ sunt, adeò vt illis galeæ militum exornari soleant. Quod herodium nominat, In Hebręo est חסידה haçidà, quod nomen Septuaginta viri in sua versione reliquerūt. Vulgatus Zachariæ. 5. vers. 9. miluum trâsfert, quo loco de hoc nomine locuti sumus. Herodium autem putat Suidas, aut ciconiam esse, aut ciconiæ similem. Quod accipitrē vertit est in Hebræo נצה neza, quod nomen etiam Græci reliquerunt. Consentium omnes Hebræi accipitrē significare, & quidā Hebræus illum esse tradit quem Hispanè vocamus *açor*. Difficilè etiam est huius versus sententiā reddere. In Hebręo ita ad verbum est, Ala struthionis lęta, an penna herodij, & accipitris? Chaldæus ita vertit, Ala galli qui cantat, & exultat, sic est ala ciconiæ, & accipitris, Græci verò πτέρυξ πτερυμίζων ἐλάσσα ἐαν συλλάβῃ ἀσιδα καὶ νέσσα ala eorum, qui lætantur gloriosa, si comprehenderit Asida, & Nesa. Tugurina planius. Pēna struthiocameli primatum obtinet, si cō feras ei alam aut plumam ciconię. Quare נצה neza nō accipitrem, sed plumam interpretata est: cui & alij subscribunt. Sententia tamen, quam reddit vulgatus, mihi vehementer probatur, id est, Strutio camelus alis nihil differt ab alijs auibus, vel sagacibus, qualis ciconia est in pullis suis alēdis, & gratia referēda, & accipiter in venando. i. Alas sicut aues sagacissimę habet, licet

tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam stulta sit, quàm statim exponit, vt in struthionem conueniant, quæ sequuntur, neque enim in gallum, neque in pauonem, neque in ciconiam, neque in accipitrem, si recte animaduertantur, cadere posse cognoscẽtur. De struthione igitur hęc narrat Plinius lib. 10. c. 1. Strutio maxima auium est, si tamen auis est dicẽda, cũ pennas duntaxat habeat, cætero volucris non sit, nec à terra tollat̃, Vngulas habet ceruinis similes bifulcas comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga cõtra insequẽtes pedibus ingerit, concoquit quęcunq; deuorat sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas: etenim in tanta corporis altitudine si colla frutice occultauerit, latere se putat, oua verò eius in pretio sunt propter amplitudinem, & pennæ, quia galeas varijs coloribus infectæ adornant. Sequitur autem.

14 *Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere ea fœcies ea.* Narrat quãta sit huius auis stoliditas, vt intelligatur ex eo quod vers. 17. dicit priuauit enim eã Deus sapientia. Sed ita quidã hunc versum interpretãtur, oua sua in terra derelinquit, & illis sibi incubãs calefacit ea. Nã dicũt tertia persona Calefacies esse apud Hebręos. Nam licet notam apud illos habeat secundæ personæ masculinæ, eadem tamen est notę tertiæ fœmininę: loquitur autem de struthione fœmina, quę oua parit. Et ita Græci θάλψει calefaciet transferunt. Sed nõ hęc tam magna stoliditas est, cũ in multas alias aues conueniat, in coturnices, perdices, gallinas, & ite alias degenere gallinaceo. Quare significari hoc versu puto, quod Tigurinus interpretatur, tãtam esse huius auis stolidita tẽ, vt non curet, neq; foueat oua, quę genuit, sed in puluere, & arena relinquat, cuius vehementi calore pulli

postea excudũtur, quod à nulla fit alia aui. Vnde in locis tantũ calidissimis struthio nascitur, vnde duo eius genera distinguuntur, Libica, & Arabica, quòd in his locis, quę calidissima sunt, præcipuè reperiatur. Quę sententia planè à vulgato significatur, idest, Tu in puluere calefacies ea ita ab ea, à qua genita sunt, destituta, sicut à me calefiunt, qui eam illis naturã tribui, vt arenę, & puluueris tãtum calore pulli excudi possint. Quę explicatio valde coagmentatè coniungitur cum sequentibus, vt videbimus, & cum ijs, quę de alijs animalibus dicta sunt. Ex quibus non tam quod à Deo effecta sunt, quàm quod ab ipso sine vllo humano subsidio conseruentur, argumenta petit. Ita etiam mirabilis est Dei prouidentia non modo in singulis struthionibus, sed in toto eorum genere conseruando, cùm pulla excudantur, atque adeò sine vllo parentum auxilio. Potest etiam secũda persona Hebręum verti verbum, vt vertitur à vulgato, cùm nota sit secundæ personę masculinę. Quod verò dicunt suppositum esse struthionem fœminam. Perinde quasi esset necesse oua, sicut à fœmina gigni, ita ab eadem calefieri, & nõ etiam à masculis calefiant, vt in alijs auibus sępe expertum est. Sed licet tertia persona traducatur, vt à Septuaginta traducitur eandem habere potest sententiam, In puluere calefacit ea, id est, puluueri calefacienda relinquit. Sequitur autem.

15 *Obliuiscitur, quòd pes conculcet ea, aut quod bestia agri conterat.* Id est, ita totius est iners consilij, vt non animaduertat multis modis oua sua nullo defendente perire posse, vt q̃ pes cõculcet, quò bestia agri conterat.

16 *Duratur ad filios suos, quasi non sint sui,* Valde difficile

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc exponunt, qui eam quam posuimus superio-
ris versus sententiam repudiabunt. Ex ea tamen
facilè, & apertissimè explicatur, id est, Ita negligit fi-
lios suos, nullam operam dãs, vt excudantur ex ouis,
quasi sui non essent, neque vllo modo ad illam attine-
rent. [*Frustra laborauit nullo timore cogente,*] Id est, frustra
quod ad se attinet peperit eos, cum tam temerè nullo
timore aut re alia compulsa deserat eos.

17 *Priuauit enim eam Deus sapientia, neque dedit illi intelligen-
tiam.* Id est, stolidissimam fecit eã. De cuius stoliditate
Plinius etiam loco citato locutus est. Vt ex ipsius sto
liditate Deus declaret ab ipso imprimis res, & fieri, &
conseruari.

18 *Cum tempus fuerit in altum alas erigit, diuidet equum, & asce-
sorem eius.* Id est, tamen Dei summa prouidentia pullus
ita derelictus excuditur, alitur, & plumis induitur, &
ita validus fit, vt alis erectis tam celerrimo cursu incite
tur, vt equum & equitem longe celeritate superet. Pu
tant aliqui, id in struthiocamelum non posse quadra-
re, quod significari volatum his verbis dicant, cùm ta
men minimè volet. Sed planum est non volatum, sed
cursum his verbis declarari, ad quem alis etiam vtitur,
quòd eius celeritatem nõ cum aliarum auium volatu,
sed cum equi cursu comparet.

19 *Nunquid præbebis equo fortitudinem.* Sapientiam, & po-
tentiam suam docuit Deus ex rerum multarum ef-
fectione, & animalium conseruatione. Eadem in re-
liquo eius sermone demonstrat ex quadam mirabili
amplitudine, & dignitate, qua quædam animalia auxit.
Vt inte l g a m, Deũ potentissimũ, & sapientissimũ demõ
strari in efficiendis, cõseruandis, decorandisque rebus.

Ejus.

com-

commemorat igitur, primo equi splendorem, & quan
dam quasi animi magnitudinem. Ait igitur, [*Nunquid
præbebis æquo, &c.* Id est, poteris ne sicut ego equo præ-
stare fortitudinem? [*Aut circundabis collo eius hinitum.*] Id
est facies, vt hinitum tam alacrem, & hostibus terribi-
lem reddat. Pro hinitu, qui etiam est in Hebrço, Grę
ci φόβον timorem traduxerunt, fortè quem hinitu inij-
cit, vt de naribus eius sequenti versu dicitur.

23 *Nunquid suscitabis eum quasi locustas?* Id est, facilè per
terre facies eũ, & loco mouebis, vt facilè mouẽtur lo
custæ? quasi diceret minimè, vt subinde argumento de
clarat. Sed septuaginta auctores nomẽ Hebræũ ארבה
araba genus esse armaturæ intellexerunt, vel loco hu-
ius sententiæ hanc posuerunt περιέθηκας δὲ ἀντῷ πανο-
πλίαν circumposuisti armaturam ei. Id est, opus ne est
ei armatura vlla, vt audeat in bello? minimè quidem.
[*Quia gloria narium eius terror.*] Id est, tanto spiritu atque
robore naribus reflat, vt terrorem incutiat. Idem eius
decus Septuaginta significarunt, ita conuertentes δόξα
δὲ πάσαν ἀυτῷ πλὴν gloria autẽ pectorũ eius audacia.

24 *Terrã vngula fodit, exultat audaciter, et in occursum pergit ar
matis.*

25 *Contemnit pauorem neque cedit gladio.* Facilia sunt, dicun
turque ad describendam equi audaciã, & animi prom
ptitudinem.

26 *Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clipeus.* Id est,
his armis homines eũ appetere solẽt, nec tamen eis ce
dit. Vel vt Græci aptissimè hũc versum intellexerunt
ἐπ' ἀυτῷ δὲ ἠχήσει φαρέτρα ὀϊστὸν καὶ μάχαιρα in ipso autem exul-
tat arcus, & gladius. Contentum per continente, id est,
Miletes, qui arcu, & vel gladio vtuntur in bello equo

vecti

Universidad de Deusto
Biblioteca

vecti promptiores in bello, terribilioresque sunt.

27 *Feruës, & fremens sorbet terrã.* i. tãta currit velocitate, vt terrã sorbere videat, vt quidã poeta de equis dixit.

Præcipiti certamine campum.
Corripuere.

In eandem rationem Septuaginta auctores transtulisse opinor ἐρχὴ ἀφανιᾶ τὴν γὴν ira terram delebit, id est, citissimè pertransibit eã. [*Nec reputat tubæ sonoræ clangorem.* Idest, tubę hostium clangor nõ retardabit eũ à cursu. Græci in hanc id sententiã transtulerũt ἕκ πίστευσεν ὅτι ἐν σημάτι σαλπίγξ non credet quousque signum tuba det, id est, tuba vehementer incitatur.

28 *Vbi audierit buccinam dicit, Vah.* poetica dicẽdi ratio, Id est, vehementer exultat. [*Procul odoratur bellum, exortationem ducũ, & vlulatũ exercitus.* Id est, adeò bellum amat, & in bello delectatur, vt procul id odoretur. Simili ratione q iidã Latinus poeta equum describit.

Primus, & ire viam fluuios tentare minaces,
Audet, & ignoto se committere ponto,
Tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

Diuus Gregorius piè atq, doctè transfert in virũ sanctũ, & magna virtute prędituũ, quę de equo hîc dicũtur,

26 *Nunquid per sapientiã tuã plumescet accipiter.* Mentionem facit accipitris, quoniã eius in auibus magna est fortitudo, quippe qui venando victũ quęrat. Sed quod plumescit vertit, in Hebrẽo est יאבר iaaber, quod verbũ hoc vno loco reperitur eius radix est אבר eber penna, quare rectè vulgatus putare potuit plumescere significare. Alij tamen Hebræi volare interpretãtur, id est,

est, An per sapientiam tuã volabit accipiter. [*Expandẽs alas suas ad austrum.*] descriptio volatus, qui pennis fit, vt vulgatus etiã cõtexatur.

30 *Nunquid ad præceptũ tuũ elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum.*

31 *In petris manet, in prærupti silicibus commoratur atque inaccessis rupibus.*

32 *Inde contemplatur escã, & de longè oculi eius prospiciunt.*

33 *Pulli eius lambent sanguinẽ, & vbicunque cadauer fuerit statim adest.* Aquilæ Aquilam aues omnes venustate, & fortitudine superare dubiũ nõ est. Quare meritò ad propositũ, quod diximus probandũ profertur. Facilèque hi versus de vi, & natura eius differentes intelliguntur. In eo tamen non leuis difficultas est, vtrum hæc ad aquilam pertineãt. Nam illud, quod vltimo loco dicitur. [*Vbicũque cadauer fuerit illic adest,*] videt in illã cõuenire nõ posse. Nã tradũt ij qui de Aquilæ natura loquũtur, aquilã minimè cadauere corporeq; morticinio vesci, sed eo qđ ipsa necauerit. Quã obrẽ Septuaginta viri nõ aquilę, sed vulturi hũc ferè totũ sermonem attribuunt, ita enim trasferũt. 27. versum. Nũquid ad præceptũ tuũ, &c. ὠδὶ δὲ τῷ σῷ προσκυματι ὑψῶται ἀετὸς γυψὶ δὲ ὠδὶ νοσσιὰς ἀνὰ καθεσθεὶς ἀναλίξεται; in præcepto ne tuo eleuatur aquila, vultur autẽ in nidis suis sedẽs cõmorat? Quare quę sequũtur nõ aquilę, sed vulturi ascribũt. At in Hebrẽo est נשר neser, quod omnibus Hebreis aquila est, & ita transfert vulgatus. Hæc tamen difficultas optimè explicatur ex eo quod Plinius lib. 10. historię naturalis cap. 3. scribit, quo aquilarum genera distribuit, quæ sex esse tradit. Item quarti generis, ait, est Pecnopterus eadem moratur per lacus vulturina

spec.

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie,alis minimis,reliquas magnitudine antecellẽs sed imbellis,& de gener, vtpote quã verberet coruus. Eadem ieiunæ semper auiditatis,& querulæ murmurationis,sola aquilarum exanimat fert corpora,cæteræ cùm occidere confidunt. Ex quibus verbis, & hic locus planus fit,& Græca editio cum Hebræa, atque Latina conciliatur.

34 Et *adiecit Dominus,& locutus est Iob.*

35 *Nunquid,qui contendit cum Deo tam facilè conquieſcit.* Id est,qui Deum audebat ad disceptandũ prouocare, quî fit,vt ab eo tam facilè victus taceat? Facilis meritò hæc vocatur victoria,quæ sola commemoratione horum operum Dei constat,si conferatur,cum illo sermone qui de Dei infinitis operibus esse posset. Ita etiam ad verbum ex Hebræo reddi potest, Num contendere, cum omnipotẽte est erudire? id est eruditio, vt quidã Hebræi interpretantur,hoc est ex his,quæ narraui facilè cognosces, num sapienter optaueris cum Deo cõtendere. Et in hanc sententiam Græci obscurius conuertunt μη κρίσιν κρατῆ ἱκανὸς κρίνῃς num iudicium cũ idoneo iudicas,id est,nunquid videtur tibi optasse cũ in ius educere,qui idoneus ad respondendum tibi sit? [*Vtique qui arguit Deum,debet respondere ei,*] Id est,oportet non omnino tacere,sed aliquid respondere eum, qui Deum ausus est arguere. Insultat temeritati Iob, quam ipse fatetur

36 *Respondens autem Iob Domino,dixit.*

37 *Qui leuiter locutus sum respondere quid possum? manum meam ponam super os meum.* Ita fieri necesse est Deo arguẽte,crimina ve intendẽte. Vt ille obmutuit,quem arguebat paterfamilias, qui ad nuptias non ingressus est cum veste nuptiali. Qui autem Deo arguente loqui,& respondere conatur insipientior fit,vt Adam factus est.

Matth. 22

Deo arguẽte oportet tacere.

35 *Vnum locutus sum,quod vtinam nõ dixissem,& alterum quibus vltra non addam.* Duo dicta sua reprehendit, & stulta fuisse cognoscit,quę ponit capite vltimo. Ideo insipiẽter locutus sum,&c. Audi,& ego loquar. Alterum dictum,Interrogabo te,& respondemihi. Quę licèt delicta sint,quòd exiguam tantę maiestatis reuerentiã præ se ferant,tamen mirabile est,& quodam quasi excellẽtissimæ virtutis prodigium,in tanta rerum acerbitate, tantis amicorum contumelijs vexatus,tantis perditorum vilissimorumq; hominum ignominijs appetitus nihil aliud insipienter fecisse nulla grauiora verba protulisse.

Iob peccatũ.

CAPVT. XL.

RESpondens autem Dominus Iob de turbine dixit.

2 *Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi.* A

3 *Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me, vt tu iustificeris?*

4 *Et si habes brachium sicut Deus,& si voce simili tonas?*

5 *Circunda tibi decorem,& in sublime erigere,& esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.*

6 *Disperge superbos in furore tuo,& respiciens omnem arrogantem humilia.*

7 *Respice cunctos superbos,& confunde eos, & contere impios in loco suo.* B

8 *Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam.*

9 *Et ego confitebor,quòd saluare te possit dextera tua.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 *Ecce, Behemoth quem fecí tecum, fœnum quasi bos comedet.*

11 *Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.*

12 *Stringit caudam suam quasi cedrum, nervi testiculorum eius perplexi sunt.*

13 *Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ.*

14 *Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum: applicabit gladium eius.*

C 15 *Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ agri ludent ibi.*

16 *Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.*

17 *Protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum salices torrentis.*

18 *Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciã quòd influat Iordanis in os eius.*

19 *In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius.*

20 *An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?*

21 *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius.*

D 22 *Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?*

23 *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?*

24 *Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?*

25 *Concident eum amici, diuident illum negotiatores?*

26 *Numquid implebis sagenas pellè eius, & gurgustium piscium capite illius?*

27 *Pone super eum manum tuam: memento belli, nec vltra addas loqui.*

Ecce

28 *Ecce, spes eius frustrabitur eũ, & videntibus cunctis præcipitabitur.*

RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit.

2 *Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, et indica mihi.* Licèt Iob fateretur insipienter fuisse locutus, tamen amplius eũ Deus argumentis vrget, vt penitus ab errore auertat.

3 *Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt iustificeris.* Irritum facere iudicium est, non rectum fuisse ostendere, quare iudex vel iniquitatis, vel ignorantiæ condemnatur, cùm eius iudicium reuocatur. Cùm ergo Iob tã apertè iactaret cupere se cum Deo de reddito aduersus se iudicio disputare adeoq; causæ æquitati confideret, vt Deo dicere non dubitaret, Audi, & ego loquar interrogabo te, & responde mihi. Putare videbatur se Deum in disputatione victurum, quod si faceret, & irritum Dei iudicium faceret, & eũ condemnaret. Acutissimè igitur Deus hoc incommodo grauissimo vrget eum. Sed minime putandum est Iob id aperte sensisse voluisseque Deum condemnare, & eius iudicium non rectum fuisse ostendere: esset enim hæc impia nefaria, & sacrilega cogitatio, cũ nulla possit in Deo herere culpa, proq; iure suo Sathã gloriaretur sanctum virum atque adeo Deum ipsum in hoc certamine superasse, quo cum Deo de integerrima sancti viri pietate certabat. Nec Deus postea diceret Eliphaz non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Huc accedit, quod cum Iob imperiti tantum sermonis capite. 38. vt diximus reprehendatur, ratio non est tam sacrilegam, & scelera-

Iob defenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei sententiam aſcribere. Sed obeam rem Deus ita argumentatur, quod vnumquodque, vel leue peccatũ nonnihil de Dei dignitate detrahet, cùm ſit cõtra eius volũtatem. Præſertim illud, quod in eo cernebatur, quòd Deo vellet aperte reſiſtere cum æquitas nullo modo reſiſtat ei. Erant igitur imperita verba, licet animus nõ ita impius eſſet, ſed imperitus, quòd non pro dignitate ſuam ſententiam explicaret. Quare Deus argumentatur vrgẽdo incõmodo, vt verba imperita eſſe doceat. Nequaquam verò Iob tantùm incommodum concederet, & ob eam rem ſe inſipienter locutum fuiſſe fatebatur, ne ad tantam compelleretur abſurdum: vt luſtificaretur Deus in ſermonibus ſuis, & vinceret cùm iudicaret, ſicut dicebat Dauid, Non recté igitur quidã hunc locum explicant dicentes Iob putaſſe Deũ iniuſtè hæc inferiora adminiſtraſſe deque eius prouidentia dubitaſſe.

pſalm. 50.

4 *Et ſi habes brachium, ſicut Deus.* Id eſt, ſi tantam quantã Deus potentiam habes, quod opus erat, ne temerarius videreris, cum eo cupiens contendere. Quæ incõmoda ſunt eiuſmodi, quæ Iob penitus non cõcederet. Sed ex quibus modeſtius loqui diſceret. Quod ſi quiſpiã opinaretur Deum ea de cauſa hæc fuiſſe locutũ, quòd Iob exiſtimauerat habere ſe brachium, ſicut Deus habet, & ſimili ſe poſſe voce tonare? Eſſet valde temerarius atque ridiculus. Tales etiam habendi ſunt ij, quos ſuperiori verſu confutauimus, & ex hoc cognoſcendum ſimilem huius, ſuperioris verſus eſſe explicationem. [*Et ſi voce ſimili tonas.*] Id eſt, ſi ſimile edere poteris tonitru, quod Dei vocem in ſcriptura diximus nominari. Ex meteoris enim, vt expoſuimus probat infi

nitam

nitam potentiam ſuam Deus, neque vllum hominem cum eo poſſe conferri.

5 *Circunda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & pretioſis induere veſtibus.* De luce, quę ab ipſo Deo facta eſt, hoc intelligitur, quam decus, & veſtimentum Dei vocat Dauid, Domine Deus meus magnificatus eſt vehementer, confeſsionem, & decorẽ induiſti amictus lumine, ſicut veſtimento, quemadmodum igitur ſuperiori verſu ad abſurdum compellens argumentatus eſt, dicens, Si voce ſimili tonas, ita hîc [*Circunda tibi, &c.*] Veluti capite etiam. 38. Nunquid poſt ortum tuum præcipiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum, & ſicut ibi poſt commemorationem lucis mox egit de impiorum euerſione, ea de cauſa quam nos in illo loco attulimus, ita & modo agit ſubiunges.

pſal. 103.

Lux decus, & veſtimẽtum Dei.

6 *Diſperge ſuperbos in furore tuo, & confunde eos, & reſpice omnem arrogantem, & humilia.* Eodem modo argumentatur, ideſt, diſperge, ſi potes, ut ego diſpergo. Sępe in ſcriptura ſacroſancta Deus vehementer commendatur ex eo quòd facilè poſsit deijcere ſceleratiſsimos homines, qui rerum potiuntur, & regni multarumque diuitiarũ gloria valent. Quia difficile quidem ſanctis viris videtur his hominibus poſſe reſiſtere, cùm tantæ eis copię ſuppetant, cùm tot homines eis ad arbitrium parati futuri ſint, cùm denique nutu omnia conſequantur. Sed tamen tam facilè Deus eos euertit, & labefactat, vt dicat Eſaia, Spiritu labiorum ſuorum interficiet impiũ, id eſt facillimè interficiet, nihil ei vllo modo reſiſtet. Quod valde recreat, & reficit viros bonos, cùm inſanam ſuſtinent taliũ iniuriæ mollem. Quod vertit vulgatus, Diſperge in furore tuo, in Hebręo eſt diſ

De⁹ ex improborum euerſione cũmẽdatur *Eſai. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

perge עברות hebrot iras tuas. Sed quia eius radix est עבר habar, quod est transire, rectè Septuaginta intelligere potuerūt, Trāseuntes, qua de causa in eandē sententiam conuerterunt ἀπόστελον δὲ ἀγγέλους ὀργῆ mitte angelos in furore.

7 *Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.* Facile intelligitur pertinere hoc ad id quod dictum est. Quod dicit [*in loco suo,*] id est, cùm maximè floren', & in cœlo esse videtur, de quibus dicit Sopho-
Sopho.1. nias, Disperierunt omnes inuoluti argēto. Et visitabo super viros defixos in fœcibus suis.

8 *Absconde eos in puluere simul, & facies eorū demerge in foueam.* Videtur puluerem, & foueam vocare sepulcrū, id est, interfice si potes eos, & merita morte mulcta:
Psal.48. Vt etiam dicebat regius vates, Sepulcra eorū domus illorum in ęternum. Sicut oues in inferno positi sunt, & mos depascet eos, auxilium eorum veterascet, & in inferno gloria eorum.

9 *Et ego confitebor, quod saluare te possit dextera tua.* Id est, tunc poteris mecum contendere, & causam tuā mihi probare, eris enim Deus. Nam ipse tantùm, Dispergit
Luc.1. superbos mēte cordis suis, deponitque potentes de sede, vt ait virgo sacrosancta.

1 *Ecce Behemoth.* Quoniam Deus potentiam suam eximiam demonstrauit ex rerum effectione, ex conseruatione nonnullorum animalium, ex aliorum, ampla mirificaque natura, profert nūc duo quorū alter reliquis
Behemot. animalibus terrestribus, alter marinis magnitudine prę stat. Terrestre animal est Behemot, sed differt de huius nominis significatione inter interpretes. Nā behemot Hebręis bestias sonat, est enim plurale nominis בהמה beheמ-

behema bestia. Quare Græci θήρια bestias transferunt, sed reliqua de singulari quodam animali dicta esse interpretantur. Chaldæus item בעירא behiraia pecudes conuertit, verbum tamē singulare ei tribuit ידכר iecul comedet. Vulgatus ipsum nomen reliquit Hebreum. Aliqui auctores, neque behemot animal terrestre, neq; Leuiathan, de quo statim dicit, marinū animal esse opinantur, sed vtrunq; diabolum esse intelligunt. Sed cùm ea quæ in eorum natura describēda narrantur, planè in animalia conueniant hanc potius anagogin esse, quàm ipsam historiam existimandū est: ectèque Olympiodorus ait, πολλοὶ περὶ τοῦ διαβόλου ἀκηκοότες ὑπολήψεσθαι κατ' ἀναγωγὴν ἐκλαμβάνοντες. δεῖ δὲ πρότερον ἱστορίας ἅψασθαι καὶ τότε ἐπὶ τὴν ἀκροατὴν ὠφελεῖν, καὶ ἐκ τῆς ἀναγωγῆς μὴ παρεῖσθαι multi de diabolo hęc dicta esse credūt per anagogiam. Oportet autem primū historię rationem ducere, & deinde auditori prodesse minimè neglecta anagogia. Quare Hebręis, & multis Latinis, & Græcis auctoribus Behemot est Elephas. Quod ita vocari dicūt Hebræi, quia propter magnitudinem corporis, & viriū, multarū bestiarū loco sit, vel forte quòd gregatim ambulēt, sicut pecus, & pecora idē ferè sunt, cui nos sententię subscribēntes, quę de Behemot hic dicūtur, de elephāto declarabimus, diabolo verò satis copiosè ea Gregorius assignat. Septuaginta tamē auctores planè in hoc loco vertendo ad allegoriā deflectūt, vt suo loco notauimus. Quare multam habet auctoritatē huius loci allegoria. [*Ecce Behemot quē fe-*
Elephas. *ci tecū.*] Id est, vt esset tecū, tibiq; inseruiret, vsui enim elephanti hominibus sunt, facile enim māsuescunt, ait Arist. de animalibus lib. 1. c. 10. Vel quem feci tecum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia eodem sexto die homo cum reliquis animalibus terrestribus factus est. Fœnum quasi bos comedet. Eodem enim pastu quo equi, & muli vescūtur, ait Arist. lib. 8. cap. 9. terram etiam, & lapides interdum deuorant, adeò vt si terra frequenter vtantur, nullo eis incommodo sit eodem auctore lib. 8. cap. 26. Truncos verò pro cibo habent gratissimo ait Plinius in historia naturali lib. 8. c. 10

11 *Fortitudo eius in lumbis eius.* Quia durissimum dorso tergus elephantus habet, vt auctor est Plinius lib. 8. cap. 10. [*Et virtus illius in vmbilico ventris eius.*] At idem auctor eodem loco narrat vētres habere molles. Quare aliqui opinantur, de virtute generandi esse intelligendum, de qua sequēti versu agit membra, describens genitalia. Vel fortè intelligendum est ventres habere molles cum reliqua cutè comparatos, per se tamen durissimi sint, cùm machinas ingentes, turresque ligneas hominum plenas dorso ferant duris cingulis alligatas, quas nisi ventre esset durissimus, ferre non possent.

12 *Stringit caudam suam quasi cedrum.* Id est, eriget vel eleuabit eam. Ita quidā Hebræus exponit, Alij verò, Mouet eam: existimantque. ט. zadie esse loco. ז. zain in verbo יחפץ iahapez, quòd valde insolēs sit hæc eius significatio, cùm propriè velle significet, cum zain verò mouere significat. Sunt autem literæ eiusdem prolationis, quare vna pro altera poni potuit, vt non semel in hoc libro obseruauimus ex versione Septuaginta virorum. Sed in eo non leuis difficultas est, quòd elephanti cauda non adeò magna est, vt cum cedro cō parari possit. Scribit enim Plinius nullo ei esse præsidio

fidio ad muscas arcendas, ex quo breuem esse intelligitur. Quare quidam non de cauda, sed de membro genitali hæc dici scribit. At זנב zanab non nisi caudam Hebræis declarat, tum quod membrum genitale elephanti paruum breueque esse tradit Arist. lib. 2. Neque pro corporis magnitudine. Quare de cauda intelligendum esse existimo, vt comparet cedro non magnitudinem, sed fortitudinem, id est, fortis erecta, sicut cedrus est, *Nerui testiculorum eius perplexi sunt.* Id est, multis neruis implicati atque inter se connexi, habet tamen eos non foris conspicuos, vt narra Arist. Sed intus circa renes conditos.

Lib. 8. c. 10

Dean. lib. 2. c. 1.

Lib. 2, c. 1. et li. 3. c. 1

13 *Ossa eius velut fistulæ æris.* Id est, fortissima sunt. [*Cartilago illius quasi lamina ferrea.* Cartilaginem vocat neruos quibus ossa ossibus in iuncturis alligantur, quæ ossium naturam imitatur, & ob eam rem ossa ab Hebræis vocantur: nam quod cartilaginem vertit in Hebræo est גרמיו geramau ossa eius, & ita plerique hic vertēdum existimāt. Sed mihi certè placet nostra versio, neque enim necesse est eandem sententiam bis eodem versu poni.

14 *Ipse princ pium viarū Dei.* Id est, ipse est omnium animalium à Deo factorum maximum, vt testatur Plinius lib. 8. cap. 1. qua dicendi phrasi vsus est Iacob, Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei. [*Qui fecit eum applicabit gladium eius.*] Id est tanta eius vis, & fortitudo est, vt à Deo tantum interfici posse videatur. Hostes tamen infestissimi sunt ei rhinoceros, & draco, cum quibus implacabile bellum gerit, sed maximè cum draconibus in India à quibus multi elephanti occidūtur, quòd eorum

Gene. 49

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguinem vehementer appetant, vt Plinius auctor est lib.8.c.11.&.c.20.Hoc loco Septuaginta interpretes apertè alegoriam amplectuntur: nam horum verborum loco ipsi dicunt πεποιμένον ἐν παιγνίοις ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ factum,vt illudatur ab angelis eius. Angeli enim diabolū coercēt,cū eoq; semper bellantur. Vt Ioannes docet in Apocalypsi,Factū est prælium magnū in cælo Michael,& angeli eius prælibātur cum dracone.Cælū hic est cælorū regnū, id est, ecclesia.

Apoc. 12.

15 *Huic montes herbas ferunt omnes bestiæ agri ludent ibi.* Id est, elephantus non est bestia sanguinaria, neque alijs bestijs infesta est,Non enim carnibus,sed herbis vescitur,quare reliquæ bestiæ minimè eū fugiunt, sed coram eo securæ ludunt. Adeò vt Plinius scribat lib. 8.cap.7.Huius animalis tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum concurrentia manu dimoueat,ne quod obterat imprudens, neque nisi lacessiti noceant,ideoque gregatim semper ambulant.Hunc etiam versum ita Græci per anagogiam explicant ἐπιβαίνων δὲ ἐπ' ὄρος ἀπρόσιτον ἐποίησε χαρμονὴν τοῖς τετράποσι accedens ad montem præruptum,gaudium attulit quadrupedibus in Tartaro.Mōs multa in sacrosancta scriptura declarare hoc loco multis docet Gregorius.Declarat enim Christum Saluatorē,ecclesiam,testamentum Dei, angelum apostatam, quemlibet hæreticum, apostolorum,& prophetarum celsitudinem.Sed hic Græcis placuit ecclesiam esse,quam diabolus inuadens belloque teterrimo tentans multam tartarorum regnis lætitiam attulit, quia magnam eius partem euectit atque vastauit,multis hominibus Christianis æterna morte multatis,& in tartari custodiam traditis

Mons multa significat.

traditis,Ecce draco magnus, &c. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli,& misit eas in terrā, ait Ioannes in Apocalypsi.Cælum autem est ecclesia, stellæ sunt multi eius Christiani,quibus Sathā,qui est draco,fraudi maximę fuit.Quare magam alijs quadrupedibus,id est,cæteris suis satellitibus lætitiam attulit, quia nihil maiori studio quæruntquàm vt ecclesiam Dei labefactent.

Apocā.12

16 *Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus.*

17 *Protegūt vmbræ vmbrā eius,circūdabūt eū salices torrentis?* Loca describit in quibus elephāti versari solent,amāt enim amnes, & circa fluuios vagantur, licèt natare propter corporis magnitudinē non possint,vt ait Plinius lib.8 cap.10.Et ob eam rem ijs locis delectantur, quòd vehementer siti vrgeantur,vt sequenti versu declarat.Quidam non indoctè hi duo versus per interrogationē legēdos esse credūt,negatione soluēdā ideſt, nūquid in secreto calami esse potest,aut eius vmbrā vmbræ protegent,aut circundabūt eū salices torrētis? Minimè quidem ,cum tanta sit corporis vastitate.

18 *Ecce,absorbebit fluuium,& non mirabitur & habebit fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius.* Hoc dicit, quia multum vno haustu bibit,sic vt videatur fluuium haurire velle.Quantum enim elephanti bibant docet Aristo. lib.8.c.19.de animalibus dicēs.Iam quidam amphoras aquæ mensuræ Macedonicæ quatuordecim eodē hausit potu,& rursus à meridie eiusdem diei octo . Vini etiam vsu frequenti quinque Mares.Quę mensura hę minas continet sex,Quod dicit,[*Et non mirabitur*,ideſt, Licet fluuium absorbeat, non multa ei aqua videbitur . In Hebræo ad verbum est , Non festinabit

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam festinationem miratione vulgatus sensit. Eam tamen ita Græci interpretati sunt ἐὰν γένηται πλημμύρα ἅμα ἐπ' αὐτῷ si fuerit inundatio nō sentient. Intelle xerunt enim verbi יעשׁק iahasac, quod proprie est occupare, esse non elaphantem, sed fluuium, in hanc rationem, Si fluuius occupauerit elephantum, inundatione scilicet, non sentiet ipse, quia totum licèt innundet hauriet magna hyperbolē. Vulgatus autem verbi suppositum elephantum esse voluit, qua de causa absorbebit fluuium transtulit. Illud autem non [*mirabitur,*] quod in Hebræo esse diximus, Non festinabit ita alij interpretantur, Securus bibet, nullum timebit, cùm adeò ille viribus valeat.

19 *In oculis suis quasi hamo capiet eum.* Pertinet ad significandum quanta auiditate bibat elephantus, id est, sic auidus, & sitibundus ad fluuium accedit, vt nasum vsque ad oculos amne demergat, sic vtvel ipsis oculis fluuium haurire velle videatur, & quasi hamo capere. Fortè [*quasi hamo*] posuit vulgatus, licèt in Hebræo non sit, quod nonnihil bibere vellens promuscidē retorqueat sic, vt totus nasus ab oculis hamū figuram referat, quem cum totum mergat quasi hamo capere velle fluuium videtur. Potest ita aptè explicari vulgatus. Est igitur potius piè explanandus, quàm temerè reijciendus, vt à quodam Hebraeolo hoc loco reijcitur. [*Et in fudibus perforabit nares eius.*] Id est, ipse fluuius lapillis scrupulis ve, qui in eius fundo sunt ledet eius nasum. Vt ita indicet ad profundum vsque nasum immersisse propter bibē di cupiditatem.

2 *An extrahere poteris Leuiathan hamo.* Licèt per allegoriā Leuia-

Leuiatham diabolus esse declaretur copioseque hanc expositionem Gregorius persequatur. Literaliter tamen, & historicè cete est. Ex cuius magnitudine, & immanitate Deus suam potētiam probat, sicut hactenus ex alijs animalibus probauit, quæ bellua tam admirabilis est, vt licet simul cum alijs infinitis piscibus, & auibus, quinto die à Deo facta fuerit eius tamen singularis mentio fit, Creauit cete grandia, & omnē animā viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species speecias suas. Ex quo, & ex eo, quod cete grā dia vocetur, non leuis coniectura est vastissimā hanc bestiam esse, aptioremque cæteris alijs ad Dei probandā potētiā, & fortè ob eam rem vltimo loco ponitur, vt docent rhetores firmissimum argumentum esse ponendum. De huius autem belluę magnitudine multa, & mirabilia quidem à testibus oculatis narrantur. Olaus in primis in historia sua ea tradit, quę vix possent, nisi tanti viri testimonio credi. Narrantur naues vna cum viris ab hac bestia deuoratæ. Et quando eminet è mari instar insulæ esse. Scribit etiā Plinius lib. 32. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecētorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse. Eius multa in scriptura mentio fit vocaturque Leuiathan, cete, draco. [*An extrahere poteris Leuiathan hamo?*] Id est, nō poteris tantum piscē capere sicut alij capiuntur, quia longè robore, & magnitudine alijs piscibus eminet. In hacq; vsque ad finem capitis perseuerat sententia numeratis singulis rationibus quibus pisces capiūtur, aut captis homines vtūtur, vt aperte doceat, nec hamo neque retibus neque vllo denique modo hanc bestiā a quodā singulari homine capi posse. Quod si capi à piscatoribus

Leuiatan

Genes. 1.

Cete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catoribus experiamur:id autem fit facta multorum hó minum manu tanquàm ad ciuitatem quandam expug nandam,qui tellis eam simul iaculisq; appetũt. Quod non impedit,quo minus verum sit,quod hic dicitur eá capi sicut alios pisces non posse,ad quod amplificandum pertinent,quę sequuntur.[*Et fune ligabis linguã eius.*

21 *Nunquid pones circulum in naribus eius?* Vt nonnullis animalibus imponitur ad ea regenda.Quidam hamũ esse arbitrantur.[*Aut armilla perforabis maxillam eius.*] Dicũt Hebręi spinam esse,qua perforant piscatores piscium maxillas.

22 *Nunquid multiplicabit ad te preces aut loquetur tibi mollia?* Vt res infirmæ fortioribus cedentes facere solent,minimè quidem cùm ipsa fortissima sit.

23 *Nunquid feriet tecum pactum: & accipies eum seruum sempiternum* Sicut multa animalia hominibus quamdiu viuunt seruiunt,vt eis pastum, & victum subministrẽt, descriptio enim est eiusmodi animalium.

24 *Nunquid illudes ei quasi aui? aut alliga is eum ancillis tuis.* Id est,si non fedus ac pacto,anne filo tenebis eã, vt passeres ad ludendum tenentur à pueris.

25 *Concident eum amici diuident eum negotiatores?* Id quod alijs piscibus capris fieri solet.

26 *Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius.* Gurgustium est fiscella,qua pisces piscatores seruant:ita hunc versum etiam quidam Hebræi explicant,licèt alijs secus videatur,omnes tamen in eandem recidunt sententiam.

27 *Pones super eum manũ tuam memento belli ne vltra addas.* Id est,si temerarius eam aulus fueris bello tentare, aut imprudens in eam incurristi,memento,quòd truculentissima,

tissima,& scuissima sit,vt te reprimas,& eam missam facies.Nam qui secus fecerit.

28 *Ecce spes eius frustrabitur eum.* Id est, spe frustrabitur ea quam habuerat eam capiendi. [*Et videntibus cunctis præcipitabitur.*]Id est,à bestia obrutus opprimetur. Potest etiam ex Hebrço verti ,Ad eius aspectũ in fugam conuertetur.Id est,conspecta bestiæ sæua immanitate animo consternatus se in fugam conijciet.

CAPVT. XLI.

NOn quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo? A

2 *Quis antè dedit mihi, vt reddam ei?omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt.*

3 *Non parcam ei,& verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.*

4 *Quis revelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit?*

5 *Portas vultus eius quis aperiet?per gyrum dentium eius formido.*

6 *Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se præmentibus.*

7 *Vna vni coniungitur,& ne spiraculũ quidem ingedit per eas.*

8 *Vna alteri adhærebit,& tenentes se nequaquam separabuntur.* B

9 *Sternutatio eius splendor ignis,& oculi eius, vt palpebræ diluculi.*

10 *De ore eius lampades procedunt sicut tedæ ignis accensæ.*

11 *De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atque ferventis.*

12 *Halitus eius prunas ardere facit,et flãma de ore eius egreditur.*

13 *In*

13 *In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egestas.*

14 *Membra carnium eius cohærentia sibi: mittet contra eum flumina, & ad locum alium non ferentur.*

15 *Cor eius indurabitur tanquam lapis, et stringetur quasi malleatoris incus.*

16 *Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur.*

17 *Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hasta, neque thorax.*

18 *Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs.*

19 *Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.*

D 20 *Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam.*

21 *Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum.*

22 *Feruescere faciet quasi ollam, profundum mare: & ponet quasi cum vnguenta bulliunt.*

23 *Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentē.*

24 *Non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.*

25 *Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.*

NON *quasi crudelis suscitabo eum.* Ideſt, non crudelis, ſed potentiſsimus haberi debeo, quod beſtiam tam immanem, & cui nemo reſiſtere poſsit fecerim. Sed quod [*Suſcitabo* vertit in Hebræo eſt in tertia perſona. [*Suſcitauit,*] Quare ita ab Hebræis explicatur, Nemo ſibi tam crudelis erit, qui hanc beſtiam ſuſcitare, & bello lacesſere audeat. Sed cum nota primæ, & tertiæ perſonę

ſonæ ſint literæ quieſcentes altera pro altera, vel obrepere poteſt, vel exiſtimari poteſt obrepſiſſe, præſertim cùm ea quæ ſequuntur ad primam perſonam pertineant. [*Quis enim reſistere poteſt voluntati meo.*] Is Deo reſiſtere velle videtur, qui res eas quas fortiores ipſe, & validiores fecit, vincere poſſe putat, qui igiturrā crudelis ſibi, & temerarius fuerit, vt cum tam vaſta beſtia certare velit, cum Deo etiam certare, & eius mutare conſilium videtur. Quare ſapientis ſemper habitum eſt cedere tempori, & ei hoſti, quem Deus potentiorem fecit, & victurum eſſe decreuit. Quod eſt maximè animaduertēdum, & quod multis docet Hieremias, vt eius locum ſtatim citabimus. Græci autem aliam hoc loco, ſed contextui aptam ſententiam reddiderunt· ἢ οὐ τοῖς λεγομένοις πεπύρωκας; nonne ea, quæ dixi admiratus es? Id eſt, ea quæ dixi de huius beſtiæ robore, & vaſtitate. Deinde addūt ea, quę id quod hoc loco animaduertendum eſſe diximus valde illuſtrat· ἢ φοβήσῃ ὅτι ἐποίμανέν με non times, cum à me comparatus ſit, ideſt, quem ego comparaui, vt alijs timorem incuteret. Eſt enim valde temerarium non timere, quod Deus timendum eſſe voluerit. Cedere tēpori.

2 *Et quis ante dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ sub cælo sunt mea sunt.* Acutiſsimam reddit rationem, cur poſsit vires atque potentiam, cui voluerit præſtare, ſic vt nemo poſsit eius rei vires infringere, quam ipſe validiorem eſſe voluit. Quia cum ſit auctor bonorū omnium, ſic vt nemini ſi ſummo iure agatur gratiam vllā, aut bene facta debeat, iure ſuo poteſt bona, cui voluerit pro arbitratu ſuo tribuere, ſic vt nulli iniuriā faciat, nec crudelis, vt tranſtulit vulgatus, ſed bonus, & diues iudica- Deus nulli debet ſi ſūmo iure agatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri debeat. Probat autem illud, quod nemini gratiam, si sammo iure agatur, aut vllum beneficium debeat. Nã tũc deberet, si aliquod prius ab alio, quàm ipse daret, accepisset beneficium. Nemo autem est, qui vllũ possit Deo prius beneficium conferre. Et id significat dicens, Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? Probat autem fieri non posse, vt quispiam ei prius aliquid det, quid enim daret? Cùm omnia quæ sub cælo sunt, sua sint. Nihil igitur reliquum vlli est, quod Deo præstet. Cùm igitur sua omnia sint, nihilq; vlli debeat, potest bono quocunque quem sibi placuerit augere. Eritque temerarius, & insanus, qui hoc eius consilium voluerit impedire, cuius enim præsidio, aut qua re nixus impediet, si res omnes, quę sub cælo sunt, Dei sunt. Qua re cùm voluerit ipse vires tantas, magnitudinem tantam, certo subpeditare, temerarius erit, qui eum suscitauerit, aut qui Deum crudelem, quòd eum talem fecerit iudicauerit. Quod argumentum copiosè tractat Hieremias, Monès regem Iuda, & populum eius, ne Nabuchodonosor resistat, sed ei manus det. Ego feci (ait verbis Dei) terram, & homines, & iumenta, quę sunt super faciem terræ, &c. In fortitudine mea magna. Et brachio meo extẽto dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor, &c. Gens autem, & regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor, &c. In gladio, & fame, & peste visitabo super gentem illã. Vos ergo nolite audire prophetas vestros, &c. Qui dicunt vobis non seruietis regi Babylonis. Quia mendacium prophetant vobis.

3 *Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.*

positis. Hoc potest referri vel ad cetum, vel ad eum de quo superiori versu interrogauit, Quis ante dedit mihi? Si ad cetum, hanc habet sententiã, Licèt alijs terori sit, ego autem ita eum constringo, atque coerceo, vt nullis minis, quæ vocat verba potentia, nullis precibus, quæ vocat verba ad deprecandum composita, nteritum aut aliud detrimentum, quod ego ei afferre voluero vitare possit. Si ad eũ, de quo dixit, Quis ante dedit mihi? ita potest explanari, Non alia me cum eo ratione geram, quàm cum alijs rebus à me factis, vt quęram verba, & preces, quæ valeant eius animum inclinare ad beneficium mihi præstandum, quali paucis diceret, Nemo talis reperietur. Hanc videntur Græci sententiam significasse. Nam ita transferunt καὶ σιωπήσομαι δι' ἀντὸν καὶ λόγοις δυνάμεως ἐλαττώσω αὐτόν. Non tacebo propter ipsum, & verbis potentiæ minuam eum. Chaldæus paraphrastes ita vertit, Non tacebo propter ipsum, & verbis potentiæ mi fereb tur equalis sui. Sed vtraque difficilior est versio, cùm in Hebræo facilis sententia sit, ita enim verbum de verbo Hebręa reddi possunt. Non tacebo mẽbra eius, & verbum fortitudinis eius, & gratiam dispositionis eius. Vt reuertatur ad describẽdũ certi magnitudinem, & fortitudinem ex singulis eius partibus atque membris, vt multa eius reliquo capite mẽbra perequa tur.

4 *Quis reuelabit faciem indumenti eius? Et medium oris eius quis intrabit?* Rectius mihi explicari videtur, si faciem indumenti pellem eius esse dicamus, quàm vt quidam Hebræus dicit, profundũ maris, in quo interdũ esse solet. id est, Quis pellem ei audebit detrahere, vel minima ex parte, [*Et medium oris eius quis intrabit?* Id est, vt ei frenum injiciat ad eam reprimendam, & in quod voluerit latus

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuertendam. In Hebræo enim aduerbū est, quis ad eam cū duplicato freno accedit? id est, fortissimo, Græci vertunt τὰς δὲ παγίδας τῶν χειλέων αὐτοῦ τίς ἀνοίξει; in rugam pectoris eius quis intrauit? Quę sententiæ licet variæ videantur, ad eundem tamen finem spectant, vt bestię vastitatem, & immanitatem describat. Quare nihil refert, quòd hoc vel illo modo dicatur, si vterque modus, & verus, & aptus est, & in bestiam eandem cadat.

5 *Portas vultus eius, quis aperiet.* Mandibulam superiorē, & inferiorem portas appellat vultus eius. [*Per gyrum dentium eius formido,*] Id est, cùm tam terribili dentium vi armatæ sint.

6 *Corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis se prementibus.* Id est, corpus eius validissimis squamis tectū est. Appellat autē squamas scuta, quia magnę sunt.

7 *Vna vni coniungitur, & ne spiraculum incidit per eas.*

8 *Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur.* Id est, firmiter squamæ compactæ, & coniunctæ sunt inter se.

9 *Sternutatio eius splendor ignis.* Id est, vehemēti motu sternutationis eius excitatur ignis: sicut cum duo lapides fortiter inter se concutiuntur. [*Oculi eius palpebræ diluculi.*] Id est, eius oculi propter nimiam magnitudinē longè lucuēt. Huiusmodi ceti Oceano boreali potissimū reperiuntur, quibus locis adeò de nocte eorum oculi splendere narrantur, vt illorum indicio nautæ eos declinent.

10 *De ore eius lampades procedunt, sicut tedæ ignis accensæ.*

11 *De naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque ferventis.*

12 *Halitus*

12 *Halitus eius prunas ardere facit, & flāma de ore eius egreditur.* Hæc in eius sternutatione in primis videri opinor.

13 *In collo eius morabitur fortitudo.* Id est, collo est fortissimo. [*Et faciem eius præcedit egestas.* Id est siue pisces alios siue naues siue loca quęcunque inuadat, omnia vastat, & perdit. In eandem sententiam in Hebræo ad verbū dici opinor, Corá illo lætabit dolor. Quia in res multas incursabit. Licèt aliter alij interpretentur: in Nostrá tamen rationem à Græcis exponitur, ἔμπροσθεν αὐτοῦ πρόξει ἀπώλεια coram eo curret perditio.

14 *Membra carnium eius cohærentia sibi.* Id est, solida sunt. *Mittet contra eum fulmina, et ad locum alium non ferentur.* Ex Hebręo ad verbum ita facilius conuerti potest, Roboratæ sunt in eo, non mouebitur, id est, Carnes eius duræ & robustę sunt. Sed quod vertit vulgatus [*Mittet cōtra eū fulmina*] In alijs correctissimis exemplis vulgatæ editionis est flumina, quam veriorem lectionē esse arbitror: quia id Hebræa verba etiam sonare videntur. Nam quod nos, Roboratę sunt, cōuertimus in Hebręo est יצוק iazuc, quod verbum, & roborare, & fundere declarat, hanc significationem amplexus est vulgatus, & ob eam rem mittere flumina trāsfert, & Septuaginta viri transtulerunt κατασχεῖ ἐπ' αὐτόν effundet in eum. Illud autem, Ad locum alium nō ferentur, periphrasis est eius, quod nos, & septuaginta, Nō mouebitur, conuertimus. Significat ergo vulgatus, tantam vim vastitatem, & magnitudinem esse bestiæ, vt flumini si opponatur, eius cursum sistere posse videatur.

15 *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Id est, robustum & firmum est.

16 *Cū sublatus fuerit timebūt angeli.* Id est, fortes, si emineat

Universidad de Deusto
Biblioteca

è mari eum videntes timebunt. Nam quod [*Angeli,*] traducit, in Hebræo est אלים elim, quod proprie fortes significat. Ex hoc fit, vt plerunque Deos in scriptura declaret, quapropter angelos vulgatus traducit, in eã quam exposuimus rationem, in eandem Græci timor θηρίοις τετράποσιν bestijs quadrupedibus, i lanius Chaldæus דכיאי, i. caciphaia fortes [*Et territi purgabũtur.*] Id est, se peccasse fatebuntur. Dei auxilium implorantes, peccatum suum expiabũt. Periphrasis eorum est, qui vehementer timent: nam חטא hata, & peccare significat, & in cõiugatione Hipahel, in qua hic est, peccatum expiare. Valde autem insolens eorum mihi videtur expositio, qui, Soluetur illius aluus præ metu, exponũt. Quod Territi verò cõuertit in Hebræo est ad verbum, Propter contritiones, quas timores esse optimè vulgato interpreti visum est, Sed alij fluctuum cõtritiones esse arbitrantur in hanc sententiam, Nõ solũ hac bestia inspecta timebũt, sed etiam si magnos quos natans commouet fluctus videãt. Nam post pauca horum fluctuum mẽtionem facit.

17 *Cum apprehenderit eam gladius subsistere non poterit, neque hasta, neque thorax.* Id est, nullus gladius, nulla cõiecta tela in eius hærebunt corpore, cùm tam fortibus scamis armatum sit.

18 *Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridũ, &c.* Quia non magis æreaut ferro configi poterit, quàm paleis, & ligno putrido. Ex quo benè intelligit, quod sequitur.

19 *Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.*

20 *Quasi stipulã æstimauit malleũ, et deridebit vibrantẽ hastã.*

Quia

Quiá neque lapides fundæ, neque malleus, neque vibrans hasta ei vllo modo nocere poterunt.

21 *Sub ipso erunt radij solis.* Idest, tanta eius vastitas est, vt vmbram longissimam tanquàm mõs altissimus offundat. Sic vt radij solis longo non penetrent interuallo. Sed quod [*radij*] vertit in Hebræo est הדרד hadude, quod proprie acuta significat. Item quo [*solis*] transfert est in Hebræo חרוש heres, quod solem & testam significat, illam significationem vulgatus secutus rectè acuta solis intelligere potuit, quę sũt radij solis. Quidã Hebræus margaritas intelligit splẽdidas, sicut sol. Sed omnes ferè Hebræi alteram eius significationem intelligunt, in hanc partem hæc verba accipiẽtes, Sub ipso erunt testæ acutæ. Cohæretque cum eo, quod dixerat quasi stipulam æstimauit malleum, &c. Vt hoc etiam declaret, quàm dura cutis eius sit. quia pauimentũ vbi iacet, licet stratum sit testis, vel lapidibus acutis, eas tamen non sentit, neque ei vllo modo nocent, quam sententiam Græci expressérunt ita vertentes ὑπ' ὀξυφώνων ἄντα ὀβέλισκοι ὑπ' αὐτὸν stratum eius obeliscí acuti. Et Chaldæus תחות חרוד כרדון ורדרן tehotoi peridin deha dedin tub ipso lapilli acuti. [*Et sternit sibi aurum quasi lutum.*] Id est, vel venas aureas, vel arenam auream, aut lapillos, vel merces aureas ex fractis nauibꝰ, quæ licèt duræ sint, vel in pretio habeantur, ei tamẽ, & leues, & viles tanquàm lutum sunt. Veruntamen, quod vertit aurum, est in Hebræo חרוץ haruz, quod tribulũ, vel acutum significat. Quare potest etiam trãsferri sternet sibi tribulum, aut rem acutam tanquàm lutum, vt in eandem sententiam dicatur, qua primum, vt secundo modo à nobis expositum est. Sed Græci, & Chaldæus

 aurum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aurum, sicut vulgatus interpres reddunt.

22 *Feruescere faciet quasi ollam profundum: mare ponet quasi cū vnguenta bulliunt.*

23 *Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem.* Id est, hac bestia natante tanto ferbet æstu pelagus, vt tanquàm vnguentorum olla iuxta ignem ebullire videatur, tantaque spuma fluctuum agitatione cogitur, vt mare canescere videat. Vel cum ferbefcere, & ebullire dicit profundū, alludit ad eá aquá, quā expellit per canalem, quam habet in capite.

24 *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei.* Concludit, quod multis in fine superioris capitis, & in principio huius proposuerat, non esse vlla ratione cum ceto certandum, sed cedendum est ei, qui sibi crudelis, & temerarius nō fuerit. Quia nulla (ait) est in terra potētia, quæ cum ea possit cōparari. Quade causa melior hęc mihi videtur expositio, quām eorū, qui exponūt, Nō est imperium eius super terram, sed super mare. Quod משל masal non modo simile, quod significauit vulgatus interpres vertens, Potestas quæ comparetur ei, sed etiam imperium Hebręis indicat. Probat etiam expositionem nostram id quod sequitur [*Quia factus est, vt nullum timeret, omne sublime vidit.*] Id est, res omnes, quæ ægregiæ, & insignes robore, & magnitudine habentur, despicit sub se positas, & se inferiores. Vt causa hoc versu reddat, cur nullū timeat, ad quod pertinet, quod sequitur. [*Ipse est rex super omnes filios superbiæ.* Id est, res omnes validas, & potentes vincit. Græci conuertunt αὐτὸς δὲ βασιλεὺς πάντων ἐν τοῖς ὕδασιν ipse rex omnium, quæ sub aquis sunt.

CAP.

CAP. XLII.

RESPONDENS autem Iob Domino, dixit. A

2 *Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.*

3 *Quis est iste, qui celat consilium absque scientia? ideò insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederēt scientiam meam.*

4 *Audi, & ego loquar: interrogabo te, & ostende mihi.*

5 *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.*

6 *Idcircò ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.*

7 *Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit* B *ad Eliphaz Themanitē, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.*

8 *Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis, & faciem eius suscipiā vt non vobis imputetur stultitia, neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob.*

9 *Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad, Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.*

10 *Dñs quoque cōuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille* C *pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia.*

11 *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panē in domo eius, & mouerūt super eū caput, & cōsolati sunt eū super omni malo, quod intulerat Dñs super eū. Et dederūt ei vnus quisq; ouē vnā, & in aurē aureā vnā. Dñs autē benedixit nouissimis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D mis Iob magis quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camellorum, & mille iuga boum, & mille asinæ.

13 Et fuerũt ei septem filij, & tres filiæ.

14 Et vocauit nomẽ vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, et nomen tertiæ Cornustibij.

15 Nõ sunt autẽ inuẽtæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in vniuersa terra: deditque eis pater suus hæreditatẽ inter fratres earum.

16 Vixit autem Iob post flagella hæc centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum.

Respondens autem Iob Domino dixit.

2 Scio quia omnia potes. Concedit Iob, quod tam multis ei Deus probauit, Infinitã eius esse potentiam, non quòd antè vllo modo de hac re dubitaret, cùm dicat scio, sed vt in genue fateatur, quod subinde fatetur, insipienter fuisse locutũ. Neque rectè hæc eius scientia cum verbis suis insipientibus cõuenire. Nam si penitus intelligeretur Dei omnipotentia, ex ea facilè cõcluderetur, valde temerariũ esse vel in minima re eũ offẽdere. Ex cognitione enim potentiæ Dei timor eius nascitur, ita vt quò hæc cognitio perfectior sit eò Dei maior est timor, qui peccatum expellit, vt ait Ecclesiasticus. Cùm quodcunque atque adeò leue peccatum nonnihil tantæ potentiæ, & maiestati detrahat. [Et nulla te latet cogitatio.] Ex eo quòd omnia possit, fit, vt omnia sciat, vel ipsas cogitationes, quibus nihil est in rerum natura occultius. Tu Domine, qui corda nosti omnium dicebant, apostoli

Ex cognitione potẽtiæ Dei nascitur timor Dei. Eccli. 1.

Act. 1.

stoli, vt Dei summam amplitudinem declararent. Sed quòd [latet] transfert vulgatus in Hebræo est יבצר iba zer, quod verbum propriè prohibere significat, possu mu q; explicare vel, Nulla alterius cogitatio tibi prohibebitur, id est, nulla te cogitatio latebit, vt noster explicat interpres vel, Nulla tua cogitatio prohibebit: sed facies quidquid facere cogitaueris, hoc est, nihil facere non potes, vt dicebat Dauid, Consilium autẽ Domini in ęternũ manet, cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Ita intellexerunt locum Septuaginta viri transferentes ἀδυνατέι σοι ἐδὲν nihil tibi est impossible. [Quis est iste qui celat consilium absque scientia?] Possumus interpretari vel consilium Dei vel suum, Dei in hanc sententiam, Quis ille homo tam imprudens est, qui vel in prospera, vel in aduersa fortuna consilium tuũ non admiratur, non prædicat, & vehemẽter laudat, neq; vllo modo vult de illo disputare, cùm omnia à te sapientissimè administrentur. Quę expositio quibusdam probatur Hebræis. Sed Græcis auctoribus placet illa, vt suũ consilium intelligatur, id est, cùm nulla te lateat cogitatio quis consiliũ tuũ te celare posse putat? Ita enim traducũt πῶς γὰρ ἐστὶν ὁ κρύπτων σε ἐλλὴν φθόνος δὲ ῥημάτων καὶ σε οὐκ ἔστι κρύπτειν; quis enim est, qui te celet consilium, verbisque parcẽs te arbitrãt latere? Temerariè tamẽ auctor Bibliæ Roberti hũc locũ exponit. Quis est, qui dicit aliqua fieri in hoc seculo sinè cõsilio Dei? Certè ego imprudenter id dicebãt. Cõfert emẽ in Iob culpã grauissimã dixisse in hoc seculo aliqua sine Dei cõsilio fieri. Et vt nõ planè auctor ille temerè loqueretur, oportebat eũ locũ citare, vbi id vel leuiter Iob tetigisset. Sed hic error natus est

sed nunc cum te præsentem videam, longè magis sum præsentia tua commotus.

6 *Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Vehemèter enim Dei præsentia terrer, & in peccatorum memoriam reuocat, sicut nimia lux vel maculas leuissimas patefacit. Ita etiam Esaias vehementer præsentia Dei perterrefactus dixit, Væh mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Est autè vna salutberrima peccati medicina pœnitentia. In explicatione huius, & superioris versus Auctor Biblię Roberti in eadem quam narrauimus salebra heret.

Esai.6. Dei præsentię terrer.

7 *Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.* Capite quarto huius libri explicuimus in quo errore Iob amici in orationibus suis versati fuerint, cuius erroris exemplum in multis huius libri locis ostendimus. Iob autem rectè semper sensisse diximus, tantùm duobus parum modestis verbis vsus est.

8 *Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis* Magnam Deus ex iniurijs factis amicis suis accipit offensionè, & ob eam rem se holocaustis placare præcipit. Prius tamen ire ad seruum suum: non enim antè placatur ipse quàm placetur proximus. Hoc enim Christus dat apud Matthæum offerendi holocaustum præceptum, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Relinque ibi munus tuum ante altare. Et vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offers munus tuum.

Prius oportet reconciliari proximo quam Deum placare. *Matth.5.*

est quibusdam Hebræis, qui opinati sunt, vt alijs locis diximus, Iob de Dei prouidètia mœrore confectũ dubitasse. *Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meã.* Versu sequenti verba ponit, quæ insipienter effatum fuisse dicit. Græci verò auctores aliter hunc versum interpretati sunt πε δὲ ἀναγγελάμοι ἃ ἐκ πάλαι μεγαλα καὶ θαυμαστὰ ἃ ἐκ ἀδὴς ἁμην, quis nũciauit mihi, quę no nouera magna, & mirabilia, quę non cognoueram. Id est, ex hoc cognosco te nihil latere, quod res tantas tamque mirabiles, quæ ego prorsus ignorabam mihi nunciasti. Quae aptè sententia cohęret, verba verbis Hebręis facilè comparari possunt, ni si illud, Quis nũciauit mihi, quod in prima persona in Hebręo est, vt trãstulit vulgatus interpres. [*locutus sum.*]

4 *Audi, & ego loquar interrogabo te, & responde mihi.* Hęc illa duo verba sunt, vt capite trigesimo nono dixi, quæ insipienter locutus est capite decimo tertio, cum Deo disputare desiderans. Quæ pro tantæ maiestatis, & potentiæ dignitate minimè sunt. Quod si in tam inculpata vita eximiaque virtute, cùm in tanta rerum difficultate, & angustia tam admirabile patientiæ inuictæ suę specimen dedisset, in his leuibus delictis Deus offensus non dissimulauit, sed tam acriter tantoque verborum pondere ea increpauit. Quid nobis miseris futurum putamus, si cũ tãta quotidie flagitia suscipiamus? Sanè ex hoc facilè cognoscemus, quàm verũ illud sit quod Christus apud Matthæũ dicit. Dico vobis, quod omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

Quàm Deus rationem delictorum exigat. *Matth.12*

5 *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Id est, multa de te de tuaque potètia, & sapiètia audie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Iob autem seruus meus orabit pro vobis, & faciem eius suscipiã vt non vobis imputetur stultitia.* Id est, ipse orabit pro vobis, & ego preces eius audiam, ignoscés vobis stultitiã vestram, sic vt debitas à vobis pœnas non repetã. Maximam enim apud Deum, opinor, habere vim preces eius qui Deum obsecrat pro eis à quibus offensus est. Nam ex ipso facto vehementer Dei misericordia cõmouetur. Etenim si hominis animus, cùm iniuriam acceperit ita mitigatus est, vt non modò non quærat vlcisci, sed etiam damnum ab hoste repellere, & Dei veniam ei impetrare studeat, quo magis Deus, qui infinitis partibus clementior est, ei debet placari, & peccati veniam præstare. Quare ipse Deus simile Abimelech dedit consilium, Nunc ergo redde viro suo vxorem, & orabit pro te, quia propheta est, & vives. Dicit etiam pater Augustinus, quòd beatus Stephanus precibus suis sanctissimum Paulum hostem aliquando suum ecclesiæ imperauit: Quod est ad hanc probandam doctrinam mirabile testimonium. [*Neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob.*]

Deus vehementer placatur precibus eius qui pro suo precatur hoste

Genes. 20.

9 *Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad, Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.* Id est, ipsum audiuit precantem pro amicis suis.

10 *Dñs quoq; conuersus est ad pœnitentiam Iob.* Cùm damna Deus, & detrimenta infert auersus esse dicitur in diuina scriptura, vt dicebat Dauid, Quare faciem tuã auertis, & obliuiscéris inopiæ nostræ? Contra verò cùm reuertit incommoda, conuersus appellatur. Sicut ait Zacharias, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos.

psalm. 43.

Zach. 1.

Con-

Conuersus igitur: [*Deus est ad pœnitentiam Iob.*] Quòd tantis eũ malis liberauit, & bonis multis augit. In eandem rationem ad verbum est in Hebræo, Dominus eõuertit captiuitatẽ Iob. Captiuitatem nominat magnas illas, in quas venerat calamitates. Qua etiam ratione dicendi vsus est Dauid, Conuerte te Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Græci phrasim hanc explicarunt vertentes ὁ δὲ κύριος ηὔξησε τὸν Ιὼβ Dominus autẽ auxit Iob. [*Cum oraret ille pro amicis suis.*] Concisa locutio: subaudiendum est, suscepit faciem eius, vel audiuit eum, vt explicant Græci εὐξαμένῳ δὲ ἄν, ἃ μὴ περὶ τῶν φίλων ἀντὰ ἁμαρτιῶν precante verò ipso pro amicis suis ignouit peccatum eis.

psal. 125.

11 *Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia, venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius, & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum. Et dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnã.* Sicut calamitas Iob referebat indignam eidem, & passionem Christi. Ita eius restitutio resurrectionẽ Christi retulisse videtur. Sicut enim amici Iob à quibus non modo desertus, sed etiam vexatus fuit, de restitutione eius gratulati sunt. Ita de resurrectione Christi lætati sunt apostoli veri eius amici, qui illum non tantùm deseruerunt, verumetiã aliquis dolore affecit, eũ nouisse negans.

Iob restitutio refert resurrectionẽ Christi.

12 *Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex*

& sex millia camellorum, & mille iuga boum, & mille asinæ.
13 *Et fuerũt ei septem filij & tres filiæ,* 14 *& vocauit nomẽ vnius Diem, & nomen secundæ Casiam, & nomen tertiæ Cornustibij.*

Patientia damna resarcit & commoda parit.

Ex qua historia intelligitur, Patientiam non tantum damna resarcire, sed etiam multa bona, & commoda parere. Verbũ enim Dei, idest, lex eius fructum affert in patientia, vt Christus apud Lucam docet, Et hę corporis diuitiæ modò narrãtur, vt ex illis animi diuitias, quæ narrari non possunt, intelligamus, quas Iob tam admirabili patiẽtia sua fuit consecutus. Id enim quod in præsenti est momen aneũ, & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate, æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Scribit Paulus Corinthijs. Nõ malè etiam quidam Latinus interpres ex hoc loco colligi dicit filiorum Iob vita defunctorum animas viuere. Nam cum dixisset addidit Dominus, Omnia quęcũque fuerant Iob duplicia, toridem tãtum liberos, quot habuerat antea post calamitatem, fuscepisse subiũgit, vt intelligantur filij demortui in filiorum etiam, quos habuit postea numero esse ponendi. Nomina vero filiarum Latinè reddita sunt, nam in Hebræo nomina ponũtur, quæ Diem Casiã, & Cornustibij significãt, quæ licèt non temerè, sed magno fortè consilio ab eo imposita fuerint, exploratum tamen non est vtrum, id consilij, vel ex restitutione, & fœlicitate sua, vel ex earum pulchritudine susceperit, nam vehementer earum pulcritudinem amplificat, qui historiam scripsit dicens.

2. Cor. 4.

Liberos Iob viri defunctos vigere.

15 *Non sunt inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in vniuersa terra: deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.*
16 *Vixit autem Iob post flagella hæc centum quadraginta annis*

& vi-

& vidit filios suos & filios filiorũ suorũ vsque ad quartã generationem, & mortuus est senex, & plenus dierũ. Disputat etiã nonnulli interpretes quandiu in graui sua calamitate Iob versatus fuerit, de quo nihil pro certo affirmari potest, cùm nullum huius rei apertum testimoniũ in scriptura extet. Origenes autem non leuis auctoritatis vir asserit minimè annum integrum his miserijs Iob fuisse conflictatum, quod cùm ex humana imbecillitate, tum ex summa Dei bonitate probat fieri non posse, vt Deus æquo animo pateretur, hominem tam charũ amicum suum diu tã acerba tempestate iactari. Huc accedit, quòd ipse dicat Iob, Habui menses vacuos, & noctes laboriosas numeraui mihi. Annum vel annos etiam, dixisset, si annum aut annos iacuisset afflictus. In quibusdam exemplis Græcæ editionis est, post flagella vixisse cẽtum Septuaginta annos. Sed cum in Biblia Regia, & Complutẽsi sit idẽ annorum numerus, qui in Hebrẽo, & in vulgato, nõ mysterium, sed error librarij, vt in procemio recitauimus ex sentẽtia patris Augustini existimandus est.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM QVÆ his commentarijs continentur.

A

Aduersis rebus boni nonnũquam valde timent. 184
Aduersis rebus lingua homines Deũ offẽdere solẽt. 470
Adulteri pœna. 651
Adulteriũ magnæ euersionis causa. 652
Afflictorum consolatio. 35
in Affligentes afflictos Deus vehementer irascitur. 274
cum Afflictis non est de ira Dei disserendum. 164
Agricolis mercedem non solvere scelus maximum. 667
Aliena non cõcupiscere. 649
Amici veri qui non sint. 160
Amici Iob cur cum hæreticis conferantur. 121
Amicitia vera qua re conoscatur. 62
Amicitia hominũ fallax. 445
Angeli cur possint discere. 113.
Angeli quando facti. 799
Animi bona quã firma sint. 14
Animi magnitudo sũma Dei. 326.
Aper. os viros Deus vehemẽter amat. 16
Aquila. 828
Argui boni non timent. 166
Arguuntur difficile qui prospera fortuna sunt. 504
Arma Deo attribuuntur. 148
Arrogantia impijs accidit propter diuitias. 575
Auaritia quam insatiabilis sit. 477.
Auxilium à Deo cur sperare debeamus. 737
Auxilium Dei implorant boni, à quo oppugnari cognoscunt. 453

B

Belli Dei in impios descriptio 479
ex Beneficijs boni intelligunt quam bonus sit Deus. 700
Beneficijs melior non fit iniquus homo. 699
Bona & mala repente contingunt. 194
Bona quæ sint à Deo petenda. 264.
Boni cur Deo parent. 708
Boni cur Deo cari. 747
Boni cur graues. 264
Boni & mali quam diuersa ratione describantur. 500
Boni firmas radices habẽt. 160
offendant. 232
Boni oppressi bene de Deo sperant. 370
Boni Deum iudicẽ optãt. 311
Boni ex quo coniecturã faciã Deum sibi esse placatũ. 527
Bonis infesti cur Deum prouocrae dicantur. 282
Boni plantę conferuntur. 194
Bonis stabiles. 261
Boni sunt lampades contemptæ. 266
Bonis oppressis adest Deus. 748.
Bonis tribuit honores Deus. 749.
Boni viri informatio. 749
Bonorum omnium autor. 519
Bono, um virtutem Deus tentare, & nõ perdere vult. 621
Bonorum animus immolestis quantus sit. 310
Bonorum consolatio bonos fuisse afflictos. 376
Bonos lebat excisio impiorum. 520
Bonos viros cur Deus tentat. 136
Bonus quis pro certo dicatur. 360.

C

Cæremonia in adorãdo sol, & luna. 657
Calamitate bonorum & prosperitate iniquorũ nihil mirabili⁹ in gubernatione. 488
Calamitates cogunt nonnunquam timere, vt Deus sit alienatus. 221
Calamitates impiorum. 495
Calamitates impiorum multę 432.
Calamitates post mortem impiorum. 592
Calamitates Deus facilẽ leuat. 617
in Calamitate nõ decedẽdum ab officio. 52
Calamitates patientem multa prudentia augent. 756
Calamitates bonorum turbo sũt in qui eis D⁹ aparet. 764
Calamitosus stultè putãt flagitiosus. 515
Calumnia falsa in Iob. 734
Castigans Deus qua re maximè mitigatur. 315
Christus Ioãnis testimonium cur non magni faceret. 233
Clamorẽ quando Deus videatur audire, & quãdo nõ. 721
Cocytus fluuius. 505
Cęli lationibus gubernãtur inferiora. 812

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cœli quomodo mundi nō fuerint. 360
Cogitationes, quę virum bonum conturbant. 740
Concordia fratrū animat vertenda in filijs Iob. 23
Cōcordia inter res tam diuersas orbis qua de causa. 565
Cōsciētię rectę volūtatis. 664
Conscientiæ bonę pōdus grauissimum. 584
Consilium impiorum. 239
Consolationes amissionis fortunarum. 405
Consolatur bonus iudicium Dei, quod nescire videntur iniqui. 461
Cōtumelijs boni affecti ex de Deo iudicium querunt, 443
Copiam non minus timēdam quam inopiā. 374

D.

Defensores suos cur Deus amat. 571
Dei mitigādi optima ratio 59
Dei sapientia, & potētia ex officijs erga homines. 213
Dei volūtas erga homines nō cognoscitur. 214
cum Dęmone pugnādi exemplum. 44
Dęmōes fuisse nūtios Iob. 41
Deo nihil posse resistere. 287
Deo arguente oportet tacere. 829
à Deo omnia fuisse facta. 284
Detrimēta bonorum huius vitę nō sępe relartiuntur. 419
Deū errare nō posse. 767
Deum attente speculari vade terribile. 145
Deum nec lędit iniquitas, nec prodest hominis pietas. 736
Deū semel loqui quid sit. 684
Deū nosse cuius opera aliquē decipiat. 288
Deus facit, vt errent qui prudentes habentur. 289
Deus cum homine pugnans quā gloriā reportet. 181
Deus quo pacto optimē placetur. 395
Deus qua ratione iustificatur, in impium animaduertes. 808
Deus ab omnibus esse cognoscitur. 165
Deus cur subsidio quibusdā non sit. 738
Deus tribus modis rebꝰ adest præsens. 417
Deus tribus modis loquitur, cum impijs. 687
Deus mirificus hominum patronus. 36
Dextera auxilij significat 337
Diaboli acerbitas erga Iob, 42
Diaboli ingenium. 33
Diaboli munus obeunt, qui alijs iniuriam faciunt. 52
Diabolus quo pacto Deū, & verē virtutis detrahat. 33
Diabolus victoria irritatur. 11
Dicere Hebręis aliquando est cogitare. 740
Diluuiū longē diuersam terræ faciem reliquisse. 204
Diuites cur difficilē in officio maneant. 10
Diuites quam infirmo nitātur presidio. 125
Diuitiarum inutilitas. 593
Diuitias cōparare vanū. 591
Disolutē qui viuunt, quam inepti sint. 77
Dolere in calamitatibus perfectę nonnūquā virtutis est. 43.
Dolor mitigatur cogitatione operum Dei. 132

E

Ecclesiam cur Deus affligere permitat. 52
Eliu qualis sit oratio. 668
In Epulis quantum sit peccandi periculum. 25
Error amicorum Iob. 97

F

Fame aliquādo cōficiūtur iniqui. 471
Fiducia impiorum. 190
Fœtus formatio in vtero. 245
Fortis quis verē sit. 748
Fortuna aduersa omnia conturbat. 447
Fortuna prospera ascribenda Deo. 617
Fortunam hominū in Dei esse potestatem. 290
Fortunam impij secūdā quid miseram reddat. 494
Futurum prędicitur apud prophetas quod optatur. 349
de Fulmine & tonitruo. 778

G

Gelu. 781
Generis propagandi vanum studium. 489
Genus & familiam frustra impij propagare studeut. 435
Gigantium fabula vnde orta. 371. & 575
Gloriam non recte Ciceronē diffinisse. 214

H

Habitus imperati. 493
Hebræi rudes Hebraicæ linguæ interpretes. 172
Hęreditas Dei eꝰ amici. 647

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hominis sapiẽtia mirabilis. 813
Hominum vita quam misera sit. 607
Homo cur facilè peccet. 361
Honorẽ tribuit bonis Deꝰ. 749
Hospitalitas. 661
Hypocresis. 662

I

Ignorare satius quam ab imperito doceri. 440
Ignorare quos dicat Deus. 30
Impij cur Deũ nõ reuerãt. 519
Impij sicut vestimentum consumuntur. 804
Impijs subsidiũ Deus non affert. 585
Impij hominis pars. 597
Impij tandem ruent. 428
Impij futiles. 366
Impiorum fundamenta. 518
Impiorum super via. 371
Impius cur in tenebras incideret. 375
Impius ex huiꝰ vitæ incõmodis stultè quis iudicatur. 280
Impropreria bonorũ Dei sũt improperia. 443
Incõmodorum Deus auctor est. 378
Indulgentiarũ thesaurus. 146
Indolis bonæ est inutiles quæstiones negligere. 3
Ingeniũ peruersum. 662
Iniqui plantę cõferuntur. 194
Iniqui cur leues. 264
Inimicorum dilectio. 659
Iniquis benè in hoc æuo esse. 280
Iniqui aduersus Deum. 370
Iniqui memoria cũ laude non vsurpabitur. 376
Iniqui suo cõsilio decepti peribunt. 49
Iniqui ocasiones quærunt in verbis boni. 459
Iniqui quantam filijs pernitiẽ afferant. 467
Iniquus homo quas pœnas pẽdet. 471
Iniquus quos fructos ex calamitate ferat. 750
Iniquis cur Deus potestatem det affligendi bonos 52
Iniquus semper dolet. 364
Iniquus semper timet. 365
Iniquus facilè desperat. 360
Iniquus valdè timet. 430
Iniuriam nulli facere. 648
Iniustorum pœna. 690
Interitus impiorum è re bonorum. 479
Inuidi ingenium. 55
Iob re vera stetisse. 1
Iob quo genere natus fuerit. 3

Iob quo tempore vixerit. 4
Iob librum quis cõposuerit. 5
Iob liber obscurissimus. 5
Iob fuit rex. 19
Iob virtus quam fuerit admirabilis. 20
Iob quãtũ Deo placuerit suorum filiorum educatione. 26
Iob morbus qualis fuerit. 57
Iob Deum ostem suum appellat. 370
Iob antequam amici venissent à quibus fuerit abiectus. 392
Iob peccatum accuratè exponitur. 794. &. 829.
Iob defenditur. 831
Iracundia quãtum malum. 122
Ira Dei ab eius supplicio non distinguitur. 461
Iudaizare quid sit. 473
Iudaizare qui stultè clamãt detrimentosi doctis. 473
ad Iudicia diuina tractanda argutum firmissimum. 684
Iudicio ęquo loqũt æqui, & tacẽt iniqui cõtra in iniquo. 312
Iudicio Deus errare non potest. 716
Iudicium Dei nõ peruertitur propter iniquorum cõmoda vel bonorum incõmoda. 187
Iudicium Deus nõ potest subuertere. 701
Iurandi modꝰ apud Hebræos 401
Iustitia hominis Dei misericordia nititur. 697
Iustum non perire quomodo intelligendum. 102

L

Laborẽ neminem posse fugere. 180
Laborem leuat Deus. 181
Labores bonorum Dei esse correctionem. 119
Lętitia afficiuntur eximia qui Dei ope calamitate leuantur. 526
Laus hominum vana. 34
Laꝰ in ore ꝓprio vilescit. 224
Leuiatham. 801
Libidinem suam explendi licẽtiam à Deo optinere miserum. 38
Lingua flagellum. 140
Lingua quam acerbum bonorum virorum flagellũ. 17
Lingua rebꝰ aduersis Deũ homines offendunt. 48. &. 76
Locus valde obscurus. 579
Loquendi stulta cupiditas. 301
Lucem cur iniqui fugiãt. 552
Lucis & effectionẽ sequitur iniquorum expulsio. 802

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucis & tebrarum temperatio. 807
Luminis effectio. 800
Lux & lumen. 549

M

Machina qua vniuersa terra moueretur. 798
Magnanimi munus. 655
Magnanimi esse viri acriter in nocentiã suã defendere. 583
Maiestatis diuinę splẽdor. 788
Mala eorum quos non pœniteat. 752
Manꝰ leuare Hebræis est orare. 397
Memoria quibus rebus maximè propagetur. 15
de Meteoris. 769
Miraculum quod fiat in euertẽdis impiorum cõsilijs. 135
Misericordiæ exemplum. 653
Miserijs bonos leuare magna Dei laus. 56
Miseriæ humanę descriptio. 321
Modus quo Deus temperat res humanas obscurus. 524
Mœrens leuatur si aliũ in suo casu dolere videat. 387
Mœsto facile dat cõsiliũ. 149
Mortem audisse sapientiæ famam quid sit. 610
Mors æquat omnes. 85
Mors prudenter nonnunquã desideratur. 68
Mors duplex. 118
quòd Moriamur semper oportet cognoscere. 117
Mortis descriptio. 250
Mortui quomodo ex sepulcris vocabuntur. 336
Mortuorum Deus oblitus videtur. 343
in Mundo isto cur nõ bene cũ bonis agatur. 228
Munera accipere scelus. 382
Munera suscipere. 762
Munera non recipere. 649

N

Naturæ res contemplari hominis Deo deuoti. 777
Nubes tentorium Dei. 770
de Nubibus. 784
Numen cui se offẽderet olim opinabãtur moriturum. 313
Numinis sera vindicta. 317

O

Opera Dei animo nostro esse tractanda. 298
De Opere primi diei. 797
Opulenti in bonum virum facilè offendunt. 278
Opulenti cur difficile virtutẽ colunt. 657

Oraculorum cumulus ex varia versione accedit. 284
Orat sẽper qui bene semper viuit. 588

P

Pacẽ quã Christus mũdo reliquerit. 721
Pœna peccati coniecturam facit. 97
Pœna propter peccata instituta. 129
Pœnæ huius sæculi nõ tantũ fiat ad scelera vindicãda. 146
Pœna peccati medicina 339
Pœnæ apud inferos. 496
Pœnæ apud inferos cur impijs statutæ. 498
Pœnę metu à scelere abesse honestum. 648
Pœnæ affligentis inopẽ. 655
Pœnis Deus frequentius quã alijs docet modis. 674
Patientia maximè necessaria virtę perfectæ. 10
Patientia quibus rebus maximè tentetur. 11
Pauperibus cur imprimis auxilietur Deus. 656
Pax bonorum. 172
Peccata post mortem sequuntus iniquos. 469
Peccata quã dultia iniquis. 470
Peccatum quando possidere iniquus dicatur. 316
Peccatũ nullũ latet Deũ. 794
Perditio ponitur pro peccato. 609
Perditionem audisse sapiẽtiæ famã quid sit. 610
Perfectũ virũ esse quid sit. 16
Perfectus, & rectus idem, & quo differant. 17
Perfectus, rectus: timens Deũ recedẽs à malo idem, & quo differant. 18
Pernitiẽ quã Deus affert. 722
Pernities quanta rex sit iniquus. 721
Periculũ quod ab ęrũnis, 766
Periculum à diuitijs. 776
Personam in iuditio accipere quid sit. 715
Peruersus disputandi modus. 348
Piorum causa si apud Deum agatur facilima. 255
Pœnitentis damna refarciuntur. 694
Potentiam Dei demonstrant abditissimę res. 805
Potentiũ mirabilis ruina. 785
Potestas Dei bonis metũ malis animum facit. 584
Precanti continuò cur Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

non respondeat. 221
Preces Deus propter flagitia non audit. 397
Preces bonorum irritæ nunquam fient. 587
Precibus eius qui pro suo precatur hoste Deꝰ vehemẽter placatur. 856
Principes quo pacto decipiat Deus. 295
Principes quid maximè deceat. 260
de Profligatis hominibus dictum mirabile. 130
Prosperitas impiorũ qua mensura mentienda. 466
Prudentis & grauis viri habitus. 721
Pudore afficientur iniqui. 270
Pũcta Hebrea ad dictionẽ per se non pertinere. 474

R

Rapina quãtum flagitiũ. 476
Reprehendẽs alium eo crimine debet carere. 713
Respicientes quæ bona consequantur. 751.&.698.
Resurrectio mortuorum. 333. &335.&.452.
Rhinoceros. 720

S

Sapiens qui videtur sibi difficilè docetur. 355
Sapiens quis verè sit. 136
Sapientes terrena nõ possunt esse sapientes. 605
Sapientes huius mũdi in quo vehementer offendant. 405
Sapiẽtis testimonium magnũ habet pondus. 362
Sapiẽtia potius quam opibus ciuitatem defendi. 363
Sapientia vera, res obscurissima. 604.
Sapiẽtia res pretiosissima. 606
Sapientia Dei mirabilis in his probãdis quos homines condemnant. 257
Sapientia Dei incomprehensibilis. 258
Sapientia vbi sit. 612
Sapientia Dei demõstratur in creatione. 612
Sapientiam Dei cur perfectissimam esse oporteat. 499
inter Sapientiam verã, & carnis multa differentia. 609
Sapientiæ inueniendi quæ via. 611
Sanctificarentur res olim quo pacto. 23
Sancti quibus loquaces videãtur. 254
Sancti oblibiscuntur miseriæ. 266
Satisfationem quam Deus potius requirat. 184
Securitas iusti. 663
Securitas caput beatę vitę. 266
Senectutis causa. 115
Sententia de alijs moderatè ferenda. 258
Septuaginta interpretum quãta sit auctoritas. 6
Scelera quę Dei iram maximè excitant. 724
Simplex vir quid sit. 17
Simplicitas bonorum ridicula sapientibus seculi. 606
Spem in Deo rebus aduersis colocare debemus. 165
Spes magnanimi viri quę esse debeat. 419
Spes certa bonorumque. 426
Sperandum in hac vita benè de Deo in rerum acerbitate. 742
Stellæ declarant excellentiam Dei. 799
Stoicorum falsa sentẽtia. 44 &.92.
Subditis imperandi modus.
Superbia omne peccatum vocatur. 660
Superbos Deus vehementer coerceat. 179
Superbus quõmodo sanetur. 763
Supplicium malorum è rebonorum. 760

T

Terram mouerinon est contra scripturam sanctam. 207
Testimonium conscientię cur magne sit auctoritatis. 225
Testis de Deo dictꝰ idẽ quod iudex. 398
Theologia eximia. 610
Timor Dei nascitur ex cognitione potentiæ Dei. 854
Traditionum auctoritas. 363
Trinitas ex Chaldęo interprete probatur 55

V

Vanitas iniquo cognoscit. 259
Veniam à Deo nonnunquam penarum huius vitę impetrari non posse. 215
Veritas dictis & factis. 661
Veritatem vt inueniamus eõtẽdẽdũ nõ vt vincamus. 167
Vera non est satis docere, sed oportet esse oportuna. 151
Via iniqua non est pro æquitate pugnandum. 302
Victoria bonorũ virorũ. 669
Vigilantes esse oport[illegible]. 51 &.162.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virtutis perfectissimæ inditiũ est bonum inter malos esse. 14
Virtutis non est in nos quæ conueniant negare conuenire. 398
Virtus summa Dei reficit, & non perturbat bonos. 266
Virtus certa in re demonstratur in certa. 413
Visitat Deus cõmodis vel incommodis. 182
Vitæ miseria. 70
Vitæ exiguum curriculũ. 176
Vitæ humanæ descriptio. 173
Vulgata versio defenditur ab Eugubino. 704

Z

Zona torrida. 808

TOLETI
In Ædibus Ioannes Rodericij Typographus & Bibliopola Anno. 1584.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca